138

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL · BURGOS

a Animaduerte lecto: ad ta
bulá iſraſcriptá notás ibi
tria ꝑmo ſcias mãs figu-
raꝝ ꝑ numeꝝ diſtinctas vt ꝑma
mã ſignificeť ꝑ numeꝝ ꝑmũ.ſ.ꝑ
vnitaté.ſ a vo ꝑ dualitaté ⁊ ſic d
iceps.ſo no. ꝑticulares figuraſ
ſeu mõalitateſ cuiuſlibꝫ mãe eé
diſtinctas ꝑ lfas alph. vt ꝑma fi
gu. cuiuſlibꝫ mãe cognoſcať.ꝑ a
ſa ꝑ.b.tertia.ꝑ.C.⁊ ſic deiceps.
ſtio ſcias ꝙ vbicũq3 d aliq mã a
libi fiat métio ineniēſ i fine illi⁹
mãe aſſignatas mãſ i qb⁹ d illa
fit mẽtio cũ lfa illa ſignificáte vl
idicáte.ħ idé ſcias fieri i morali
tatib⁹ illiſ q i hoc opuſculo mãꝫ
nó hñt ꝓpriá vt in ꝓceſſu tabu
le te clare ituerí nó dubito.

Abſtinentia ꝑma.

A Quod corp⁹ ñ obedit ſpũi niſi ſb
tracta eſca ꝑ ieiuniũ. figur. d ab
ſalon qui fecit comburi ſegetes
Joab. cart.1.

B Qd dia. ñ inenit locũ i nob cuꝫ
corp⁹ receptaculũ ꝑ ieiuniuꝫ ⁊
abſtinétiá attenuať.fi. daniel.q
ꝑmo deſtruxit idolũ poſtmoduꝫ
occidit draconem. carta.1.

C quod corp⁹ idomitũ ꝑcipitat ſe
⁊ ſpũꝫ.fig. milites pharaonis ſi
mul cuꝫ eqs ſuis ſubmerſi ſunt
in mari rubro. cart.2.

D qd corp⁹ reſtrigédũ é ꝑ abſtiné
tiá ne ꝯfũdat ſpũ.figu. Jſmael
ꝑſequebat fratré ſuum. ca.2.

E qd corp⁹ ꝑſto é diſſipare mũitio
neſ ſic iuſſu diaboli.fi. nabuzar
dá deſtruxit muros hierlm. c.2.

quod corp⁹ crapla ſopitũ iducit F
igné luxurie.fi. loth i ſodomis
fugit icédiũ ſed peccauit cum fi
liabus vino ebrius. car.2.

Accidia.

De accidia vide in fine opis h⁹ A
ibi poſita eſt qꝛ in exéplari non
fuit repta ordie ſuo. c.174

Aduentus dñi.

Ubi luxuria. A. vbi icarnató ꝑ
totũ. vbi btitudo. C. vbi gra. C

Adulatio. 2.

quod fugiéde ſt laudes hoiuꝫ ⁊ A
adulatióes ⁊ audiéda é frna in
crepatio. figur. in omni ſacrifi-
cio ponebať ſal ⁊ ab eodé ꝓhi-
bebatur mel. carta.3.

qd adulató vt qdá decepto: éu B
mulát malũ bonũ. fi. achab rex
iſrl credit falſis ꝓphetis. car.3.

quod adulato: ꝑmo bládiť p⁹- C
modũ ꝑcutit detrahédo fi. pha-
riſei duxert xp̃ꝫ ad ſupciliũ mõ
tis vt inde ꝑcipitarét eũ. c.3.

quod recipiens adulationes ſb D
ſequéter ꝯfundiť. fig. volumen
erat in ore dulce ⁊ mel ⁊ fec vé-
trem amaricari. ca.4.

qd q dlectať laudari ſepe rema E
net ꝯfuſus. fi. Rex babilóis de
dit potũ laxatiuũ regi ſedechie
poſtq̃ꝫ fecerat eũ ſaltare. car.4.

qd laudat⁹ ꝑueniť a ſupbia ⁊ cu F
piditate. F. Suſáná vnctá agreſ
ſi ſunt ſenes iudices. ca.4.

Ubi detractio. B. vbi gloriana G
na. F.



Por mandado de los S.res Inq.res de [illegible] corregimos este libro conforme al Expurg. de el año de 1640 [illegible] de 1708 [illegible]

BIBLIOTECA PUBLICA

Aduerſitas.
Ubi patientia. E. vbi pauptas.
L. vbi mundus. M.
Amicitia. iiij.
A Qd mlti ñ amāt niſi q̄ztū durat
ꝯmodū. fi. d. iij. amic]. iob. ca. 5.
B Qd xp̄s fuit ver⁹ amic⁹. Figu. d
quodā apocrifo qd magr̄ r̄citat
i. iij. li. ſe. deſtructōe ꝛ pullis ei⁹
poſitis in vaſe vitreo. car. 5.
Anima.
Ubi conſcientia. D. vbi compū
ctio. C. E. h. vbi dia. B. E. J.
vbi gloria vana. E. vbi. gr̄a. A.
ꝛ fere vbi ecclia ꝑ totū. in oi mā
aliqd ꝯtinet ad aiam ꝑtinens.
Antixp̄s.
Ubi ecclia. E.
Apoſtoli. v.
A Qd ꝑ apl'os mltiplicati ſi ppli
fideliū. Fi. Geñ. xij. patriarchiſ
multiplicat⁹ ē ppl's iſrael. car. 5
B Qd velut celeſtes fōtes potaue
rūt nos aqua ſacre doctrine. fi.
Filij iſrael venerūt i Helim vbi
erant. xij. fontes. car. 6.
C Qd apoſtoli oīa relinquentes
mori nō timuerunt. figu. de. xij.
vitulis deo imolatis. car. 6.
D Qd ipi apli fūdamētū fuerunt
ecclie. fi. de. xij. lapidib⁹ quos de
iordanis alueo. xij. tulerūt ꝑn
cipes iſrael. ꝛc. cart. 6.
E Qd apli fuerūt docto. legū fide
liſſimi xp̄i. fig. fuerūt electi. xij.
ꝑncipes iſrael q iſtruerēt pplm
de libris mandatoꝝ. cart. 7.
F Qd ꝑ apl'os d̄corā fcā ē ecclia, ꝛ
forti. fig. veſtis ſacerdotalis ꝯtie
bat. xij. lapides ꝑcioſos. c. 7.
G Qd apli nos cibauer̄t ꝛ refece
rūt pane ſacre ſcripture. fi. Sa
lomō ordinauit. xij. ꝑfectos ſu
ꝑ miniſtratōe victualiū. car. 7.
de ꝯuerſiōe ſcti pauli. fi. d balaā
cui⁹ aſinā ꝑcuſſit āgelus. car. 8.
Aſcenſio xp̄i. 8.
A qd xp̄s cū pietate aſcēdit ſ3 d̄ſcē
det cū iuſtitia ꝛ vīdicta. fi. nube
cl'a ꝑ qua aſcēdebat d mari. c. 9.
B Qd xp̄s q̄rēs ſalutē ſynagoge
ſaluauit eccliam. fi. Jacob petēſ
Rachel recepit lyā. car. 9.
C qd xp̄s carnē nr̄a3 portauit i ce
lū fi. aſſimilat⁹ aquile portauit
pullos ſuos i alis aſſūptos. c. 10
D qd xp̄ſ apuit nob portā celi. F. d
hoſtio aperto qd vidit Jo. i. apo
cali. qd nemo claudē ꝑt. c. 10
Auaritia. 9
A De religioſis ꝓpetarijs. fi. cay3
occidit abel frēm ſuū. car. 10.
B Qd diuitie male acqſite ꝛ neq
ter retēte occidūt auarum. fig.
Abſalō r̄māſit capillis ad quer
cus ſuſpenſus. ca. 11.
C Qualr̄ auar⁹ oia reliqt i morte
fi. locuſte egypti ꝓiecte ſūt i ma
re flāte vēto occidētali. cart. 11.
D Qd pecunia fac̄ effūdi xp̄ianoꝝ
ſanguinē. fig. aque egypti ꝯuer
ſe ſunt in ſāguinē. cart. 12.
E qd auaritia excecat hoie3 ne vi
deat ꝓximū ꝑ ꝯpaſſionē fi. i egi
pto fuer̄t tenebre a deo depſſe vt
fr̄ nō videret fratrē. c. 12.

F quod pecūia q̄ʒ rẽſuat auarꝰ nihil ei ꝓdeſt i futuro fi. mãna reſ uatū i craſtinū putreſiebat. 12.
G quod auarꝰ exgriť oēs móſ acq rẽdi ſibi a diabolo ſuaſos fi. de flumine egypti exibat aial ad moduʒ thauri. ⁊c. .12.
H qȯ auaro nūq̄ʒ ꝑſtať regeſ ſʒ di re vrgeť ab vxoř ⁊ filijs. fig. de pharaōe q ꝯſtituit ſupſtiteſ opū ſup filios iſrael i egypto. 13.
I quod refugiū euadēdi auaritiā ē celeſtiū ꝯtēplatō. fi. cū abimalech ſucceſdiſſet therebth gẽtes loci illꝰ fuerūt ad turrim. car. 14.
K quod magna ē paupeꝝ vtꝰ q nō ponūt affectū i diuitijs. fig. treſ pueri nolẽtes adorař idolū iuſ ſu reg miſſi ſt i fornacem. 14.
L qȯ dia. duplicē decipulā ordiauit ad ſubtrahẽdum noſ deo. ſ. auaritiā ꝯcupiſcẽtiā. fi. Jeroboaʒ fecit duos vitulos. car. 14.
M quod cupiditas ⁊ charitas ñ ſe ꝯpatiūť i aia. fi. de muſcis egypti q̄ ſic hoies ifeſtabāt. 15
N quod cognoſciť iſtabilitas diuitiaꝝ i caꝝ amiſſōe. fi. dixit deꝰ cō gregēť aq̄ q̄ ſb celo ſt i locū vnū ⁊ ſequiť ⁊ appareat arida. 15.
O quod ñ ꝓpēdiť irenorū miſia a terrenis hoibꝰ niſi cuʒ eleuāť a terrenis verſus celū per affectū figu. Eleuauit me ſpūs inter celum ⁊ terram. ca. 15.
P qȯ p vſū ⁊ abuſū diuitiaꝝ qdaʒ ſaluāť ⁊ qdā dānanť. fi. filij iſrl' tñſiert ſecuri ⁊ illeſi p mař rubꝝ egyptij vo ſbmerſi ſt ibidē. 16.
Q Cor plenū auaritia recipere nequit xp̄i grām. ſed damnatōem eternā. fig. quā oſtẽdit angelus Zacharie. ⁊c. 16
R qȯ cupiditaſ velut igniſ cupidoſ ardet ⁊ deuorat. fi. ȯ nadab ⁊ abin q ſacrificabāt de aliēo igne. ⁊c. 17. vbi diuitie p totū. vbi ipocrita. C. vbi parentes. C.

Baptiſmus.

Ubi fides. C. vbi dia. A.

Beatitudo. xv.

A quod q̄libʒ aia hʒ btitudinē ſecūdū ꝓpria merita in celis fig. Joſeph poſuit frēs ſuos quos iuitauit i mēſa ſʒ ordinesꝰ ꝑmogeniture. 17.
B quod btitudo celeſtis nō minorať electoꝝ multitudine. figu. ꝑcuſſit Moy. petrā ⁊ egreſſe ſūt aque largiſſime. 18.
C ȯ q̄litate ⁊ magnitudie btitudis figurať de ꝯuiuio aſſueri. ca. 18
D qȯ ex terrore certamis pnīa q̄ʒ plures hoies ꝑdūt eternam beatitudinē. figurať ȯ filijs iſrl' q timuerūt igredi trā ꝓmiſſiōis ob tiorē certādi ꝯ illoſ q erāt ȯ gñe enach. car. xix. vbi corpꝰ xp̄i. D. vbi ꝯſcia. B. vbi diuitie. B. vbi eccleſia. C. vbi patientia. A vbi perſeuerātia. B.

Charitas. 18.

A quod charitaſ tūc ē ꝑfectiſſima cū volet de malo inimici. fi. terra Euilath q̄ʒ fluuiꝰ de padiſo rigat ꝓducit auꝝ optimum. 20.

B Cor depoſitū iflamaꝛ charitate
ꝛ fecūdaꝛ bonis.figu.Helia po
ſuit holocauſtum ſuper altare ꝛ
ignis deſcendit. 21.
C Caritaſ xpi nutriꝛi aia ꝑ ꝯtēpla
tionē crucis xpi.fi.ꝓceptuȝ fuit
vt ignis in altari ſꝑ ardēt queȝ
nutriret ſacerdos. 21.
D Qꝺ charitas dei ſiue ſpūſſctūs
deſcendit in deuotas aias deuo
te orātes fi.zacarie orāti angelꝰ
annūciauit Joannem. 21.
E Qꝺ nullū opꝰ valet ꝗcquā ſi nō
igne charitatis ſit decoctū. fig.
ꝺ māna ꝙ nihil valebat crudū
comeſtum. 22.
F qꝺ filij dei a filijs ſcli cognoſcū
tur charitate fi.Magi defeceꝛt
in tertio ſigno.ꝛc. 22.
G qꝺ ſine lumie charitaꝭ magnuȝ
ē piculū ꝑ hūc mūdū pegrinari
eo ꝙ ē caligine plenꝰ.fi.ꝺ filijs
iſrl' gbꝰne noctꝭ tpe errarēt i deꝛ
to dedit deꝰignea nubē. 23.
Caro humana. 21.
A Caro mortificāda eſt cū reſiſtit
ſpūi figu. Seth fecit de ꝓpria fi
lia ſacrificium deo. 23.
B Corpales ſēſus cū ſpm̄ volūt ꝺ
cipe ſūt mortificandi lachrymiſ
ꝛ laboꝛ.fi.ꝺ gabaōitꝭ q occureꝛt
ioſue cū veteribꝰpānis. 23.
C Jmponēda ē crux xpi ſēſibꝰcō
poralibꝰ vt mortificēꝛ.fi.Joſue
calcauit colla.v.regū qui inua
ſerūt Sabaon ꝛ ſuſpendit eos
in ligno. 24.
D qꝺ carne dn̄ante ſpūs cōfundi
tur.fi.de apmen que diadema
regiſ eleuabat de capite ꝛ impo
nebat ſibi. 25
Caro trahit ſpm̄ i manu diabo E
li.fi.dalida tradidit Sanſonē
in manu philiſtinoꝝ. 25.
Caro iuuat diabolū ad vincen F
dū hominē figu.Jeſabel fecit la
pidari Naboth ꝛ Achab poſſe
dit vineam eius. 26.
Corpꝰtotis viribꝰconaꝛ ſubri G
pere dn̄m ſpūi fi.Adoniaſ cona
baꝛ regnare ꝛ regnum accipere
Salomoni fratri ſuo. 27.
Corpꝰconaꝛ abuti delectatione H
mūdi fig. Adonias voluit hēre
ſunamitē ꝗ fuerat patris ſui ꝛ
na ꝛ nō cognouerat eam. 27
qꝺ ſpūs accepit dn̄m a deo ſup I
oēs motꝰcorpis fi. dixit produ
cat terra quadrupedia ꝛ repti
lia ꝛ beſtias ꝛ ſub hominiſ dn̄io
ea poſuit. 28.
qꝺ carne viuentes potiꝰterrena K
diligunt ꝗ̄ eterna fi. coruus in
vēto cadauere non curauit am
plius ad archā redire. 28.
qꝺ deficiēte ꝺ regno aīe rōis iu L
dicio regnat carnal' appetitus ꝛ
tē oēs vires aie affligūꝛ fi.mor
tuo pharaōe q cognoſcebat Jo
ſeph ſurrexit aliꝰpharao. 28.
qꝺ carnalibꝰhoibꝰredolēt feti M
da ꝛ imūda ꝛ ſpūalia fetēt fi.de
filijs iſrl' clamātibꝰꝯ moy. dicē
tes fetere feciſti odorē nr̄ȝ corā
pharaōe. 29. vbi abſtinētia.C.
D.E.vbi ꝯfeſſio. J.vbi diuitie

d. vbi luxuria. B. C. d. vbi mū
dus. C. vbi oratio. D.

Caro vel corpus xpi. 27.

A Qḋ corp⁹ xpi ē viaticū ad celū
perducēs fig. Helias panē ſub
cinericiū comedit ꝛ ambulauit
vſqꝫ ad montē dei. 29

B qḋ aia purgāda eſt ab oi ſorde
ꝛ pcipue cupiditate i aſſūptiōe
ſacri euchariſtie. fi. ioſias prece
pit purgari iudeā ab idolatria ꝛ
p⁹modū pcepit fieri phaſce. 30.

C qḋ optime diſpōitur peccatrix
aia ad illḋ ſacr͂m audiēdo ver-
bū dei. figu. Ruth ibat p⁹ terga
metentium ꝛ inuitata eſt ad bu
cellam panis metentium. 30

D Qḋ illḋ ſacr͂ꝫ fide credit̃ ſꝫ non
capit̃ hūana ſcia fig. philiſtei p
ſpōſam ſciuerunt ꝓbleuma nō
autem per eos. ꝛc. 31.

E qḋ cib⁹ iſte ſpūalis ē aie neceſſa
rius ꝛ plus ei nutrimenti pſtat
q̄ꝫ cib⁹ corpalis corpori figura.
ḋ ligno vite qḋ pſtabat comedē
tibus poſſe non mori. c. 31.

F qḋ ſepe vel raro ſumēs h̄ ſacr͂ꝫ
dūmodo non ꝯtēnat nō peccat
fi. de vtroqꝫ modo. Zacheus rece
pit xp͂ꝫ in domū ſuaꝫ gaudens
centurio ait. Dn̄e n̄ ſū dign⁹ ꝛc.
vterqꝫ grat⁹ fuit xp̄o. 32.

G qḋ corp⁹ xpi illuminat cor hoīs
ꝯ tētationē. fig. Jonathas poſt
pugnā comedit mel ꝛ viſū qḋ fe
re perdiderat recepit. 32.

H qḋ oēs ſenſus corpales decipiū
tur circa hoc ſacr͂ꝫ pter audituꝫ
figu. dixit iſaac filio ſuo iacob
Uox quidem vox iacob eſt ſed
manus ſunt Eſau. 32

I qḋ ſumēs h̄ ſacr͂ꝫ pus dꝫ laua-
ri lachrymis ꝛ ꝯtēplari paſſiōeꝫ
xpi ꝛ crucē vt digne ſumat fi. di
xit Abraā angelis lauent̃ pedes
vr͂i ꝛ requieſcite ſub arbore affe-
rā vobis bucellam. ꝛc. 32.

K qḋ pri⁹ purgāda ē aia a malis
cogitationib⁹ ꝛ affectiōes mūdi
ſt ab eadē excludēde ꝛ poſtmo-
dū de h̄ ſacr͂o refici fi. filij iſrl̃ ni
ſi ꝯſūpta farina egypti. cart. 33.

L qḋ ſumēs illḋ ſacr͂m pte hoſtie
tm̄ recepit q̄ꝫtū ſumē totā hoſtiā
qꝛ i ptib⁹ ꝛ ſingul̃ māet iteger fi.
filij iſrl̃ māna colligebāt ꝛ mēſura
gomor ꝛ q pl⁹ colligebat n̄ plus
inueniebat car. 33. vbi eccl̃ia. A.

Confeſſio. 30.

A Cōfeſſio viuificat aiam puatam
gr̄a ꝯ diabolū. fi. mortuo ioſue
ꝛ ſepulto dedit dn̄s iudā duceꝫ
filijs iſrael ꝯ cannaneos. 33.

B Confeſſio ꝯtrita placat furorē
dei ſup peccatorē fig. dauid cla
mauit angelo percutienti dicēs
ego ſum qui peccaui. 34.

C Cōfeſſio itegra fugat dia. dim̄i
nutas ꝟo fac̄ aiaꝫ ſuccūbē. fi. di
xit Thimothe⁹ pncipib⁹ ſuiſ ſi iu
das trāſibit iordanē ꝛc. 34

D Cōfeſſiōe pūia oēs ꝟtutes ſecu
re ꝓcedūt fi. tribu iuda q̄ prior
intrauit mare rubrū ꝛ oēs alie
trib⁹ ſecute ſunt. ꝛc. 35.

E Cōfeſſio ꝓcul fugat pctā ne re-

deāt ad animā.figu. Latrūculi
ſyrie non fuerunt poſtmodū re
uerſi in ſamaria ex quo Elyſe⁹
illos regi manifeſtauit. 35.
F Cōfeſſio dꝫ cl'pā cū odio ab aia
pellere.fig.ꝺ Amō q excluſit ſo
rorē poſtq̈ꝫ cognouit eā. 35.
G Cōfeſſionē fictā de⁹ ñ recipit. fi.
David nō recepit nuncios cuꝫ
iſidietate barbaꝝ raſaꝝ. 36.
H qꝺ ſi tacemus pctā ꝯfitendo il
la ñ pure iferñ⁹ abſorbebit nos
fig. Egyptij itrātes aq̄s mar] ru
bri ſubmerſi ſunt. .36.
I qꝺ diabol⁹ iter aie ꝟtutes plus
odit ꝯfeſſionē: iō ſtudet illaꝫ ab
aia fugare ⁊ extirpare.fi. deme
tri⁹ miſit Nichanorē vt victū iu
dā ad ſe duceret. .37.
K qꝺ niſi per ꝯfeſſionē pctā exclu
dāt aia nō pōt qdq̈ꝫ boni meri
torij facere.fig. Dū terra copta
erat aq̄s nihil germinauit. 37
L q̄liter fiēda ē ꝯfeſſio ⁊ q̄ ꝯmitāt
tādē fig. q tāgebat morticinū of
ferebat agnū ⁊ turtures. ca.38
M qꝺ niſi pcā venialia cōfiteamur
iducūt aiaꝫ ad piculū cū fuerint
mltiplicata.fi. ppha vidit por
taſ fluioꝝ aptaſ ⁊ tēplū dirui.39

Conſcientia. 36.

A qꝺ hō nol ēs diaboli iſidias fu
gere dꝫ ſue ꝯſcie acqeſcere.fi.mi
col vxor. David ſaluauit illum
de manibus familie ſaul.c.39.
B Peccāte hoie mortali pcō peūt
oēſ aie ꝟtuteſ ſtimulo ꝯſcie exce
pto fig.ꝺ expoliato iob a calde
iſ ꝑmāſit vn⁹ q nūciarꝫ ei.ca.39
C Cōſcia ſꝑ iꝑropat pctā aie pec
catrici fi. ſarra filia Raguelis re
cepit iiuriā ſeu iꝑropiū ab ācilla
q̄ iterfeciſſꝫ.vij.viros.car. 40
D Ex ſpina ꝯſcie naſcūt i aia tiōr
gehēne ⁊ ſpes venie qb⁹ aia ſal
uat.fi. ioſue duos exploratoreſ
miſit ad domum raab meretri
cis hierico.. carta. 40
E Mortua ꝺlectatōe pcti viuit ſti
mul⁹ ꝯſcie.fi. Due mulieres mere
trices venerūt ad ſalomonē q̄
rū vna filiū occiderat. cart. 41.
F Bōitate ꝯſcie ꝑuant ꝟtuteſ aie
fi. Due obſtetrices noluerūt oc
cidere maſculos hebreorū. 41.
G qꝺ i ꝑpria ꝯſcia hō ſpeculat an
bon⁹ vel mal⁹ ſit. Figu. i introitu
tabernaculi erat labium eneuꝫ
de ſpeculis. car. 42.
H qꝺ hō an diem rōnis reddende
dꝫ libꝝ ſue ꝯſcie videre q̄tuꝫ dꝫ
deo fi. ꝺ lib. viſo i māu ꝓphe q
erat ſcript⁹ it⁹ ⁊ extra. carta. 42.
vbi confeſſio. F. vbi compūctio
I. vbi tentatio. A.

Compunctio. 40.

A Cōpūctio lachrymaꝝ libat cor
pus ⁊ ſpūꝫ ꝺ manu dia. fi. oleū
vidue quā docuit Elyſe⁹ intātū
multiplicat⁹ ē q̄ liberata ē. 43.
B qꝺ deus vere reconciliatur cuꝫ
cor eſt contritum. Figu. offere
batur par turturum. cart. 43.
C qꝺ aia lachrymis carēs dꝫ illaſ
a deo petere ne ſit ſterilis fi. aſſa
petiuit achaleph patre ſuo cum

mutari ſibi terram. cart. 44.
D quod dñs aiam ſibi in ſponſaȝ
aſſumit quá iuẽit lachrymiſ ple
ná ſi. puer habrae cognouit rebe
cam deberi filio domini ſui per
idriam aque. 44.
E qd xps ⁊ angeli libenter acce/
dũt ad cor lachrymis plenũ ſi.
diſcipuli xpi inuerũt p⁹hoieȝ por
tanté amphorá aque. 44.
F quod miſtri xpi ſp debẽt lauari
lacrymiſ añ miſteriũ. ſi. de⁹pce/
pit Moy. applicari filios aaró
añ fores tabnacli lotos aq̃. 45.
G qd ſi ſanguiſ xpi dȝ noſ mũdare
opȝ nos per lachrymas diſpóe
re. ſi. q tágebát aie morticiniũ ⁊
nó lauabát aq̃ aſpſióiſ pibat de
populo ſuo. car. 45.
H quod dñs ꝯſolat lugẽteſ i tribu
latione coꝝ. ſi. Ignis deſcẽdẽs
deſicauit aquá iuxͣ altar quá he
lias fecit effundi. 45.
I quod pcór dȝ lauari lachrymis
ꝯſcia ſuadẽte. ſi. Naamá ſuaſuſ
ab vxore iuit in ſamariá ⁊ mũ/
datus é a lepra. 46.
K quod lachrymis deficientibus
aia é i periculo ſi. Deficiẽte aq̃
i Bethulia ciuitate debebat tra
di in manus hoſtium. 46.
L quod oia tentamenta carnis fu
gant abundantia lachrymarũ
ſig. adueniẽte aquaꝝ diluuio ex
tincta eſt omnis caro. 46.
M quod ois exercit⁹ diaboli eua/
neſcit ipetu lachrymaꝝ. ſig. que
vidit ꝓpheta de templo in quo
intrabat flumen. 47.
quod p⁹amaras lachrymas ſe/ N
quit in aia abundantia gratiaꝝ
ſigu. Nubecula parua aſcende/
bat de mari. cart. 47. vbi
ꝯfeſſio. B. vbi lachryma p totũ

Contemplatio.

vbi auaritia. I. P. vbi caritas
D vbi diabol⁹. I. vbi diuitie. L.

Conſolatio.

Ubi compunctio. M.

Correptio.

Ubi adulatio. A. vbi iuſtitia. A
vbi patientia. A.

Crux.

Ubi caro. B. C. vbi corpuſ xpi
Ubi paſſio. A. B. C. D. K. L.
M. O. vbi conſciẽtia. O. vbi i
fernus. K.

Detractio. 44.

quod detractores portát imũdi/ A
tiá hoiuȝ in linguá. ſig. Canes
comederũt Iezabel. 48.
quod dtractor pri⁹aliqd bonuȝ B
dicͨ de eo cui vult dtrahẽ ſi. Ia/
hel plus pbuit lac ſiſare. 48.
quod ſũt tria genera detractoꝝ C
ſi. de trib⁹ ſpiritibus imundis
q exibát de ore beſtie. car. 48.
quod detractor paſcitur detra/ D
ctióe proximi ſui. ſig. de coruo
emiſſo de archa. ca. 48.
quod detractor ꝯfũdit cũ ei⁹ de E
tractio increpat. ſigu. Caym oc
cidit Abel fratrem ſuũ. ca. 49.
vbi adlató. C. vbi iuidia. B. C

Diabolus. 49.

qd diabol⁹ neminẽ baptizatuȝ A

ſtētatū abire pmitit vſuſ celū ſi. Seon rex amoꝛeoꝝ nō pmittebat filios iſrl' trāſire p fines ſuos p'trāſitū maris rubꝛi. c. 49.
B qd dia. icantā aiam recipit. ſig. de tribu Dā que captā ciuitatez deſtruxerunt. car. 50.
C qd dia. fideles derelīqt i pace ſi patrie ſugeſtiones abiciātur ſi. pharao reliqt populū in moꝛte pꝛimogenitoꝛum. 51
D quod dia. conaſ extiguē. pmo. dia. pnie ne amplius creſcat ſi. pharao conabaſ extinguere puulos iſrael. 51.
E Quod dia. intrās ad aiaz illam expoliat meritis ⁊ virtutib'. ſi. Nabuzardā ingrediens hierl'z expoliauit tēplū dñi. 51.
F quod diabol' conaſ extiguē in aia ꝯfeſſionē ⁊ que ꝯmittanſ ea dē ſi. Nabuchodonoſoꝛ occidit oēs pncipes iuda capta hierlm ⁊ filium regis. c. 52.
G quod dia. nō pōt nob facē ꝙ cupit ꝓhibēte deo. ſi. dñs ꝓhibuit ne Eſau faceret malū Jacob reuertenti de ſyria. 52.
H quod dia. pcuſſus fuit a xpo veniētē i hūc mūdū ſi. Dauid puius occidit Goliam. 52.
I quod dia. ardēti' iſeqſ volētes fugere a pcō. ſi. pharao moleſtioꝛ fuit pplo poſtꝗ̃ Moy. q̄rebat educere de egypto. c. 54.
K quod dia. ñ ſolū pcōꝛes ſꝫ iuſtoſ ⁊ dei electos cupit recipere. figu. rex Syrie poſuit inſidias iuxta Joꝛdanem. 54
L quod dia. ꝯfoꝛtiū venit' ē fugiēdū ſi volum' pace frui. ſig. abꝛaaz dixit Loth ꝓpinquo ſuo nō poſſumus eſſe ſimul. 54.
M qd dia. cupit excecare lumē aie quo celeſtia cōtēplaſ. figu. Naas nolebat eruere. viris labes d xtrum oculum. 55.
N qd dia. pcōꝛē quē poſſidet nō pſequiſ ſꝫ fugiētē multū iſeqſ ſi. Labā nō pſequebaſ Jacob dū ſeruiret illi ſꝫ fugiētē. ca. 55.
vbi caro F O vbi ꝯfeſſio J vbi ꝯſcia A F vbi ꝯpūctio a vbi vanaglia D E vbi hūana cōditio B vbi iudiciū E vbi lachꝛyma A C vbi oꝛo D vbi pctā D vbi paupertas B vbi xp̄s C
Diuitie. 52.
A qd p delitijs tpalib' ñ ſi drelīqn de ſpūales. ſi. ligna ſiluaꝝ petierūt oliuā ficū ⁊ noluerūt relinq̄re ſuas ſuauitates. car. 56
B quod diuitiaꝝ ſupfluū abicē debem' ⁊ remouē affectū ab eiſdez ſi. p'ꝗ̃ naute ꝓiecerunt merces de naui miſerūt Jonā. 56.
C qñ nimiū ꝯlētes diuitias ineptiſſ ad pugnā ꝯ diabolū figu. Gedeon excluſit illos qui ſe incuruarunt ad aquam. 57
D qd i mōte cognoſciſ diuitē a diuitijs fuiſſe deluſū ſi. de idolo baal q putabaſ comedere. 57.
E quod bꝛeui vite nr̄e ñ ſi mlta ꝑponēda tpalia ne i pediāt noſ celeſtia ſi. filij iſrael modicā fariaz

potauerũt de egypto qua ↄſum-
pta receperũt manna. 58.
F qꝺ ſepi⁹ aia ſepaꝛ a corpe q̃ꝫ poſ
ſit affect⁹ ſeparari a diuitijs fig.
Sãſon ligat⁹ in gremio dalide
ſe ſoluere nõ potuit. 58.
G quod cor poſitũ p̲ affectũ in di-
uitijs i eiſdẽ occidiꝛ. fig. ois ca-
ro que inuẽta eſt ſuper terrã ex
tincta eſt a diluuio. car. 59.
Ubi auaritia B C D E F H K
O vbi elemoſyna A vbi mũd⁹
F vbi paupertas C D.
Eccleſia. 55.
A quod xp̄s ĩmrito eiecit ſinagogã
ꝛ elegit eccleſiã fig. Regia vaſti
vocata ad ↄuiuiũ aſſueri ꝛ nuẽs
venire eiecta eſt. 59.
B quod ecclia ↄtiet celeſtẽ panem
ſacre ſcripturꝛ ꝛ puritatẽ pnĩe fi.
De arca teſtamenti vbi erat mã
na tabule ꝛ virga. car. 60.
C quod multitudo dulcedĩſ ecclie
ñ plene pcipiꝛ i hac vita pp mi-
litiã ſꝫ i futuro pcipieꝛ vbi tota-
liter triũphabit fi. archa Noe q̃
erat in monte excelſo. 60.
D qꝺ i ecclia lucẽt. iij. v̄tutes theo
logice ꝛ. iiij. cardin. fi. Jo. vidit
vij. ſtellas i dextera ſedẽtis. 60.
E quod ecclia patiꝛ q̃tuor p̄ſuras
graues. ſ. iudeoꝝ gẽtiliũ hētico
rũ ꝛ vltima antichriſti figur. de
quattuor ventis qui pugnabãt i
mari magno. car. 61.
F qꝺ ecclia velut ſedes regia ẽ or
nata fi. de throno q̄ fecit Salo-
mon in domo libani. 61.
G qꝺ ecclia velut domus regia hꝫ
pulchꝛ itroitũ pulchꝛũ atriũ ꝛ
pulchꝛ thalamũ figura de tem-
plo Salomonis. 62.
H q̃ ſit longitudo latitudo ꝛ altitu
do ecclie. fi. de archa noe. 62.
I Q̃uo poſſum⁹ hic pcipere gloriã
eccleſie hũana v̄tute figu. de re
gina Saba q̃ venit videre glori
am Salomõis. 63. vbi apoſtoli
D E F G vbi aſcẽſio G vbi cor
p⁹ xp̄i D I vbi conſcia. G.
Elemoſyna. 60.
A quod recipiem⁹ multiplicatuꝫ i
celo q̄ h̄ paupib⁹ elargimur fi.
Thobias p̄ſtauit dũ eſſet diues
gabelo. x. talenta. 64.
B quod xp̄o ꝛ paupib⁹ ſuiſ p̲uidẽ
dẽm⁹ vt ñ iraſcaꝛ nob̄ fi. abiga-
il occurrẽs dauid placauit iraꝫ
ei⁹ ꝛ facta ẽ eius vxor. 64.
C quod xp̄o tenem⁹ reddẽ in ſuis
paupérib⁹ beneficia q nobiſ tãta
bona ↄtulit fi. Salomõ ordina
uit gẽtes q colligerẽt a vectiga
lib⁹ q̃ pertinebãt ad ip̄m. 65.
D quod diuites alũꝛ diuitijs acq-
rũt de p̄da pauperũ ſꝫ duriſſime
puniũꝛ fig. magnates iſrael fe-
cerũt vitulum de monilib⁹ que
prebuerunt populi. ca. 65
E quod ecclia ↄgregaꝛ ↄ̄ p̄ua deſide
ria carnis exercit⁹ fortis ad ad
iuuãdũ aiaꝫ fi. habraã redemit
loth de manib⁹. v. reguꝫ. 66.
F qꝺ paupes xp̄i ꝛficiẽs obtiebit
grãꝫ fi. poſtq̃ꝫ habraã pegrinos
refecit vxor ei⁹ pepit iſaac. 66.

Ubi auaritia I

Fides. 67.

A Q̄ȯ duri⁹ puniet fides pctōꝛ q̄ʒ īfidelis i īferno fig. q̄dā blaſphemauit nomē dñi ꝛ lapidat⁹ ē iubente domino. 67.

B qȯ fides adiuuāda eſt bōis opib⁹ fig. filij iſrael cū hedificarent ieruſalē vna manu tenebāt gladiū ꝛ alia opabant̄. 67.

C qȯ poſt fidē dñs dat nobis grāz fig. p⁹ trāſitū mariſ rubri filij iſrl' viderūt ignē nocte. 67.

D qȯ ſuppoſita fide pctōꝝ facilit̄ redit ad pniaz alias neq̄q̄ʒ fig. aries qui offerebat̄ emi non poterat niſi ſciclo ſancto. 68.

E qȯ qlibʒ xp̄ian⁹ dʒ oi ſtudio conari aiaʒ xp̄ianā pcō. lapſā redire deo fig. p̄ceptū fuerat filijs iſrl' vt ſi qs inēirʒ pditionē rederet illā dño ſuo. 68.

F qȯ debem⁹ ꝯſeruare aiaʒ nr̄am ſine diminutōe quā xp̄s ꝯſignauit fidei ſigno ꝛ nobis ꝯſuādaʒ tradidit figu. aia q̄ ſup depoſito mētiebatur dabat illud ꝛ q̄ntā partem. 69.

G qȯ illa q̄ ſunt fidei intueri debem⁹ ꝛ nobis ſufficē ad vitā celi fi. in tabernaculo dſcēdebat colūna ꝛ inde de⁹ loquebat̄. 69.

vbi apoſtoli B vbi corp⁹ xp̄i D vbi ꝯpūctio E vbi eccleſia F

Guelfi ꝛ Gebelini. 69.

A Q̄ȯ ꝯturbauerunt eccliaʒ mltiplicit̄ fig. cū Rebecca geminos hēret i vtero colluctātes ait cur neceſſe fuit ꝯcipere 70.

Q̄ȯ diabol⁹ ē coꝝ ꝯſiliatoꝛ ꝛ ñ dñs figu. reges iſrael iuda cōſilio pꝛophetaruʒ deceptos iuert ad pliū car. 70.

Q̄ȯ ecclia ab eiſdē leſa parere negt charitatē q̄ʒ de xp̄o ꝯcepit fig. p̄ceptuʒ fuit ſi duo viri ad inuiceʒ rixantes percuterent mulierem pꝛegnantem redderent damnum car. 70.

Gloꝛia vana

Q̄ȯ pādēſ bōa opa p inanē gliā pdit illa fi. Ezechias oñdit quē hēbat nūcijs regis babilonis ꝛ omnia abſtulit ſibi car. 71.

Q̄ȯ cogitās moꝛteʒ fugit vanaʒ gloꝛiā fig. David ſimulauit dementiā ꝛ ſic liberat⁹ ē. car. 71.

Q̄ȯ gloriās inanite de bōis opibus periti ipſis fig. de eleazar q moꝛtu⁹ ē ſub elephāte. c. 72.

Q̄ȯ hō nō dʒ bona opa ſua narrar̄ hoib⁹ ſʒ dō fi. David pſalēſ coꝛā ſaul euaſit moꝛtē ca. 72.

Q̄ȯ hō ñ dʒ act⁹ bonoſ hoibus manifeſtar̄ niſi bōa itētiōe fi. de Moyſe poſito i fiſcela car. 72.

Q̄ȯ iactantia atqʒ gliatio inaniſ tollit grāz ab hoie fig. puella ſaltauit ꝛ io. dcapitat⁹ ē car. 73.

Q̄ȯ apetit⁹ inanis glie ſūt latrūculi expoliātes aiaʒ ꝛ occidētes v̄tutes figura. laturūculi igr̄ſſi ſunt domuʒ ꝛ abſtulerūt caput Iſboſet cart. 73.

Q̄ȯ demones rapiūt opa q̄ p iactātiā mālfeſtar̄ fig. magr̄ piſto

VI

rum pharaonis ſomnlauit por tare tria caniſtra. car. 74.

Q̄ opa nr̄a debent hoib⁹ oñdi cū ꝑcul ē inanis glia cū do illa timem⁹ abſcōdēda ſūt ab hoib⁹ fig. ſp in tabernaculo lucerna d buit pſeuerare accēſa 74.

Q̄ ab opib⁹ nr̄is excludēdi ſūt apetit⁹ ianis glorie vſq3 ad mor tē fi. habraā abigebat aueſ a car nib⁹ ſacrificij vſq3 ad veſpu3. 75

Q̄ aſſumētes ſibi gliā de ɥtuti b⁹ furtū ꝯmittūt i deū fi. nachor furat⁹ ē de anatemate. 75.

vbi adulatō C vbi ypochrita A vbi beatitudo p totu3. 75.

Gratia car. 75

Q̄ aduenīēte diua gr̄a oia bo na opa ꝑduc̄ qb⁹ erat ꝓuata fi. terra erat innanis ⁊ vacua. 76.

Q̄ xp̄s ſemꝑ gr̄a3 tribuit iuen to q recipiat fig. de columba miſ ſa de archa. 76.

Q̄ pctōr nō redit ad xp̄u3 niſi tract⁹ a gr̄a figu. Ezechiel vidit aquā deſubt⁹ limē dom⁹. 76.

Q̄ nō cognoſcit̄ piculū pcti ni ſi p⁹ illūinatiōe3 gr̄e fi. petr⁹ edu ct⁹ de carcere p angelū. 77.

Ubi caro C vbi confeſſio A vbi compunctio M B Ubi diuitie E Ubi maria. B. C. E.

Gratiarum actio. 77.

Q̄ per actionē gratiaꝝ deus in clinat̄ ad largiēdu3 maiora fig. Filij Jacob volētes ſoluere pre ciu3 Joſeph fecit illis reſtitui ⁊ īpleri ſacos coꝝ ſine ꝓcio. 77.

Q̄ tenemur ex multiſ bn̄ficiſſ deo grās reddeꝛ fig. Joſeph nō recipiebat ab egyptijs de omni bus poſſeſſiōib⁹ quas obligaue rat regi niſi ſeptimā ꝑte3. 78.

Q̄ ſpūalr̄ dbem⁹ xp̄o ꝛ̄gratia ri ob victoriā quā p nobis ꝯ ho ſtē nr̄3 obtinuit fig. filie Jeruſalē exierūt cū timpāis obuiā dauid reuerēti a ꝑlio philiſtinoꝝ. 78.

Ubi charitaſ C vbi gliauana L

Gula car. 78.

Q̄ in guloſis habitat diabol⁹ fig. homo hn̄s legionē demonū habitabat in ſepulchris. 79.

Q̄ guloſi nō pcipiūt coꝝ ruinā fi. philiſtei dū erāt i ꝯuiuio ⁊ ho locauſtū obtuliſſent deo ſuo Da gon perierunt ſubdito. car. 79.

Ubi abſtinentia A E F

Humana conditio. 79.

Q̄ nō cognoſcit̄ vite pn̄tis fra gilitas niſi per mortē figu. Jo na areſcente ſubito hedera ſubi to remanſit triſtis car. 80.

Q̄ homo i hac vita captiu⁹ ia cet fig. filij iſrl̄ erāt capti ſub di ra ſeruitute in egypto car. 81.

Q̄ ſeruātes pctm̄ vſq3 ad ſene ctutē vix ſaluant̄ fig. filij iſrl̄ nō ſeruauerūt ſemitam iuſtitie niſi vſq3 ad. xxv. dies carta. 81.

Q̄ cognoſcit̄ hūana cōditio ſi qs illā ſpeculatur in ſepulchro fig. in introitu tabernaculi erat labium de ſpeculis. cart. 81.

Ubi glia vana B vbi Maria G vbi mundus B D

Humilitas. car. 82.

A qd oz nos hũiliare exẽplo xpi fi volum⁹ i ↄſpecũ dei exaltari fi. dixit ioſeph ffib⁹ ſuis ñ videbit faciẽ meã ſine frẽ vr̃o minio. 82.

B quod ai a cupiẽs diligi velut ſpõſa a xpo dz deponẽ ſupbiã ꝛ ſeq humilitatẽ xpi figura. vidẽs rebecca Iſaac pedibus ambulantem deſcendit de camelo. 82.

C quod hũilis aia ẽ de ſtirpe xpi iõ illã q̃rit i ſpõſã fi. ſũm⁹ ſacerdos ṽginẽ debebat accipere i ſpõſaz de ſua ſtirpe ꝛ non aliam. 83.

D quod hũilitas ficta ↄphendit a iuſtitia xpi ꝛ abicit. fig. Joãnes vidit equũ nigruz ꝛ qui ſedebat ſuper cũ habebat ſtateram. 83.

E quod hũilitas apit hoſtiũ vite et ne hñtib⁹ illã fi. Joã. audiuit ecce poſui hoſtiũ aptũ corã te. 84

Ubi ↄfeſſio D vbi diuitie A vbi gloria vana J vbi ira C.

Incarnatio. 84.

A Quod xps tm̃ pp hoies deſcẽdit de celo. fi. tpe Ezechie ſol deſcendit decem lineis. 84.

B quod xps nobis dat⁹ ẽ puul⁹ vt ſecuri⁹ recuramus ad ipſum figura Jacob miſit Joſeph filiuz ſuum paruulum. 85.

C quod hũanũ gen⁹ ſanari ñ potuit niſi a xpo fi. puer mortu⁹ non ſurrexit niſi tactu heliſei. ca. 86

D quod xps abũdãtiſſime mĩam pctõꝛũ⁹ largit⁹ ẽ fi. de filio prodigo q oẽm ſbam cõſũpſit. 86.

E quod ois nr̃a amaritudo dulcorata ẽ i paſſione xpi fi. Heliſe⁹ poſuit ſal i vaſe nouo ꝛ poſuit in aq̃ ꝛ dulcorata eſt. ca. 88.

vbi Maria F G Ubi aſcẽſio B Ubi xps C.

Infernus. 98.

Quod ſi cõpabim⁹ mũdi delectatiões dolorib⁹ iferni ñ peccabimus fi. dixit angel⁹ Thobie repone fel piſcis ꝛ iecur ei⁹. 88.

qd hõ ſtimulat⁹ a pctõ dz penas iferni cogitare fi. Joſeph fugit i egiptũ pp timorez herodis. 84.

vbi diuitie C vbi iudiciũ B G

Judiciũ. 89.

Rd q̃lis hõ inueniet talis i die iudicij iudicabit fi. dixit moy. populo eſtote parati i diẽ tũ. 89.

qualiter dñs veniet ad iudicãdũ fig. Joannes vidit thronũ ꝛ ſedentem ſuper eum. ca. 90.

qd xps exiget rõez ab hoib⁹ nullo tmio ↄceſſo fi. Jo. vidit ãgellũ iurãtẽ q aplt⁹ tps ñ erit. 91.

qui ꝛ q̃les erũt teſtes acuſates eos fi. Jo. vidit libros aptos. ca. 86.

qualit erit ſnia ſup eos a iudice xpo data ꝛ q̃lr mãdabit executõi fi. duc ſi ibi pria ẽ d equo palido quẽ vidit beat⁹ io. ſcda ẽ q ſupdicto io. angel⁹ oñdit beſtiaz ꝛ meretricẽ ſup ea ſedẽtem. 91.

vbi Maria C vbi mors D vbi mundus A.

Iuſtitia. 92.

qd ſuata iuſtitie diſciplia fugat demões fi. cũ moy. virgã manib⁹ tenebat vicebat iſrael. 92.

B Qd rector ſenā dʒ tēperare iuſtitiā ⁊ fragilitati ꝯpati ſubditorū fi. iud. xiiij. d ſanſone q iuēit mel in ore leōis ⁊ eo exhauſto ⁊ comeſto philiſteos ꝑcuſſit. c. 93.

C Qd plat⁹ dʒ ꝯdeſcēdere ſubditꝭ ⁊ ſeueritatē dulcedine tēpare ſm ꝙ expedit fi. i. R. xiiij. d Jonata q obtēta victoria ꝯ filiſteos ⁊ iucto melle itinxit i illō ſumitatē virge quā manu tenebat

Jra. 94.

A Qd ira iꝑdit aīum ne poſſit cernere verū ⁊ diabolo aſſimilat hominē. fig. d Hieremia vidēte ollam ſuccēſā a facie aquilōis ⁊ virgā vigilantē Hiere. i. 94.

B qd ira deſtruit oēs ꝟtutes aie fi. de grādine q cecidit i egypto q vaſtauit omne viride. 94.

B qd ira deſtruit q̄tuor cardinales virtutes fi. ventus oppreſſit q̄tuor angulos dom⁹ Job. 95.

Jnuidia. 95.

A qd iuidia ē ſcdʒ pctm̄ de ſupbia naſcēs fi. ij. beſtia q egrediebatur de mari erat ſilis vrſo. 95.

B qd tot tormēta patitur iuid⁹ quot aſpicit bona ꝓximorū fi. dixit iacob dā fiat dā ſicut colub i via. 95

C qd iuidia pmo ꝑcutit ſuū poſſeſſorē fig. de ſtella quam Joānes vidit cadere de celo. 96.

Ubi detractio per totum.

Hypocrita. 96.

A Qd hypocrita ſuſtiet pnā ſine pmio fi. ſimō tirne⁹ portauit crucē xpi ⁊ nihil ide meruit, ca. 97

B qd nō debem⁹ abſcōdere pctūm ſb palio ſcitatꝭ vt hipocrite fi. ꝓhibitū fuit linū ⁊ lanā ſimul in veſte ſacerdotali. 97.

C qd hypocrita ſub exteriori ſilatione multa mala abſcōdit fig. dn̄s dixit Ezech. vt foderet pietē q fec ⁊ vidit nephāda. 98.

D qd hipocrita n̄ diſcernitur a viro iuſto niſi p tribulationē fi. i turibulis aureis nō debebat poni niſi incenſum electum. 98.

Ubi humilitas D.

Lachrȝma. 98.

A Qd diabol⁹ nimis pſequitur aiaʒ lachrimātē fi. Suſana caput ſuuʒ vngēti iſidiāti ſūt duo ſenex. 98

B qd lachrȝme fecūdāt aiam bōis operib⁹ figu. Anna vxor Elchana poſt multas lachrȝmas peperit ſamuelem. 99

C qd lachrȝme deuote pducūt animā ad patriā fi. moy. ꝑcuſſa petra egreſſe ſūt aq̄ latiſſime. 99.

D vbi charitas B vbi corpus xpi B J vbi confeſſio C L vbi cōſcia C vbi cōpunctio per totuʒ.

Luxuria. 100.

A qd luxuria fugit ſagitta orōnis fi. Jo. i. vidit equū albū ⁊ q ſedebat ſup eū hēbat arcū. 100

B Qd vbi ē luxuria diabol⁹ accedēs occidit virtutes figura hoſtes filiorū Beniamin dederūt inſidiantibus Gabaa. 100.

C qd deficiēte rōnis lumie in aia: cōſurgit ignis luxurie fi. cū habraā diuiſiſſʒ carnes ſacrificij ſā

eta ẽ caligo tenebroſa ⁊ apparuit clibanus fumãs. cart.101.

D qȯ multũ lediť coꝛ cogitãs libi dinẽ ſi. Hieŕ. q poſit⁹ fuit i lacũ vbi nõ erat aqua ſ3 lutu3. c.101.

Ubi abſtinentia ſ vbi gula M

Maria virgo car. 102.

A Conceptio vel natiuitas ei⁹ fig. de vaſe p̃mo fracto poſtmodum refecto. ẽm Hieremiã. car.102.

B qȯ i ipſa oꝛta ẽ gr̃a ſi. dixit dñs iacob dimitte me auroꝛa ẽ. 103.

C qualiť btã v̓go pleña v̓tutib⁹ oꝛdi nata ẽ a ſpũ ſancto fig. domin⁹ p̃cepit Moy. diceñ facies mihi ſanctuarium. car.103.

D Qȯ fuit imunis ab omni pctõ. fig. terra ſacerdotalis erat liba a tributo pharaonis. ca. 104.

E Qȯ per ipſã gr̃a ſine pcõ fuit ſi. i archa lux itrabat per feneſtra ſ vitreas ſine aq̃ diluuij. car.104.

F Qȯ r̃fecit hũanũ gen⁹ cibo cele ſti ſi. abraã vocauit ſarrã di. acce lera tria ſata ſimile ɔmiſce. 105.

G Qȯ placuit deo ⁊ ɔfũdit diabo lũ ſi. Heſter placuit aſſuero ⁊ fe cit ſuſpendi Haaman. car. 105.

H Qȯ de maſſa hũani gñis coꝛru pti beata virgo edita eſt munda ta ab oi pcõ ſi. Nube ignea duce bat iſrael per noctẽ. cart.106.

I Qȯ ẽ aduocata pcõꝝ ſi. ſimula uit Rebecca Jacob iſaac. c.107.

K Qȯ xp̃i paſſio ſp fuit illi in coꝛ de ⁊ q̄ ſeptẽ ſpũs ſci dona hũit abundãter ſi. Moyſes aſpſit ſe pties ꝓpitiatoꝛũ. cart. 107.

L Qȯ ipa fuit iuẽtrix ſaluť hũañ ſi. mulier accẽdit lucernã. 108.

M Qȯ i ipa ſola remãſit fidei ſtabi litas. Fig. in tẽplo ſemper arde bat lucerna. car.109.

N Qȯ pie crediť xp̃3 ſibi p̃mo ap paruiſſe i reſurrectõe ſi. thobia par uul⁹ apparuit mr̃i q̃rẽti illũ. 109.

O De aſſũptõe ei⁹. ſi. Dauid cũ cã toꝛibus p̃cedebat archã. 110.

P Qȯ repꝛomiſſio ſaluť hũani ge neris ɔpleta fuit in v̓gine p̃cẽte dñ3 ſi. ros dſcẽdit i vellẽ. 111.

Qȯ ipa ꝓtegit pcõres ab ira dĩ ſi. mulier abſcõdit Jonathan ⁊ Achimã in puteo. cart. 111.

R Qȯ ipa gr̃a3 nr̃e ſaluť nobis de celo poꝛtauit ſi. colũba poꝛtauit ramũ oliue ad archam. car.111

S Qȯ ipſa ẽ ſedes regia de q̃ fili⁹ dei gr̃as poſtulãtib⁹ cõfert Fig. ſalomõ fecẽ tronu3 de eboꝛe. 112.

Ubi incarnatio. B.

Miſericoꝛdia. 112.

A Qȯ xp̃s conať nos ſua benigni tate ad gliam ducere relinquẽs obſtiatos q nolũt ip̃3 ſeq perire in pctis ſuis. fig. filij iſrael nolẽ tes terram pꝛomiſſionis itrare perierunt in deſerto. carta.113.

B Qȯ miſicoꝛdia ẽ mltiplex poꝛ ta celi figura poꝛte templi erãt de lignis oliuarum. carta.113.

C Qȯ magna viget i mundo mia ſ3 i futura vita ceſſabit fig. pha rao vidit. vij. vacas pīguiſſimaſ ⁊ p⁹modũ macilẽtiſſimaſ. 113.

D Qȯ. vij. mie opa obtinẽť abun

VIII

dátia celeſt]glie ſi. pharao vidit
ſeptē ſpicaſ pleáſ pululáteſ. 108
C qꝺ mia eſt q̄ paradiſū replet ſi.
Iraz rex tyri miſit artifices ad
David ſciētes opari ligna. 114.
Ubi ꝯpūctio L vbi incarnatio
D Ubi iuſtitia B C.

Mors. 114.

A Qꝺ mors ſubito ꝯterit diuites
ꝛ potēteſ ſi. lapiſ ꝺ mōte ſine ma
nib⁹ exciſus ꝯfregit ſtatuā. 114.
B quod mors nulli etati pcit ſi.
daniel vidit arietē hn̄tē duo cor
nua excelſa vētiláte ꝯ őiétē. 109
C qꝺ mors hoiem in duo diuidit
nec eidē pt hūana nā vix ꝯdicē
ſi. Baltaſar rex vidit in parie-
te manuz ſcribentis. cart. 115.
C Qꝺ ille q male vixit male mor
tu⁹ ē. ſi. ꝺe ſalomone qꝺ adama
uit mulieres. car. 115
D qꝺ mors oſtēdit magnos ꝛ p-
uos eq̄les eē ſi. pceptū ē angelo
q hēbat falcē vt meteret. 115.
E qꝺ non ꝯſiderātes ſe morituros
mors forti⁹ colidit eo q̄ i pui ſi⁹
rapit ſi. p totā terrā egypti fctā
ſūt tonitrua admixta igne. 117
F qꝺ ꝺebem⁹ pctā an̄ diem mortis
ꝺpōere vt tūc leues ſim⁹ ꝛ faci-
leſ ad itrādū ſi. pceptū ne pōde
ra portarēt in die ſabbati. 118.
G qꝺ mors eſt paſſus valde picu-
loſus ſi. fili iſrael terram pmiſ
ſionis itrare volētes errātes in
introitu eiuſdem erant. 118.
H qꝺ cōſiderāda ē morſ ne ꝯ exce
catū vanis ꝺeū vidē n̄ poſſit fig.
helias ſtetit i hoſtio ſpelūce. 119
vbi ꝯſcia A vbi hūana ꝯditō A
D vbi iudiciū A vbi mūd⁹ B

Mundus.

Qꝺ mundus ponit ad ꝺexteraz A
xp̄s ponet ad ſiniſtrā Figu. Ja-
cob cancellauit manus qn̄ bn̄-
dixit Manaſſe ꝛ Effraim. 119
qꝺ mund⁹ mltiplr ꝯmutat fig. B
iacob ait ad labā mutaſti mihi
iiij. vicib⁹ mercedem meā. 120.
qꝺ mundus certat ꝯtra nos ſe C
cū ducēs carnē ꝛ diabolūz fig.
Caldei fecerūt tres turmas ꝛ i-
uaſerūt camellos Job. car. 121.
qꝺ dilectores mundi ꝛ a mūdo D
dilecti nō ſūt pncipales xp̄i filij
iō nō ſūt ei⁹ coherēdes ſi. habra-
az dedit munera filijs ꝯcubiaꝝ
ſz Jſaac ꝺedit hereditatē. 121.
qꝺ aduerſa mundi docent nos E
mūdū fugere. figura. filij iſrael
pp̄ter afflictiōes magnas feſti-
nabant egyptum exire. car. 121.
qꝺ carnales hoīes pl⁹ mundū F
q̄ꝫ celū diligūt figur. Filij gaad
dixerūt Moyſi ducēti populū
in terrā pmiſſiōis relinq̄ nos i
terram Galaad ꝛc. cart. 122.
qꝺ mūd⁹ mltiplr mētit ſuitori G
b⁹ ſuiſ ſi. edificāteſ turri babel pc
tebāt latēs ꝛ dabāt ei ligna. 123.
vbi abſtinētia C vbi adulatō B H
vbi amicitia A vbi parētes A.

Oratio. 123.

Qꝺ pmū pparādū cor per ꝺeuo A
tionē ꝺeinde facienda eſt oratio
fig. Salomō pmū ornauit tem

plū deo ⁊ poſtmodū orauit. 123.
B qđ oro dȝ eſſe integra ⁊ perfecta
fi. preceptū fuit offerri domino
agnū ánniculum ſine macula ⁊ ſi
ne diminutione mēbroꝝ 124.
C Qđ oro ſine charitate nullate⸗
nꝰ ē pfecta fig. pceptū fuit tolle
re turribulū ⁊ hauſto igne đ al
tari ponere incēſuȝ deſup 124.
D qđ oro dȝ eſſe conſtans ⁊ firma
taȝ in aduerſis qȝ in pſperis. fi⸗
gura: Aioth vtebat̄ ſiniſtra pro
dextera ⁊ occidit Englon 125.
E qđ p orōnē gr̄e celeſtes ad nos
deſcēdūt ⁊ nr̄e petitões ad deuȝ
aſcēdūt fi. Jacob vidit ſcalā an⸗
gelos aſcendētes ⁊c. ca 125.
Ubi caro C ubi luxuria A
Paſſio Chriſti 126.
A Qđ pctōr fugiens ad crucē xp̄i
ptegit̄ a pctīs fig. Helyas iuſſit
Achab iūgē ſe currui ne pueni
ret̄ inūdatione aquaꝝ car 126.
B qđ duplex bn̄ficiū obtinent cru
cē xp̄i i corde portātes fig. dixit
helias heliſeo ſi me videbis cuȝ
aſſūptꝰ fuero hēbis qđ pet 126.
C De agōe xp̄i tpe ſudoris ſāguis
fi. vga quā tenebat Moy. māu
vſa eſt in colubꝝ car 127.
D qđ depoſitū de cruce corpus dn̄i
datū eſt i manibꝰ nr̄is fi. fratres
Joſeph tunicā Joſeph ſanguie
tinctā tradiderūt pr̄i ⁊c. c 128.
E De aptōe latēis xp̄i i cruce ma
nēt fi. rex iſrl̄ ſtabat i curru pcu
ſus i ſtōachū ⁊ plmonē ⁊c. 128.
F De poſtulatiōe barrabā p iude
os fctā ad pilatū fig. Duo hyrci
offerebant̄ quoꝝ vnꝰ occidebat̄
⁊ alter liber abibat car 129.
G qđ ſanguie xp̄i loti ſumꝰ a pctō
fi. purificatōe leproſoꝝ portabā
tur duo paſſeres quoꝝ vnꝰ occi
debat̄ ſup aquā vniꝰ font c 129.
H De crucis perfectōe fig. Nabu
codonoſor vidit arborē in me⸗
dio terre ⁊c. car 130.
I qđ xp̄us exiſtens ſine pctō nos
ſua morte mūdauit a pctō fi. ioā
nes audiuit ecce agnꝰ dei q occi
ſus eſt dignꝰ eſt ⁊c. car. 131.
K qđ xp̄us vſqȝ ad mortē firmiter
dimicauit p nobis in cruce fig.
tpe Joſue ſol ſtetit quouſqȝ pro
ſtrati ſūt hoſtes eiꝰ car 131.
L De duobꝰ latronibꝰ cū qbꝰ xp̄s
crucifixus eſt figura de duobus
captiuis quos Joſeph reperit i
carcere quoꝝ vni nūciauit ſalu⸗
teȝ ⁊ alteri patibulū. 132.
M De irriſiōibꝰ ⁊ illuſionibꝰ xp̄o a
iudeis impēſis ⁊ de dira iudeo
rum punitiōe figura Chan filꝰ
Noe deriſit patrē ebriū ⁊ ab eo
dem maledictus eſt car. 133.
N qđ xp̄us multo minus a nobis
fieri petit qȝ p nobis fecerit. fi.
qui tāgebat carnē vituli ſacrifi⸗
cij ſanctificabat̄ car 134.
O qđ amaritudo nr̄e pēalitat dul
corat̄ i xp̄i paſſiōe fi. deꝰ oñdit li
gnū Moy. vt pōeret i aq̄s ma
rath ⁊ dulces facte ſūt. car 134.
P De actibꝰ atqȝ gradibꝰ paſſiōis
xp̄i fi. manus miſſa ē ezechieli

IX

in qua erat inuolutus liber ſcri
ptus intus ⁊ foris car 135.
N Qđ xp̄us oblat' eſt ꝓ nobis in
holocauſtū deo vt nos recōcilia
ret illi fi. Abraā volēs offerre
iſaac obtulit arietē. car. 136.
R Qđ i paſſiōe xp̄i ſedata ē peſtis
nr̄e penalitatꝫ fi. depoſito i mari
Jona ceſſauerūt fluct' car. 137.
S De ſiti ⁊ potu xp̄o ꝓpinato in
cruce fi. dic̄ magr̄ ꝙ dū ſecaret
iſaias ſeca lignea ſitiuit ⁊ nega
uerūt ſibi aquā. car 137.
T qđ mors xp̄i nos ſanauit a mō
te fi. ď ſerpēte eneo. car. 138.
V Qđ ſacra fluxerūt de latē xp̄i fi
gura Noe iuſſit fieri hoſtiū ex
latere arche. car. 139.
X qđ os xp̄i nō fuit ꝯminutū. fi.
de agno paſcali car. 139.
Ubi ꝯſcia. D. vbi cōpūctio. B.
vbi incarnatio B C D

Patientia. 140.
A Qđ ds hic electos ſuos ꝯpūit
vt i celo excellēti' exaltet. fi. in
edificatiōe tēpli nō eſt audit' ſo
nus malleatoris. car 140.
B Qđ patiētia ꝓbatr̄ i tribulatiōi
bus velut aurū i igne. fi. de' pce
pit fieri i tabernaculo cādelabrū
aureum. car. 140.
C Qđ patiētia i. iiij. tribulatōib'
ꝓbatr̄. fi. pceptū fuit aſſumē. iiij.
ſpēs aromaticas eq̄lis pōderis
pulueriʒatas car. 141.
D Qđ viri pacifici pmūt h ⁊ ipij
gaudēt cū vtrūqꝫ ſit violētū ſed
cū hec violētia ſoluet ipij deſcen
dēt ad īfernū: pacifici v'o aſcen
dēt ad celū. fi. filij iſrael ⁊ egip
tij trāſeūtes ſimul mare rubrū
oēs ſūt ſaluati ſꝫ egyptij deſcen
derūt i pfundū iſraelitico pplo
icolumi trāſeūte. car 142.
qđ patientia velut ſagitta occi E
dit diabolū. fi. Saul occiſus ē
a ſagittarijs car 142.
Ubi auaritia P vbi ira B vbi
Hypocrita D.

Parentes. 142.
Qđ mali pētes poti' īducūt pp A
os filios ad ſuicēdū diabolo q̄ȝ
xp̄o fi. grauiſſie ferebat pharao
ꝙ moy. ⁊ Aarō iducebāt pplūʒ
ad exeūdū egyptū. car 143.
Qđ mali parētes ꝓhibēt filios B
itrar̄ ſligionē: ſꝫ poti' exponūt
eos mūdi pcipitio ꝯ' diuinū ꝯſi
liū. fi. pceptū fuit nō fieri machi
nā ď arbore fructifera. 143.
Qđ ꝯ diuinū ꝯſiliū mali parē C
tes filios imolāt diabolo. fi. pce
pit de' lapidare quecūqꝫ de ſeie
ſua daret idolo car 144.
Ubi auaritia P

Paupertas. 144.
Qđ pauptas vite pñ̄t obtinet i A
celis pmiū apoſtolor̄. fi. ſignuʒ
magnuʒ appuit in celo mulier
amicta Sole car 144.
Qđ pauptas dat hoīeʒ obliuiōi B
i ꝯſpctū mūdi. fi. vbi recitat mgr̄
ꝙ moy. arte aſtrologie pīr fecit
duos anulos quor̄ vn' mēoria
ali' v'o dicebat obliuio. 145.
Qđ q n pūt ſeq xp̄ꝫ ꝑpauptatē C

pn̄t ſaluari bn̄ viuēdo diuitijs. ſi. Loth negēs mōtē aſcēdē ſaluatus ē in ſegoꝛ. car. 146.
D qd nō pn̄t hic cū mūdo gaudeꝛ ⁊ i celo cū xpo. figu. iacob dixit eſau frēȝ tuū dn̄ȝ tuū feci. 146. vbi auaritia vbi diuitie vbi eleͤmoſyna.

Penitentia. 147.

A qd hō gradiēs pit' pnie dȝ ſē ſitiuos appetit' diuideꝛ aurib' ſpūalib'. ſi. iacob fugiēs labā ⁊ timēſ eſau diuiſit familiā i duaſ partes vel turmas. car. 147.
B qd xpus ē pat' cū pcōꝛe pactuȝ componere per pniaȝ. ſi. cuȝ veniſſet Iſaac ad puteū iuramenti venerūt ad eū tres viri ⁊ pacti ſunt cū illo. car. 147.
C qd dia. conaꝛ pniaȝ ipedire in aīa ne fiat. ſi. draco ſtetit coram muliere parturiente. car. 148.
D qd pnia tc̄ do ē accepta cū coꝛ nr̄m bn̄ deo denudaꝛ. ſi. vitulus ſacrificij diuidebaꝛ mēbꝛati. 149
E qd gaudiū ē ſup pctōꝛe ꝯuerſo deo ⁊ āgelis ſi. Abꝛaā fec̄ grāde ꝯuiuiū qn̄ ablactauit filiū. 149
F qd potı' eligēda eſt pnia h̄ q̄ȝ i futuro. ſi. dd maluit. iij. dies peſtilētie ſuſtinē q̄ȝ. vij. famis. 150
G qd triplex eſt grad' pnie ſi. filij iſrl per tres gradus iuerunt ad terram pꝛomiſſionis. car. 150
H qd pnia expoſita eſt oib' gnūb' pctōꝝ ſi. Jo. vidit ciuitatē hn̄tē tres poꝛtas ē ſus oēȝ plagā. 150
I qd ꝑꝑ amaritudinē pniꝫ oēs il lā fugiūt ſi. Joſeph voluit mariaȝ dimittere eo q graiuda erat ſed cognito per angelū q concepꝛat de ſpūſācto aſſumpſit eaȝ ⁊ factus ei' miniſter. car. 151
K qd. iiij. pctā lepꝛe ſilia. ſ. ſupbia iuidia auaritia ira purgāt peniтētia figura lepꝛoſo radebātur barba ⁊ ſupercilia. car. 152
L qd pctoꝛ nō dȝ deſperare de venia poſtq̄ȝ cecidit ſȝ aſſūpta penitētia dȝ ꝯ vicia pugnare ⁊ vincere. ſi. abꝛahā libauit loth frēȝ ſuū de manib'. v. regū. 153
M qd triplici via pctōꝛ ad veram pniam rediit ſi. Neemias volēſ reedificare hierlm venit nocte ad poꝛtam vallis. car. 153
N qd p baȝ pniaȝ de' obliuiſciꝛ iniuriaꝝ ſi. d ſōnio picerne pharaonis q vidit tres ꝓpagies. 154
vbi coꝛp' xpi H vbi cōfeſſio L vbi diabol' S vbi fides D vbi vanaglia H vbi infern' B vbi iudiciū a vbi lachꝛyma b vbi luxuria D vbi moꝛs G vbi ſatiſfactio A vbi perſeuerantia C D.

Perſeuerantia. 154.

A Qd pſeuerantia eſt cuſtos ⁊ ſatiſfactrix pnie ſi. fruct' qnti anni ſanctificabatur. car. 154
B qd pſeuerādū ē in pnia vſq̄ȝ ad moꝛtē ſi. Joā. vidit i medio. vij. cādelabꝛoꝝ veſtitū podere. 154
C qd niſi certem' vſq̄ȝ ad moꝛteȝ ñ obtiebim' gliaȝ ſi. Jonathas pugnauit vſq̄ȝ ad veſpam. 155
D qd non dȝ hō deficere licȝ cadat

fi. Joab poſt mortē mltoꝝ ſuo-
rum vicit philiſteos. 155
Ubi gloria vana P

Predicatio. 156.

A Predicatio facienda ē ſꝫ audi
entiū capacitatē. fig. Laban ap
poſuit camellis ꝛ iumentis pal
leas hoib⁹ vo panē. ca. 156
B qd pdicator nihil bñdicere va-
let niſi p grāꝫ ſpūſſci fi. dixit an
gelus zacharie ſacerdoti eriſta
cens vſqꝫ ad ortū. 156
C qd pdicatio facientis ꝛ docētis
qttuor hꝫ effect⁹ optios fi. moy-
ſes fecit fieri duas tubas argē-
teas ductiles. car. 156
D qd predicator aliqn̄ leuia aliqn̄
aſpa dꝫ pferre fi. in padiſo erat
lignū ſciētie boni ꝛ mali. 157
E qd pdicator dꝫ obſuare qd do-
cet ſi ligna ſeu arbores ac plāte
qs de⁹ plātauit fructū produce
bāt hñtē ſemē in ſemetipſiſ. 157
F qd pdicatio valet ꝯ tentationes
diaboli figur. Dauid tangebat
Cytharam ꝛ malus ſpūs ceſſa
bat vexare ſaul. car. 158
G qd pdicatio dꝫ eſſe moderata in
qli ꝛ quāto fi. ſal pōebat i oi ſa-
crificio in debita mēſura. 158
Ubi corp⁹ xpi C vbi diabol⁹ J

Prelatio. 158.

A Qd aliq ſi latoē ſactitatꝫ platiōe
obtēta fiunt deteriores q̄ prius
fi. Abſalō ſtabat i vicis ſimulās
iuſtitie ſe zelatorē ſed obtēto re
gno deterior factus eſt. car. 188
B qd plat⁹ dꝫ eē miſicors ꝛ iuſtuſ
fi. moyſes fuit mitiſſim⁹ ad pla-
candum deum ꝛ populo acutiſ
ſim⁹ ad dirigēdū eum. 159
qd plat⁹ dꝫ eē ſibi auſter⁹ ꝛ aliis C
pius fi ſalomon fuit vnctus in
Syon per Nathan prophetam
ꝛ ſadoch ſacerdotē. ca. 159
qd plat⁹ peccans eſt cauſa ruine D
ſuorum ſubditorū fig. ſaul ruit
ſuper gladiū ſuū ꝛ armiger ei⁹
fecit ſimile. car. 160.
qd prelatio ꝯfundit in manib⁹ E
mali prelati electoꝝ culpa figu.
Latrunculi ſamarie duxerunt
captiuam puellam. cart. 160
qd dꝫ pmotos pcio dupl'r rape F
fi. implēs marſupiū Jeroboam
fiebat ſacerdos. carta. 161
qd dꝫ ſēper eligi mlior rmotis G
odio amore figu. ſamuel nō vn
xit Eliab primogenitū ſed da-
uid minorem in regem. car. 161
qd plat⁹ nō corrigēs pcipitat ſe H
ꝛ ſubditos figu. Heli non cor-
rexit filios. carta. 161
qd plat⁹ dꝫ eſſe expertus in plio J
ꝯ vicia corporis ꝛ ꝯ tētationes
diaboli alii deficēt exercit⁹ ſub-
ditoꝝ fi. dd pmo iterfec leonē ꝛ
vrſū ꝛ pꝫ iterfec goliam. ca. 162

Recidiuum. 162

qd pctōr ſequēs ſēſitiuos appe A
tit⁹ rcidiuat ꝛ morit fi. ſemey cō
pletis trib⁹ ānis dſcēdit p⁹ ſuos
ſuos viſ⁹ ē a ſalomōe occidi. 162
qd aia deū dereliqns recidiuat B
ꝛ capitur a diabolo figura di-
na filia Lye patris ſocietatē re

liquēs capta ē a ſichen. 163
qđ pcōr nimis ꝯmorās in᷒pctō
cū ide exit cito recidiuat ſi. Fili⸗
iſrl̄ pp lōgā moraʒ i egypto ab⸗
homiabāt manna car. 163.
D Qđ recidiuās ꝑuat̄ r̄gno dī ſi.
Uxor Loth vt̄it ſe retro. 163.
Religioſi. 164.
A Religioſi ꝑ tria q̄ obſuāt obti⸗
nēt diuinā ſapiam. ſi. tres fortes
dd obtinuerūt haurire aquā de
ciſterna Bethleē car. 164.
B Qđ ve religioſi relinq̄ntes tpa
lia ⁊ ꝑmā voluptatē ſedebūt cū
xp̄o iudicātes. ſi. Jonathas exu
it ſe tunica ⁊ dōanit dd 164.
C De trib᷒ ordib᷒ religioſoꝝ. ſ. he⸗
remitaꝝ ſci Auguſtini p̄dicato
rū ⁊ minoꝝ. ſi. tres pueri electi
ſūt a ꝓpoſito regis car. 165.
D qđ religioſi obſuātes tria vota
ſimiles ſūt angelis ⁊ mali reli⸗
gioſi neq̄q̄ꝫ pñt ſtare i religiōe
figu. Joānes vidit ſtellas d ce⸗
lo cadentes. car. 166.
E qđ i religiōe dʒ eſſe ſufficiētior
cū oēs q̄ʒuis nobiles dbēt hūi⸗
lit obedire ſi. i ge. noe i archa i⸗
trat tā hoib᷒ q̄ꝫ bruꝭ 166.
Ubi auaritia A vbi iuſtitia A
vbi parentes A B
Reſurrectio. 167.
A De magna letitia fideliū i reſ⸗
rectiōe xp̄i ſi. Frēs ⁊ pr̄ Joſeph
magnā hūerūt letitiaʒ eo inēto
regnante in egypto. 167.
B De reſrectiōe vii hois tm̄ ⁊ q̄
alteri nō debeſ reſrectio ſi. Uir⸗
ga Aarō ſola floruit. 168.
qđ oēs reſurgent itegri ⁊ pfeti
ſi. ezechiel duct᷒ fuit i agrū ple⸗
nū oſſib᷒ iterfectoꝝ car 168.
qđ in reſrectiōe aſſumem᷒ cor⸗
pus imortale ſi. Columba redi
it cum oliua virēte ad archam
octaua die. car 169.
qđ iudei fuerūt ꝯfuſi in reſrec⸗
tiōe dñi putātes ipʒ ꝯfudiſſe ſi.
Sāſō aſportauit portas ciuitaꝭ
exigēs nocte man᷒ hoſtiū ſuoꝝ
car. 169. Ubi auaritia A
Sacerdos. 169.
Sacerdos gliaʒ accipiet i his
quos ſua opōe atʒ doctria ꝯuer
tet ad pniaʒ ſi. i ſacrificio ꝓpitia
tōis ſacerdoſ hēbat pōtōnē 170
Sacerdos dʒ ſcire tria. fig. Na
zarei in caniſtro ſancto tres hē
bant panes. car 170.
Qđ vtutib᷒ dʒ ornari ſacerdos
ſi. ſūmi ſacerdoꝭ veſtis ēat d biſ
ſo attingēs vſqʒ ad pedes. 170.
Sacra ſcriptura 171.
Qđ clici ⁊ religioſi ꝑter ſacraʒ
ſcripturā nullā debēt ſciaʒ ſtudē
niſi deciſis erroꝛib᷒ ⁊ q̄buſdam
ꝯtēptꝭ. ſi. filij iſrl̄ nō poterāt ꝯlle
re cū alieo gn̄e niſi ſub q̄buſdā
modis ⁊ ꝯditiōib᷒ car 171.
qđ adueniente xp̄o eo p̄dicāte
ſēſus ſacre ſcripture patuit ſi.
Jacob lapidē eleuauit d puteo
adueniēte Rachel car. 171.
qđ xp̄us ſacrā ſcripturā quā iu
dei inifecerāt purificauit ſi. phi
liſtei repleuerant puteos terra

quos fecerāt pueri abraā ⁊ iſa-
ac nouū puteū fodit car 172.
D qđ adueniēte xp̄o iudei merito
ſacre ſcripture dulcedine ſunt p̄
uati fig. māna datū ē filijs iſrl'i
dñica die ⁊ dicepſ vſqȝ ad. vj. fe
riā ſ3 i ſabbō nō ē datum. 172.
E Qđ ad ꝯplēdū ſenſū ſacre ſcri-
pture oȝ fidē p̄cedē itellectū fi.
ioānes cucurrit citi⁹ Pe. ſ3 pe-
tr⁹ p̄us monumētū itrauit. 173.
Ubi diabolus k vbi ecclia A F.
Satiſfactio. 173.
A Qđ nup ꝯuerſis ad pniāȝ debet
ipōi leuis ſatiſfactō. fi. iacob pp
puulos ⁊ oues fetaſ maluit lēto
paſſu ire qȝ ſeq eſau frēȝ ſuū 173
B Qđ nup ꝯuerſi nō ſūt magnis
tētationib⁹ exponēdi fi. Moy.
ñ duxit pplȝ p terraſ philiſtino
rū in exitu egyptij. car. 174.
C qđ recte ſatiſfaciēs dȝ cor ꝯter
re ⁊ corp⁹ flagellare figura aial
ſacrificij erat vngula ſciſſū ⁊ ru
minans. carta. 174.
D Si melius ē hic deo ſatiſfacē qȝ
i futuro qꝛ h̄ modicū reqrit xp̄s
fi. dauid petebat modicā rfectio
nē anabal cū eēt ꝓfug⁹ i deſerto
cū pueris ſuis. 175. vbi pnia.
Spūſſanctus. 175.
A Qđ ſpūſſcūſ ꝓcedit a pāe ⁊ filio
fi. ioāni fuit oñſuſ fluui⁹ aq̄ viue
ſplendidus qui ꝓcedebat a ſe-
de dei ⁊ agni. car. 175.
B Qđ ꝯſcia ſcā q̄ ē ſpūs ſci hitatō
mulſ muniſ v̄tutib⁹ ꝯ hoſtes in
fernales figura. lx. fortes iſrl' te
nētes gladios cuſtodiebant le-
ctum Salomonis. 176.
qđ nl'la v̄t⁹ vel opatio hūana qȝ- C
uis optia nihil ē niſi gr̄a ſpūſſā
ti ꝯdiat. fi. Nihil valebat man
na niſi ad ignē poſitū. 176.
Ubi charitas per totum. 176.
Superbia. 176.
Qđ ſupbia paupuȝ quos exal- A
tat fortūa nīmiū fetet fi. Moy-
ſes cineres proiecit verſus celū
⁊ fcā eſt plaga veſice fetida. 176
qđ ſupbus nunqȝ cognoſcit deū B
i pſpꝛis fi. pharao truſabat de
Moy. aū plagas receptaſ ñ. n.
deū cognouit niſi pcuſſus. 176.
Qualr diabol⁹ p ſupbiā deiect⁹ C
de celo cecidit ad ifernū fi. Na-
bu. cōparat⁹ ē beſtijs. 177.
Ubi adulatio D vbi hūilitas A
B C vbi ira C vbi pauptaſ B
Tentatio. 178.
Qđ occulta tētatiōe conaſ dia- A
bol⁹ viros fortes ⁊ ſcōs decipeſ
figura. vxor Ieroboaȝ mutauit
habitum vadēs i Sylo ad achi
am prophetam. car. 178.
Qđ qȝtū poſſum⁹ debem⁹ tenta- B
tiōes excludē a nob fi. filijs iſrl'
p̄ceptū fuit nullaten⁹ cū gētib⁹
mrimoniū cōtrahere. car. 178.
qđ de cordib⁹ nr̄is debem⁹ tēta- C
tiones fugare ne morenſ ibi fi-
gura filij iſrael ſemp habitabāt
ſequeſtrati a gentibus. 178.
qđ fideles xp̄i nunqȝ ſūt ſine tē- D
tatōe vſqȝ ad mortē fig. filij iſrl
ſemper erant in p̄elio. 179.

Ubi diabo. B' vbi patiētia C. Chriſtus. car. 179.

A Qd̄ xp̄s vadit pᵒ pctóres vt ſal uet eos ⁊ aliquando tangit eos in corde ⁊ diuitijs vt eos ſatiet. figu. Dauid clam intrauit tem torium Saul. car. 180.

B qd̄ xp̄us non inueniē in pōpis mundi neq̨ in ſenſibilibus ap petitibus. fig. quinquaginta vi ri queſierunt Heliā in monti bus ⁊ non inuenerunt euȝ per tres dies. car. 181.

C qd̄ xp̄us diabolo incognitᵒ illū decepit ⁊ exterminauit. fig. pha rao. nō cognouit eē dei v̄tutē in Moyſe: ⁊ pſecutus ē eum vſq̨ ad mare rubrū vbi cū oibᵒ ſuis interemptus eſt. car. 182.

Ubi incarnatio per totum.

Excuſatio auctoris.

¶ Frater Antoniᵒ Zerra Señs Theologo clariſſimo Magr̄o Paulo d̄ Spoleto. S. P. D.

Uenit crebro pī am pliſſime vt imprimē dis libris: aut corre ctorum neſciētia aut impreſſorū permodica attētiōe eorum qui in enodandis enu cleādiſq̨ ſacre hiſtorie difficul tatibus: nō ſine maximis ac di uturnis lugubrationibus vt de ſe aliquid memorie poſteris re linquant: ſolerti ſtudio nō par uos ſubieē labores. Famā ymo ⁊ auctoritatē aliq̄liter denigra ri ⁊ exinde paruifieri cōſpicia mus. qd̄ in p̄ntis opuſculi au ctorē: maxima eius ⁊ religiōis nr̄e cui plurimo fuit decori ac ornamēto cū iniuria: luce clari us factū cum animaduertiſſeȝ: maxima cum ſolertia attentio neq̨ illud pluries voluēs ac p legens: mēdas oēs ac errores ⁊ ſi quid ſuperflui erat pro ige nioli mei viribus abradēs: qd̄ q̨ deficeret ſubnectēs. (Id eniȝ ſi priores eius inſpexeris ipreſ ſionem facile cognoſces). vt im preſſiōi iteꝝ mandareē curaui: qd̄ ⁊ effeci. Statuiq̨ tibi patro no vnico ⁊ fautori meo: in quo omnis ſpes ſita eſt: ipm̄ dedica re: vt diuino ꝓpemodū ingenio tuo emendationes meas ac cor rectiōes cū videris: ſi aliqua ex parte defeciſſē q tu pro tuo i me paterno amore: caſtiges emen deſq̨ ⁊ ſuppleas. quem diu fe liciſſimū immortales dij con ſeruent. Uale.

Impreſſū cū priuilegio obtēto a Sereniſſimo Ve netorū dominio ꝙ nullus alius poſſit īprimere p decēniū ſub penis ī dicto priuilegio cōtētis &c.

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL · BURGOS

¶ Incipiunt figure clariſſimi
viri fratris Antonij Rāpegoli
de Janua ordinis heremitarū
ſancti Auguſtini. Prologus.

r Eligioſis viris i
xpo dilectis ſtu-
dētibus. Neapo
liꝫ cōuent⁹ ordis
fratrū heremita
rum ſancti Au-
gu. Frater An-
toni⁹ Rampegolus de Janua
Or. memorati Salutē. Dile-
ctioni vr̄e poſtulata ꝯferēs me
tuo nō incōgrue ne lit⁹ maris
arauerim dumqꝫ multo labore
ſudoreqꝫ ꝯdidero velut inſipi-
da relinquatis mei iperitia exi
gēte. Indeqꝫ receptis lambru
ſcis vīn̄ racemi ſperār̄ ⁊ vr̄a fru
ſtrēr itētio ⁊ mea ſine fructu an-
xie peracta opa ꝯticeſcāt. Re-
trahūt aūt que protuli: inſtigat
aūt man⁹ largitoris q̄ ſapiaꝫ ꝑ
ſtat puulis ⁊ viris prudētiā po
ſtulātibus. Nā ſanctarum mē-
tiū ꝑcib⁹ iclinata largienda do
nare nouit ⁊ elargita ſui roris
bn̄dictione pfundēs ſuſcipien
tis ⁊ ſeminantis culturā habū
danti⁹ ſcd̄are. Urget etiaꝫ ad h̄
op⁹ qm̄ noui vos meā inhertiā
nō latere: cū iperfectū meū vi-
derit oculi vr̄i. Idcirco ſagitte
q̄s ꝓprie ignorantie arc⁹ iaciet
ꝑſcite min⁹ ferièt preſertim cū
mee tāto ampli⁹ ibecillitati cō-
pati teneamini: cū ſto apl̄i⁹ vr̄a ꝑ
cepit dilectio me modicum qd̄
noui ſine arrogātia poſtulātib⁹
impartiri. In hmōi figuraꝝ cō
pēdio ne loco refectionis faſti-
diū generē ſuccinte loq̄r ⁊ cla-
re vt mihi ꝓpria valitudo pmi
ſerit. malēs opuſculuꝫ ſub bre
uitate cōponere diuiſionib⁹ ac
ſubdiuiſiōib⁹ lectorū exercitio
derelictis: q̄ꝫ nimia prolixitate
ꝯfundere intuētes. Materias
eniꝫ diſtiguā ꝑ ordinē alphabe
ti pauciores ⁊ plures i fabrica
collocās vbi decēter neceſſitatē
proſpexero ſuadere. vt aūt q̄ſi
ta facili⁹ occurrāt tabulā finito
libro ordinabo ſpūs ſancti gr̄a
adiuuāte. In hoc igit̄ opuſcu-
lo ſi q̄ſpiā veſtrum vel legētiuꝫ
q̄ſqꝫ ſe nouerit ꝓfeciſſe memine
rit cultoris inutilis. qui lꝫ fru-
ges inutiles paucaſqꝫ ꝓduxe-
rit mēte tn̄ ⁊ corpe fidelr̄ labo-
rauit loco ergo effect⁹ affectū re
cōpēſans aiaꝫ meaꝫ ſupno reco
mēdet agricole: vt ſaltē cū ho-
ra. xj. venerit operantib⁹ nō qd̄
iuſtū fuerit tribuat ſꝫ qd̄ ꝯſue-
uit egredi a ſue m̄ie largitate.

De abſtinentia.

c Aſtigo corp⁹ meuꝫ ⁊ in
ſuitutē r̄digo. i. ad cor.
ix. q̄ qdē patet ratiōe.
Non eſt aial adeo indomitum
qn cito per ſubtractionem eſce
domet̄ atqꝫ domeſticet̄ ſicut pa



BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL · BURGOS

tet de erodio ⁊ accipitre. Spiritualiter nulluꝫ aīal hūano corpore ſilueſtri⁹ ⁊ indomituꝫ niſi fame domeſ̄: fame vo p abſtinētiā ⁊ ieiunia cōpulſū ſtatiꝫ ſub Fig. ditū fit ſpūi. Figura .ij. Reg. xiiij. Cū abſalō ꝓprijs demerit] expulſus fuiſſet a patre Rege nec ex ſe poſſet apō patrē pacē īuenire pluries reqſiuit Jo ab amicū ſuū queꝫ mitteret intercesſorē ad regē q̄ ſuperueniret cōtēpſit quouſqꝫ Abſalō miſſis ſeruis ſuis oēs ſegetes illi⁹ fecit cōburi quo fcō venit ⁊ cū pāe eū recōciliauit. Spūaliter p Abſalon ſubaudi ſpūm q ex ꝓprio ꝯſenſu peccati turbat regē ⁊ patrē Dauid .i. xp̄s ꝓpter quā turbationē repelliẜ a ꝯſortio regalis curie .i. celeſtis gr̄e: ⁊ ad recōciliationē neceſſariū ē corpus p lachrymaꝝ efuſiōeꝫ ⁊ alijs opib⁹ pnīe op⁹ q̄ eo exduſo ⁊ rebelli nullaten⁹ fieri pūt. cōtēnit igitur venire ⁊ ſpiritui ſubdi dū meſſes ſūt i agro ideſt dū fruiẜ crapula ſꝫ aſtinētia artatū ⁊ ſubtractis ſupfluiſ ſtatim obediēs efficiẜ ⁊ onere pnīe aſſumpto ſpūs ad xp̄i miſericordiā ſtatiꝫ redit. Jō bōa eſt abſtinētia ſeu ieiuniū p qō aīa a vitijs liberata xp̄o ſic cōAug iungiẜ. vñ Aug. i ſmone de ieiunio. Jeiuniū purgat mētem ſubleuat ſenſuꝫ carnē ſpūi ſubijcit coꝛ facit cōtritū ⁊ humiliatū ꝯcupie nebulas diſpgit libidinis ardoꝛes extinguit caſtitatis lumen accendit.

J ſm carnē vixeritꝭ mo
ſ riemini Ro. viij. Cupi R
ens inimicū fugare ⁊ a ſe ꝓcul pellere deſtruat illi receptaculū. Exēplū de lupo ⁊ alijs beluis. Si qs. n. lupo deſtruit foueā fugit ꝓcul carēs receptaculo. Spūaliter receptaculū hoſtis nr̄i dyaboli eſt humana caro cū delicate nutritur vñ Am. i libꝛo ō fuga ſuli. Quiſ Am cūqꝫ ſe delitijs coꝛpalibus dederit i dyaboli ſeruitute manebit. ōbem⁹ igiẜ p abſtinētiā ⁊ ieiuniū coꝛp⁹ moꝛtificare vt dyabolus citius a ſpū carēs coꝛporis ſubſidio ſupeẜ. Figura. Da Fig ni. xiiij. vbi legim⁹ ꝙ Daniel p̄mo ōſtruxit ydolū noīe bal ⁊ poſtea draconeꝫ q latebat ſub ydolo. Spūaliter p bal qō interp̄taẜ vētus ſubaudi coꝛpus humanū. vñ i Job. vij. c. vētus ē vita mea. Jgitur moꝛtificato coꝛpoꝛe moꝛtificata ſunt oīa tela dꝛaconis .ſ. dyaboli ſub carnis ōlectatiōib⁹ qeſcētia. vnde Hiero. ad cellariam ait. Ardētes dyaboli ſagitte ieiunioꝛuꝫ ⁊ vigiliarum frigoꝛe reſtrīngende ſunt. Hie.

N camo ⁊ frēo ma. eo.
i cō. ps. xxxi. valde peri L
culoſum ē eqtare ſuper equū idomitū ⁊ p̄cipue iuxta

rupes ſeu aq̄s ꝓfūdas q: ſepe tales eq̄ ꝑcipitāt aſſeſſores. Jō tales eq̄ ꝓ eq̄tātiū ſalute domādi ſunt abſtinētia ⁊ laborib⁹. Spūalr ꝑ hmōi equos ſubaudi hūana corpa. Iſai. xxxi. eq̄ coꝝ caro. Igr̄ niſi hi eq̄ domēt abſtinētia ⁊ labore ꝓmpti ſunt ꝑcipitare ſpūs. verūtñ nōz. hāc drīaz iter equos mālēs ⁊ hūana corpa q: ſepe mālis equ⁹ ita ꝑcipitat militē q̄ ipē ñ ꝑcipitatur. corp⁹ āt nūq̄ꝫ ꝑcipitare ꝑt aiaz qn ipꝫ ꝑcipitet. vñ Criſ. de repatiōe lapſi ſi ingt aiaz negligim⁹ nec corpus ſaluare poterimus. Nō enim aia ꝓ corpoꝛ. ſꝫ corpus ꝓ aia factū ē. Qui ergo quod primū ē negligit ⁊ q̄ꝺ iferi⁹ ē excolit vtrūq̄ꝫ corrūpit Qui v̄o ordinez ſeruat ⁊ colit q̄ꝺ pmū ē ꝑ primi ſalutē ſaluabit ēt ſm.

Fig. Figura Exodi. xiiij. Pharao ⁊ exercitus ei⁹ ꝑcipitio itrauerūt Mare rubruz ⁊ ſubmerſi ſunt ſimul cū eq̄s eorū deſcēdētes i ꝓfundū q̄ſi lapis. Spūaliter ꝑ mare rubruz ſubaudi mūdi diuitias i q̄bus equi nr̄i adeo ſe imergūt q̄ ſimul vna cū ſpū ad interitū ſubmerguntur. ⁊ oēs virtutes pariter pimunt̄. Gre. Gre. li. iij. Mora. Dominante carnis vitio oē q̄ꝺ hoies fortiter egerint ꝑdūt ⁊ dū vētri non reſiſtitur ſimul cūcte virtutes obruuntur.

Seruus me⁹ deridet me. ij. Re. xix. Abuſio magna ē tantā dare libertatē ſeruo vt dñm derideat corpus nr̄ꝫ ē ſeru⁹ ſpūs. ⁊ ſpūs dei ē ſeruus. D

Aug. Aug. i ſolilogis tractās illud ps. oia ſubieciſti ſub pedib⁹ ei⁹: vt tuus inqt eēt tot⁹ hec ſup oia tua dñatus ē hō. exteriora nēpe ꝓ corpore cuncta creaſti corpus ꝑꝑ aiaz: aiaz ꝑꝑ te. vt hec exteriora poſſideret ad ſeruitiū. te āt ad ſolatiū. Seruus igit̄ ille. i. corpus accepta libertate i' dñm ſuū iſurgit irriſiōes ⁊ cōtumelias iferēs. Jō velut igratus ſeruus domādus ē ieiunioꝝ ⁊ abſtinentiaꝝ v̄berib⁹ vt manſueſcat.

Fig. Figura Gen̄. xxi. vbi legim⁹ q̄ yſmael nālis filius Agar ancille v̄berabat Jſaac legiptimū filiū ſponſe quod Sarra moleſte ferens accepta ptāte ab Abraham viro ſuo afflixit matrē ⁊ filium pane ⁊ aq̄ repellēs vtrūq̄ꝫ a ſe. dm̄ū Agar humiliata nimis cū filio domī reſtituta ē. Spūaliter ꝑ Sarrā q̄ peperit Jſaac: aia denotat̄ q̄ dū pit bonū opus tribuit d̄o ſolatiū ⁊ riſum. ꝑ Agar q̄ interꝑtat̄ ſolēnitas vigilie notat̄ caro hūana q̄ de feſti gaudijs nō curat dūmō hec poſſit ſolēnizare vigiliā ⁊ gaudere cū mundo fili⁹ ei⁹ [redacted] ē carnalis appetitus q̄ nec legitimis nec de

dei ⁊ aie cōiugio natus ē. Innuadit .n. filiū libere .i. ſanctū aie ꝓpoſitū nec ſinit ipſum i pace viuere. Hec aia xpi ſpōſa nullatenus ferre dꝫ potētor pꝛīcē ſup carnē carnis appetitꝰ habere. affligat igiē ipſum pane ⁊ aqua pellēs a ſe ꝓcul ꝑ diſſenſum voluntatis ⁊ ſic diſpoſitis vicijs ⁊ prauis actibꝰ ſuis ipſa caro ſubdatur aie ad mandatū

Am. volūtatis. vn̄ Amb. de offi. Ieiuniū ē mors culpe. excidiū dlictorū. remediū ſalutis. radix gratie. ⁊ fundamentū caſtitatꝭ.

E ſ Erui dānati ſunt noſtri Tren. v. Uerecundū eſt magno ꝓncipi ꝙ vilis ⁊ ruſticus ſeruus ei ꝯtumelias inferat. Humanꝰ ſpūs eſt magnꝰ pꝛiceps. ps. viij. Minuiſti eū paulominꝰ ab angelis. viliſſimus ſuꝰ ē humanū corpus. Iſa. xl. omnis caro fenum. ſed aliquando cōtingit ꝙ caro ſurgit contra ſpiritum repleta voluptatibꝰ per ſugeſtionē dyaboli in tm̄ ꝙ qcqd i aia nobilitatis erat totū diruiē corpe ꝓcu

Fig. rāte. Figura. iiij. Reg. xxv. vbi legimꝰ ꝙ nabuzardan pꝛinceps coquorū deſtruxit muros yeruſalē ex pcepto regis Nabucodonoſoꝛ. Spūaliter Nabuzardan qui interpꝛtaē palca corpꝰ denotat. yeruſalē ſignificat aiaꝫ que ad dei ymaginē facta eſt vt ipſa deū videat ⁊ requeſcat in pace in id ipm̄. Igiē Nabuchodonoſoꝛ rex babilōis. i. diabolus rex ꝯfuſiōis iubet carnē crapulis repletā aiam ſuccēdere ꝯcupiſcētie igne muros deſtruere aīi muralia ⁊ honeſtatem ⁊ virtutes. Et tūc pꝫ ingreſſus eiꝰ velut dirupte ciuitatis cūctiſ brutis ſuggeſtonibꝰ vt porcoꝝ ſtabulū fiat que prꝰ erat trinitatis habitaculū. Et hec ē ꝙ ipſi

Ber. aie Ber. iꝓbat in li. Meditationū. O inqt aia humana iſignita dei ymagine decorata ſimilitudine dotata in fide deſpōſata in gratia rōnis pꝛiceps deputata cū angelis beatitudis capax. qd tibi cuꝫ carne tua? nunquid vilius ſterquliniū inueniſti.

i Nueniet eā ſcopis mūdatā Mat. xij. clibanarius volēs furnū mūdare: ſcopā prꝰ mittit i lutū deide ponit ipam i furno madefactā ne ignis icēdio cremeē. Spūaliter diabolus ponit corpꝰ i lutū crapule vt facilius poſtmodū ponat illud in ignē ſeu fornacē libidinis. Nā madefactū ebrietate libidinis icēdia nō pepēdet q̄ i ſtatu abſtinētie abhoꝛrebat. Figur. Gen̄. xix. vbi legimus ꝙ ecōs Loth i ſodomis ꝑpēdēs ſodomoꝝ icēdia fugit ſꝫ vio crapulatꝰ i mōte de ꝓprijs filiabꝰ ꝯmiſit iceſtuꝫ. Spūaliter

bō inter crebras demōis tēptationes nō pōt incendijs libidinū ſuperari vel maclari ſi ſobrietatis clipeo ſe defendat. Et tñ ꝑfect⁹ ad cōtēplationis montē ſi crapula ꝑueniat duabus filijs ſuis. ſ. mentis ⁊ corpis volupta

Au. tib⁹ ingnat. Hic Augu. viciū gule deteſtans ait in lib. ad ſacras virgīes. Ebrietas ingt flagitionuȝ oiuȝ mr̄ eſt culparūqȝ mā. radix criminū. origo viciorū turbatio capitis. ſubuerſio ſēſus. tēpeſtas ligue. ꝓcella corporis iſania volūtaria ignominioſus lāguor. turpitudo moꝝ dedec⁹ vite: honeſtatis infamia anime corruptela. hec abſtinētia fugāda ſunt.

¶ De adulatiōe.

A c. Rati ore meo dulce tā qȝ mel ⁊ amaricari fecit vētrē meū Apo. x. Dicūt medici ꝙ oē dulce ē opilatiuū ⁊ rō eſt q2 Stomachus nimis delectat in dulci iō nimis ipſum retinet in ſe nolēs illud alijs mēbris ꝯdiuidere iō obeſt corpi. Oppoſitū eſt ð amaro ꝙ ſtomach⁹ nō ſolū ꝓijcit ſȝ ēt gc gd ꝑ illud in ſtomacho tactū fuerit. Jō ꝓdeſt amara medicina q2 pellit ſupflua. Spūaliter dulce eſt de ſe audiēti bona audire ⁊ ē ſibi velut mel i ore adulatoꝝ cōpoſitio ſȝ aie viſcera re

Gre. plenē lāguore. Gre. i omel. ij. ſup Eze. Nihil ē ꝙ tā facile corrūpat mētes hoīuȝ vt adulatio plus. n. nocet ligua adulatoriſ qȝ gladi⁹ ꝑſequutoriſ. Jō fugiēda ē adulatio ⁊ ſuſcipiēda ē frna correctio q̄ lȝ aurib⁹ ſit amara pellit tñ ab aīa oēȝ lāguorē pcti

Fig. Jō in leuitico. ij. c. Figuralr̄ ē ꝓceptū filijs iſrael vt ſal ponerē in ſacrificio mel ðo nunqȝ Moralr̄ deo facim⁹ ſacrificiuȝ qñ ob amorē ei⁹ aligd boni agimus de exteriorib⁹ reb⁹ i miſericordie opa elargit̄. vl ēt qñ corpus nrȝ ei imolam⁹ pnia maceratuȝ. Si ergo volum⁹ ſacrificia noſtra ðo eē accepta atqȝ grata nō admiſceam⁹ i ipſis adulationis mel. i. nec noſ ipſi de bono ope gloriemur nec adulatorū accipiamus falaciaſ ſȝ noſ ipos arguamus ⁊ aliorū icrepatōeſ humiliter audiam⁹ ⁊ nobis nō nocebit: ſȝ ſaluteȝ obtinebim⁹. vñ Aug. ij. de trini. Magis op Au. tabo a quolibȝ reꝑhendi qȝ ab adulatore laudari. Null⁹. n. eſt reprehēſor formidād⁹ amatori veritatis. laudator vero errat ⁊ ꝯfirmat errorē. petr⁹ rauēnas in q̄daȝ epl̄a. Cum. n. ſal correctiōis in oi ſacrificio acceptetur a dño mel adulationis in omni ſacrificio reprobatur.

v B Ulnus ⁊ plaga tumēs non eſt curata medicamine. Jſa. i. Peſſime

facit medicus q egroto vidẽs vuln⁹ īſanie plenū claudit illō ante plenā purgatiõez lȝ videatur placere egroto eſt.n.aliqñ dulcius infirmo ſubire mortis periculū q̃ȝ ſuſtinere amarū remediū. Spūaliť. Adulator eſt pſſim⁹ medic⁹ videt.n.iterduȝ mūdi diuites tumeſceŕ ſupbie vulnere ⁊ nō conaŕ hanc exhere ⁊ curare inſanieȝ p increpatiõis plaſtꝛ qđ ꝓpha ꝯmemorat ps.c.xx.di. Increpaſti ſuperbos maledci q đ.a.mā.t. Et alibi ſupbis ꝯminādo ait vos āt ſicut vnus de pꝛicipib⁹ cadetis ſiue moriemini ſcȝ cū pꝛauis angelis cadeꝫ. Adulatio.n.claudit vuln⁹ ſupbie p blādimēta qbus clauſo vulnere: ⁊ cor ⁊ viſcera putredie repleŕ mortaliꝫ ſ qua magis ſibi clat⁹ cōplacet q̃ȝ in ſanatiua increpatiōe ⁊ ſic miſer decipiť. Iſa. Populemeus q te btīn dicūt ipſi te decipiunt. Figu.iij. Re. xxij. Achab rex yſrael noluit credere Michee ꝓphete dñi ſȝ adherens falſis prophetis igreſſus ē ad bellū ꝯ Regē ſyrie. pcuſſus ē iter ſtomachū ⁊ pulmonē ⁊ mortuus eſt veſpere ⁊ canes linxerūt ſāguinē ei⁹. Spūaľr p Achab Regē glibet hō notaŕ q regere ac dirigere regnū ſuū.i.ſemetipſȝ hȝ p michā ꝓphetā dei notaŕ correctoꝛ verax a quo q

Fig.

libet vere viuere cupiēs dȝ appetere corrigi: debetqȝ ipſi⁹ icrepatiões patiēter audiŕ. ps. corripiet me iuſt⁹ p falſos ꝓphetas ſubaudi adulatores iplentes aios hoīum laudib⁹ falſiſſimis vt ipſe ſic decept⁹ pōat ſe ꝯ regē celi ſȝ pcuſſus ſagitta diuine ſententie corruit veſpē.i.hora mortis ⁊ tūc canes iſernaleſ ſolicite bibūt ei⁹ ſāguinē. ⁊ tūc poteſt cognoſcere q̄ decipiebaŕ adulatoꝝ laudib⁹ ⁊ laudatorū falacijs Sen. epl'a.lx. hec recitat đ Alexādro. Alexāder inqt cū eſſet i obſeſſione cuiuſdā ciuitatis ſagitta q̃dā vulnerat⁹ ē cū igiť reſpſo ſāguie ſui vulneris dolor creſceŕt carnis obſtupuiſſet coact⁹ aſſiſtētib⁹ ait oēs iquit iurāt me eē filiuȝ. Iouis. Sȝ vuln⁹ hoc me eē hoīem clamat. Ecce qualiter pcuſſus cognouit adulatoꝝ mēdacia q̄ añ vulnus nullaten⁹ aduertebat.

o Omnis hō pmo bonum vinū ponit tu aūt qđ deteri⁹ ē. Io.ij. Nō.ǭi cō uiuijs bñ oꝛdiatis ſemp bonū vinū reſeruaŕ? Et rō ē qꝛ bonū vinū vltimo ſūptū facit receptū cibū bñ dirigere. Iō in nuptijs vbi xps erat i qb⁹ nulla potuit eſſe inoꝛdinatio optimum vinū ex aq̄ xpi ṽtute fcm̄ poſteri⁹ tāq̃ȝ melt⁹ reſuatū ē. Spūaliť. Cōuiue ecclie pꝛi⁹ debēt ſu

mere penalia ⁊ amara hui⁹mũ
di memores calicis tam amari
quẽ dñs ꝓ nobis bibit vñ ipſe
in trẽ. Recordare trangreſſio-
nis mee abſinthij ⁊ fellis ſic ig
tur facientes intrabimus cela
ria vite future vbi inebriati ab
vbertate dulcedinis dom⁹ ei⁹
exultabim⁹ ſine fine. ſ; oĩs hõ
idest oĩs adulator terrena tñ
ſapiẽs q ꝑ hoiem intelligit co
ꝙ hõ dr̃ ad humo qd̓ ẽ terra ſꝑ
miniſtrat melius vinũ. i. ſemꝑ
ꝓfert i facie hoĩs blãdimenta
⁊ falſas laudes i qbus miſ hõ
Fig. inebriatus ruit i iteritũ. Figu-
ra Luc. iiij. phiſei duxerũt ie-
ſum ad ſupciliũ mõtis vt inde
precipitarẽt eũ. Spiritualr̃ ꝑ
phariſeos ſubaudi adulatores
q a ſũmo vero dimiſſi ſunt. hi
enim qñq; conant̃ ſuũ dei ad-
ducere ad ſummũ laudis vt in
de ꝑcipitet̃ ad iteritũ. Et ſi tũc
hõ faceret qd̓ fecit xp̃s qui ab-
ſcondit ſe vt v; conaret̃ latere i
humilitate ⁊ mortis conſidera
tione nõ corrueret. ſ; nã huma
na tã ꝓna ẽ ſuſcipere huiuſmo
di adulationũ falſa vt q̃ ſcit pe
nit⁹ euidenter non eẽ ab alijs
Se. dicta ſuſcipit tãq; vera Sene-
ca ep̃la. lx. Cito inqt nobiſ pla
cem⁹ ſi inuenimus qui nos bo
nos viros dicãt qui prudẽtes
q ſanctos. nõ ſum⁹ modica lau
de contẽti q cq d in nos adula
tio ſine pudore cõgeſſerit tãq;
debitã apprehẽdimus optios
nos eẽ ⁊ ſapiẽtiſſimos affirmã
tib⁹ aſſẽtim⁹ cũ ſciam⁹ illos mẽ
tiri ſepe adeo quoq; idulgem⁹
nobis vt laudari velim⁹ in id
cuius cõtraria maxie facim⁹.

Q Uomõ põt qs guſtare
qd̓ guſtatu; affert mor D
tẽ. Job. vj. Nota ꝙ ali-
q ſũt ita validi comeſtores vel
potatores ꝙ l; cognoſcãt cibu;
⁊ potũ ſibi qñq; nocere nõ ꝓp̃
abſtinẽt. Jõ laborantes i poda
gra ꝯſueuerũt dicere. pro vno
bollo cẽtu; vlx. Spũaliter v̓ba
adulator ita placẽt elatis ꝙ l;
illa ſciant aĩabus nociua nihil
omin⁹ pñs delectatio vicit futu
re amaritudinis cogitamẽ. In
terdũ tamẽ redeũtes ad ſe illd̓
qd̓ eis dulce fuit in auriũ fauci
bus turbat ⁊ moleſtat ſtomacũ
ꝯſciẽtie. Fi. Apo. x. vbi iubet̃ vo Fig.
lumẽ comedi qd̓ i ore comedẽ
tis erat tãq; mel dulce. ſ; poſt
modũ ſbſequuta ẽ vẽtris ama
ritudo. Spũaliter ſubaudi ꝑ
volumen os adulatoris i quo
multa inuoluta ſunt arte d̓ce-
ptiõis ꝯpoſita vt decipiãt ipſi d̓
vanitate i id ipſum. Adornant
eni; v̓ba ſua ⁊ d̓pingunt men
dacijs vt ſplẽdeãt in conſpectu
audiẽtis q̃ quidẽ verba q̃uis
falſa ita auide elatus abſorbet
vt q multũ ſitit potũ. ⁊ poſtmo

dñ aia eius replebitur calculo
vñ puer.xxiij. Ne ꝯtépleris vi
nũ dũ ſplédeſcit i vitro ingre-
dif blande nouiſſima át eius
mordebũt vt coluber.

Cum guſtaſſet noluit bi
bere Mat.xxvij. No.
ꝙ q̄ꝗ̄ multa ſint peri-
cula ceco ineſt tñ vnũ ſatis gra
ue ei q2 ꝑt aliqñ bibeř eque be
ne venenũ ſicut vinũ. Spũalr
Ambitioſus ē cec⁹ q2 ambitio
ſitas ceca plus ꝑſumit q̄ꝗ̄ poſſit
Se. vt aũt Señ. Adulator.n.ſibi ꝓ-
pinat cibum mortiferum loco
ignominie ē honor idigno qñ
in facié ſibi ꝓfert laudes falſas
q̄bus qñq3 aſſumptis ab elato
ſeu ãbitioſo ſubſeq̄tur ꝯfuſio
vituperabilis ẽt i cóſpectu gé
tiũ q2 interdũ cognoſcũt gétes
laudatũ carere virtutibus q̄s
tacẽdo cũ laudaf ſe cõſiteř hře
ꝛ tũc laudes ṽtunť i ꝯdec⁹. Fi
Fig. gu.iiij. Re.xxv. vbi magiſter
recitat i hiſtoria ꝙ rex babylo
nis i magno ꝯuiuio fecit
ad ſe adduci Sedechiá regem
iſrael captiuũ ſuũ qué captum
excecauerat ꝛ poſt ſaltationez
ꝛ ludũ qué coegit eũ faceř co
ram diſcũbẽtibus ꝓpiauit illi
hauſtũ laſſatiuũ:q ſtatim corã
oib⁹ tot⁹ deturpat⁹ ē quo doloř
ꝛ ꝯfuſſione percuſſo ad parie-
té capite miſerabiliter mortu⁹
eſt. Spũaliter ꝑ regé babilóis
ſubaudi dyabolũ q puluere ar
rogãtie excecat hoiem ꝛ ſuũ ca
ptiuũ facit. Cogit eũ ſaltař hic
inde ꝛ ꝑ mũdi ꝓſpera ꝛ q̄rere
humanas laudes ꝛ paratis ſer
uis dyaboli.i.adulatoribus ꝑ
eos ipſe dyabol⁹ propinat po
tũ cõfuſionis ꝛ ignominie qui
aſſumẽs coram aſtãtibus vitu
peratur. qui laudes ipſius co-
gnoſcũt eẽ falſas. vñ Abac.ij.
Replet⁹ ē ignominia ꝓ gloria.

Leũ peccatoris non
o impinguet caput me
um. ps.cxl. no. ꝙ mu
ſce libẽter reſidẽt ſup
caput ipinguatũ. fedantes illõ
ſep ꝛ replẽtes vermibus. Spi
ritualiter due muſce putride ſi
licet ſupbia ꝛ cupiditas q̄ ſem
per ſimul ꝑuolãt libẽter ꝛ reſi-
dẽt ſup ambitioſũ ꝛ vna ſemp
ē reliqua ſociata. Aug. i ep. ad Au.
quẽdã militẽ. Superbia ꝛ cu-
piditas in tñ eſt vnũ maluz vt
nec ſupbia ſine cupiditate: nec
ſine ſupbia poſſit cupiditas in
ueniri. Adhẽrẽt igiť hẽ muſce
ſup vnctũ oleo adulationis q2
vt elatus poſſit ſup alios extol
li totũ ſe cupiditatib⁹ accõmo-
dat optẽtis igiť diuitijſ ꝑ phas
ꝛ nephas ſupbie ſe tradit. De-
turpať igiť ab his muſcis aia
ꝑ iſamiaz ꝛ aliqñ moriť in pec-
cato hmói vnctiõis i fecta. Fig. Fig.
Dã.xiij. Suſanna ingreſſa po

meritū caput ſuū vnxit quo fa-
cto ſtati duo praui ſenes agreſ-
ſi ſunt eaȝ ⁊ ipaȝ turpiter infa-
matā fere ꝯduxerūt ad mortē.
Spūaliṫ. Suſanna aīa oleum
adulatio. duo ſenes duo pec-
cata ſupradicta ꝗ prompta ſūt
aīam ꝯdēnare adulationibus
deditā ergo adulatōis oleū fu-
Be. giamꝰ. Beda ſup lucaȝ. Ipſa
peccati nutrix adulatio eſt que
ſic oleū flāmis i c̄lpa ardētibꝰ
ſolet adminiſtrare fomētuȝ.

De Amicitia.

A a AMico fideli nl̄la ē ꝯpa-
ratio. Eccli. vi. no. ꝙ ca-
nis blādiṫ hoſpiti dū ē i
mēſa ſpans ab eo recipe os aut
fruſtū panis aut aliquē morſel-
lū. ſȝ mēſa leuata voluit illi dor-
ſū imo iterdū latrat ꝯ ipȝ. ſpūa-
liter dū hō eſt in mēſa ꝓſperita-
tis vite pn̄tiſ multos amicos hȝ
falſa tn̄ dilectiōe amātes. qꝛ vt
recipiāt morſellū. ſed ſi per ſuc-
ceſſū aduerſitatiſ ꝉ paupertatis. mē-
ſa ꝓſperitatis ꝯficiat voluūt illi
dorſa eccli. vj. eſt amicꝰ menſe
qui nō pmanet in die tribula-
tionis imo ſepe velut canis la-
trat cōtra illū quē priꝰ ſimula-
bat amicū. Tales. n. amici ſunt
dyabolus mūdus ⁊ ppinq. Fi-
Fig. gura. Job. ij. Dū eēt in proſpe-
ritatibꝰ tres eiꝰ amici mltū eū
reuerebanṫ: cū vero deſtitutus
tpalibꝰ bonis ⁊ pcuſſus plaga
magna ſedebat in ſterquilinio
erāt illi opꝓbris ⁊ iniurijs oneroſi.
Spūalr hij tres ſupdicti ami-
ci blandiunṫ hoi miſero in hac
fugaci vita: ſed nō vt ſuiāt imo
potiꝰ vt morſellū capiāt. dyabo-
lus expectat aīam. mūdus car-
neȝ. ⁊ filij pecuniā. ꝯpoſita vero
menſa vite pn̄tis cū ſederit pec-
cator. corporaliter in ſterqlinio
ſepulcri ⁊ aīa plaga inſanabili
in inferno ab his amicis reci-
piet retributiones prauas qꝛ a
diabolo cruciatū: a mūdo igno-
rātiā: a filijs negligētiā non co-
gnoſcet illū mūdus ⁊ filij de ip-
ſo nō curabunt amplius: ergo
praua eſt amicitia ꝗ ſoluȝ in ꝓ-
ſperitate diligit. ideo. Iſi. iij. de
ſummo bo. In ꝓſperitate inqt Iſi.
icerta eſt amicitia. neſciṫ aūt an
pſona an felicitas diligaṫ. Se-
pe. n. p ſimulationem amicitia
coliṫ vt qui nō potuit aperte de-
cipē fraudulēt ꝯcipiat.
l Lauit nos a penis nr̄is i
ſāguine ſuo Apo. i. No- B
ta ꝙ ſanguis multū amicaṫ na-
ture cuius exēplum eſt qꝛ vbi
ſanguis percipit eſſe neceſſita-
tē ibi ſtatim ſuccurrit. vn̄ vide-
mus dum hō erubeſcit ſanguis
vadit ad faciē eo ꝙ facies pati-
tur. dū āt hō mori timet facies
eius paleſcit qꝛ cor patiṫ ⁊ ſan-
guis relinquēs faciē vadit ad
cor vt ipm cōfortet. Spūaliter

xp̄s multū amicat̃ hūane nāe q2 vbi videt neceſſitatem incū bere: ſtatiȝ τ p̄ſto ē ſubuenire. vidēs .n. hūanum gen⁹ morte ſuccūbē recoligens ſe ad illud totū ſuuȝ effudit ſanguinē priuſq̄ȝ pmitteret eū mori.ſ.hoīeȝ

Fig. Figura.iij.R⁹.vj. vbi magiſter recitat i hiſtoria ſcolaſtica qđ dā demō.ſ.dū fabricaret tēpluȝ nō ē audita vox malleatoris τ cā aſſignat̃ q2 ſalomō plen⁹ ſapiētia fecit icludi i vaſe vitreo pullos ſtructiōis quos ſic icluſos ſtructōi oſtēdit q videns qđ vas frāgi nō poterat vadēs ad nem⁹ portauit vermen noīe Tamar τ ēius roſtro iterfecto vermis ſanguīe liniuit vas illđ vitreū τ ad liniamēta ſanguis ſtatim vas fractuȝ ē τ pulli libati ſunt. Spūalr oēs eram⁹ clauſi i vaſe limbi pp pctm̄ primoꝝ parētūȝ nec poterat vas illđ frāgi p aliquā creaturā: dn̄s vidēs pr̄ celeſtis creaturaȝ ſuā.ſ.homines ad imaginē ſuā ꝯditos quos filios adoptauit detineri captiuos deſcēdēs ad nem⁹ vite p̄ntis ſūmē humāe carnis attulit τ fuſo ꝓprio ſanguine cōtriuit portas ereas τ liberauit ſuos captiuos. Zac.ix. Tu quoq̄ȝ i ſanguine teſti eduxiſti vinctos tuos de lacu vbi non erat aqua. patet ergo xp̄ȝ veruȝ eſſe amicū q tāta ꝓ nobis fecit nihil inueniēs qđ ſibi placeret i operib⁹ nr̄is: ſȝ ex ſua ſola bōitate ſubuenit oib⁹ neceſſitatib⁹ nr̄is ꝓut expedit. vn̄ Amb. ſup L u. li.iiij. Xp̄s oib⁹ oia fact⁹ eſt pauper paupib⁹. diues diuitibus. flēs flentibus: ſitiēs ſitientib⁹. ꝓfluens habūdantib⁹ in carcere cuȝ captiuis cū Maria flet cū apl'is epulat̃ cū ſamaritana ſitit. in deſerto eſurit vt cib⁹ primi hoīs quē puaricatione guſtauerat ieiunio dn̄i ſolueret̃. Am.

De Apoſtolis.

Creſcite τ mltiplicamini τ replete terraȝ. Gene.i. Mot. cp pater hn̄s multos filios ſcientes bn̄ mercari ipſos mittit p mūduȝ vt acgrāt τ multiplicēt domū ſuaȝ. Spūalr dn̄s nr̄ Jeſus xp̄s pr̄ miſericordiarū τ de⁹ toti⁹ ꝯſolatiōis domū ſuā.ſ.eccleſiā multiplicare volēs filios ſuos Apoſtolos ſcōs elegit τ miſit i mundū cuilibet talētū p̄dicatōis cōmittēs ex quo repleta ē τ multiplicata ſancta eccl'ia fidelib⁹. ps. ipleta ē terra po.t. A

Fig. Figura. Gene. xlix. Jacob patriarcha moriens vocauit vndecim filios ſuos predicens que de illis futura erant. de his igit̃ multiplicat⁹ ē populus dei tā pu'is q̄ȝ i maximis facultatib⁹. Spiritualr p Jacob patriarchā ſb audi xp̄ȝ q vocat apoſtolis ſue

paſſionis tempore oia futura tam de ſe quam de illis dixit et illis talentum ſpus ſancti i pē tec. ōdit quo accepto pfecti ſūt in oēs terrā mittētes ſonū eorum et ſic repleuerūt ecctiam tā pſonis fideliūq; doctrinis et gratiis. nā lz pauci eēnt et indocti tñ ſcia mirabili orbē repleuerūt.
Aug vñ Aug. ij. epla ad voluſia. Ex paucissimis et iperitiſſimis et vilissimis Aplis multiplicant et sublimant copioſiſſima agmina clariſſima ingenia acutiſſima eloqa doctorū accutiſſimorum et fecundorum auctorum.

B h Auriētis aqs i gaudio defōtib' ſaluatoris. Iſa. xij. Ro. q sitiētibus nihil delectabili' potu et precipue itinerātib' magno itinere vnd qñ fontē inueniūt auide ad illū dclināt. Spūalr pñs vita ē qdā pegrinatio pgēs de loco natiuitatis vſq; ad mortē indefeſſe et ſine morula nec valet aliqd ab
Se. hac pegrinatiōe pticeſſe Sen. de doctrina morum vita nra pere grinatio ē et cū multū deābulauerim' redeūdū ē ad h. n. nob naſcētib' nā terminū in euitabilē poſuit quē q multū diſtulit nō euaſit. In hac igit pegrinatione tāta fuit aq penuria. ſ. gfe q oēs ſitis ariditate moriebant. vñ ppha plorabat di. ps xli. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū et c. ſz veniēs. xps reddit nobis aquā de petra. ſ. grāz d ſe ipſo de quo ſcriptuz ē petra aūt erat xps et poſtmoz p riuulos ſcōr aploz ipaz ifudit vt fideliū ppli biberēt habūdāter. Figu Fig. ra. Exo. xv. et nūc. xxxiij. Filij iſrael venerūt i Helyz vbi erāt xij. fōtes aquar. Spiritualit filij iſrl ſūt xpi fideles. ſ. xpiāi vere ri. Veniūt. n. i helyz q iterptat iuocatio dei qz veniūt ad fidē p quā deū et dnm nrz ſaluatorē inuocam' et credim'. Ibi ſūt. xij. fōtes. ſ. xij. apli effūdētes aqs dulcedinis charitat et doctrine qb' mundus tot' rigat vt pz de btō Paulo q directe fōs viu' fuit ſaliēs i vitā eternā vñ Cri. Cri. de laude pauli. O ingt mirabiles qz fluuios nob genuit paulus nō fm paradiſi fōtē qttuor tm ſz ēt multo plures ac quotti die fluētes n terrā irrigātes ſz aias hoium ad pducēda virtutum germina ſuſcitantes.

p Lacebit deo ſup vitulū nouellū ps. lxviij. Ro. C q magis acceptū ē donū cuiuis puū alicuius donātis cū magno affectu quē hz qz alterius ditioris dādo apli' ſine affectu et ſibi retinēdo ptē ei' qd hz Sic. n. legim' nos ſaluatorē de paupcula q plus phariſeis dederat q tm duo minuta in gazophylacium poſuit. Spūaliter

deo ē magis acceptū donū dan
tiū pauperū de illo modico qd
hñt q̄ȝ diuitū diuidētiū cū do q̄
poſſidēt q: paupes lȝ nō hēant
exteriora que donēt dant nihil
omin⁹ iteriora. ſ. affectionem ⁊
voluntatem quibus argētuȝ ⁊
aurū ꝯparari nō pñt vñ Amb.
in lib. de viduis vberius eſt mu
n⁹ e puo q̄ȝ theſaur⁹ e maximo
q: nō tm̄ q̄ det ſed quod rema
neat ꝑpendit̄ nemo. n. plus tri
buit q̄ȝ qui ſibi nihil religt. Di
ues ergo ⁊ ſi multa dat q: tm̄ ſi
bi adhuc retinet ꝓpriam volū
tatē talia operari pōt qbus om
ne qd dedit deturpat̄. eo quod
plus diabolo ⁊ peccato tribue
rit q̄ȝ deo. Vñ Gre. xxx. li. mor.
loquēs de diuite elemoſynario
male tm̄ viuēte idigēti igt ꝓxio
exteriorē ſubſtātiā ꝑbet: ſed vi
tam ſuā a negtia non cuſtodit.
Rē ſuā deo tribuit ⁊ ſeipſū pec
cato hoc q̄ min⁹ eſt obtulit au
ctori ⁊ hoc q̄ maius eſt ſerua
uit inigtati igit̄ oblatio beatoꝝ
apl'oꝝ qui licet eſſent paupereſ
rebus exterioribus ⁊ qd relin
querēt nō habebāt q: tm̄ negā
tes ſe ipſos ſequuti ſūt dñȝ ml'
tum fuit deo placita ⁊ accepta
plus eſt . n. corpus q̄ȝ veſtimē
tuȝ. ⁊ plus valet volūtatis liber
tas q̄ȝ nemo pōt cogere q̄ȝ tot⁹
mūdus plus ergo dederūt imo
lātes ſeipſos mēte ⁊ carne red
dētes deo qd ab eo acceperāt vt
ſicut ipſe dei fili⁹ vt agnus ima
culatus eſt immolat⁹ pro tot⁹
humani generis ſalute. ita ipſi
⁊ nouelli vituli immolati ſunt
xp̄o vt ꝓ oīum fideliūȝ ꝓpitia
tione. Figu. exo. xxiiij. vbi deo Fig.
oblati ſunt. xij. vituli. Ber. in Ber.
ſmone apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pau
li. Scim⁹ inquit q̄ viri iſti nec
ſibi vixere nec ſibi mortui ſūt ⁊
ſed ei qui pro ipſis mortuus ē.
Magis aūt pro nobis oībus
ꝑ illū ꝓ nob̄ fac̄ eoꝝ vita eoꝝ
doctrina ⁊ mors ipa. ⁊. n. in cō
uerſione eminētiā in ꝑdicatio
ne ſapientiā in paſſione patien
tiā nobiſ beati apoſtoli ꝯtulerūt
qui etiaȝ vſque hodie conferre
non ceſſant miſericordia pleni
⁊ ſanctarum orationum fru
ctibus.

f Undamēta muri ciuita
tis omni lapide ꝑcioſo a
ornata apoc. xxj. Inter
alia q̄ regruntur ad edificium
fortiter exigendū ē vt lapides
bene ordinent̄ iō conſueuit do
mificator extendere ꝑpendicu
lum ne ordo lapidū in edificio
poſitoꝝ ꝺ̇ficiat ex illo. n. inſtro
ꝑpēdit̄ ſi lapis excedit lapideȝ
pluſq̄ȝ debeat. Spūalr eccleſia
ſancta edificata ē velut caſtruȝ
fortiſſimū. Cāticoꝝ. vj. Terribi
lis vt caſtroruȝ acies ordinata.
Jō artifices eius ꝑpēdiculo di

uine ſapie ordinauerūt ipſam in articulis fidei in tm̄ rectum ſeruātes ordinē q̄ ē ipſis hoſti b⁹.i.demonib⁹ terribilis i aſpe ctu iō fugiūt a cōſpectu ei⁹ hui⁹ nāq3 ſanctiſſime dom⁹ edifica tio. Figu. ē Joſue. iiij. vbi dn̄s Fig. pcepit ipſi Joſue. Elige, inquit dn̄s. xij. viros p ſingulas trib⁹ ⁊ pcipe eis vt tollant de medio iordanis alueo vbi ſteterūt pe des ſacerdotū. xij. duriſſimos lapides quos ponēt in loco ca ſtrorū vbi fixeritis hac nocte tentoria. Spūal'r hec v̄ba ſunt dei p̄ris ad dn̄3 nr̄m Jeſu3 xp̄3 ſaluatorē q p̄elegit. xij. viros. quos apoſtolos nominat Lu ce. vj. Lapides duriſſimi. xij. ſunt articuli fidei quos ipoſſi bile ē cōteri aut frāgi. Sūt.n. ſinguli a ſingulis apoſtolis or dinati. Accepti ſunt āt de me dio iordanis alueo q̄r, recepti ſunt ō ſacre ſcriptur̄ flumio vbi firmiter prophete dei aſſiſterūt illos ſuis vaticinijs affirman tes imobiliter. Ponunr̄.n.hi lapides in loco caſtrorū. i. i' ec cleſia ſctā vbi hac nocte. i. i hac enigmatica luce vite p̄ntis oēs fideles tētoria. i. corꝫ aiu3 figāt quouſq3 perueniar̄ ad pmiſſio nis p̄ria3 vbi facie ad facie3 q̄ō nūc credim⁹ intu bimur. i hoc ergo caſtro manētes ſic virib⁹ ⁊ p̄oītate habūdante vt ab hoſtiū

nemine pn̄t penitus ſuperari. Gre. in q̄dā omel'. fortes facti Gre. ſunt ſancti terrena deſpiciūt ce leſtia appetunt: demonibus ipe rāt: carnē domāt: ſpm̄ roborāt: virtutib⁹ corruſcant: mori pn̄t: flecti autem nequeunt.

Cies ordinata. Cañ. vj.

a Not. q̄ iter alia q̄ ſepi⁹ E pcurāt victoriā i bello ē ipſaꝫ acieꝫ ordo. Oppoſitū ve ro. ſ. pflictū ptingit ſepe ex inor dinato militū pgreſſu. Ūn̄ Ue Ueg. getius de re militari. Nihil in quit in acie magis cuſtodiēdū eſt q̄3 vt oēs milites icedēdi or dinē ſeruēt q̄ō aliter nō pōt fie ri niſi vt ambular̄ celeriter ⁊ eq̄ liter exercitio diſcāt. Pericu lū.n. ab hoſtibus ſemp grauiſſi mū ſuſtinet dimiſſus ⁊ inordi nat⁹ exercit⁹. Spūaliter eccl'ia ſancta dei cui⁹ acies eſt optime ordinata a ſupno duce. Habet enim ſuos pricipes ⁊ tribunos ſ. ſctōs apoſtolos portātes vexil lū eterni regis ⁊ pariter icedē tes cū illo quos xp̄i fideliū mi' titudo miro ordine ſequir̄. Jō nō eſt poſſibile nos pire. Figu Fig. ra numeri. ij. Ubi legimus. xij principes fuiſſe electos ſuper fi lios iſrael q hēbant ppl'3 iſtrue re de libris mādatoꝫ dei q̄b⁹ ob ſuatis vicebāt hoſtes ⁊ pficiſce bār̄ ad terrā pmiſſiōis. Spūa liter. xij. pricipes ſignificāt. xij.

aplos a deo ordinatos ſup ppl'z xpianū.ps.xliiij. Cōſtitues eoſ pricipes.ſ.o.t. Ipi.n.docuerūt nos verbo ⁊ ope mandata dei q̄ cōſiſtūt in operibus charitatis his.n.fuatiſ cū deo ⁊ ꝓximo d̄ bellam⁹hoſtes nr̄os.ſ.demones ⁊ pcā ⁊ ſic libere accedimus ad terrā ꝓmiſſionis eterne. Vexilla igitur charitatis ipſi bti apoſtoli nos p̄cedētes portauerūt id aū nos ꝓſtrauerūt inimicos
Au. diuina ptāte. vn̄ Aug.i ſermōe de aplis. Dedit inqt dn̄s ptātez aplis ſup naturā vt eā curarēt ſup demones vt eos vincerent: ſup elemēta vt ipſa mutarēt: ſuper mortē vt eā contēnerēt: ſuper angelos vt corp⁹ dn̄i miniſtrarēt. hec aūt ptās tranſlata ē ad ſucceſſores ſ̄z illud Apo.xi. Hi ſunt qui hn̄t ptātem claudēdi celum ⁊ conuertēdi aquam in ſanguinē. hec Aug.

F f Ortitudo ⁊ decor indumētū eiuſ.puer.xxxiij.
Ve: Vegetius d̄ re militari. Inter alia q̄ ꝯſueuerūt ꝯtra hoſtes victoriā inducere dicit eſſe armorū pulchritudinē vn̄ ipſe ait plurimuz.n.terrorem hoſtibus armorū ſplēdor importat. Quis credit militez bellicoſum cuius diſſimulatōe ſitu aut rubigine arma fedāt. Eccl'ia igit̄ ſancta q̄ victorioſa ſemp extitit ꝯ hoſteſ ſemper arma pulcherrima ⁊ gemmata claritatis lucis ⁊ ſplendoris habet Tāt⁹.n.fuit doctrin e Apoſtoloruz ſplēdor ꝙ ſua luce vndiqꝫ fugat tenebrarū principes huiuſmodi ſic fulgēs idumētū. Fig.fuit exo.
Fig xviij.vbi legim⁹ꝙ veſtis ſacerdotalis ꝯtinebat.xij.lapides ſpecioſos qb⁹tota ſplēdebat. Spiritualr̄ vt dictū ē eccl'ia ſctā nitet ⁊ ſplēdet vita ⁊ doctrina.xij Apoſtoloꝝ vt ipſa ex ipſis lapidib⁹ in fide ſpōſi ſui firmiſſime ſolidata ex ſuo decore ꝯparare tur aurore luci ex ſua fortitudine aciei caſtrorū. Cā.vj. Que ē iſta ⁊c. Nā ex fide beatoꝝ apoſtoloruz velut aurore luce tot⁹ mūdus eſt i xp̄o ſolidatus Vn̄ Baſili⁹ tractās illud Mat.v.
Bs vos eſtis lux mūdi. Aduenien te te inqt luce aurore egritudines alleuiant̄. hoies a ſōno excitant̄. Aues garriūt. beſtie ad latibula ſua fugiūt. Sic veniēte fide apoſtoloruz mūdus fuit edificat⁹in credēdis. fecūdat⁹ i operib⁹ bonis. alleuiatus a peccatis. excitat⁹a negligētijs. aiatus ad ꝯtēplationē celeſtium ⁊ ereptus de ptāte demonum.

d Ate vos illis māducat̄ Mar.vj.ca. In curijs
D bn̄ ordiatis vbi magna comedit gētiū multitudo d̄ neceſſitate regrit̄ miſtrandi ordo vt bn̄ oib⁹ ⁊ ordinate ꝓuideat̄

ſm locū tp̄s ꝛ ↄcētiā ꝑſonaꝝ ꝺ
Fig. cibo ꝛ potu neceſſario. Fig.iij.
Reg.iiij. Salomō plen⁹ ſapia
vt ipſi⁹ curia eēt ōn̄ ordiata or
diauit.xij.ꝑfectos ex filijs iſrl̄
quos ↄſtituit.ſ.puiſionez cibo
rū vt puidereꞇ domui ei⁹. Et i
tm̄ ordinate erāt ei⁹ mēſe ꝛ fer
cula que ponebanꞇ ꝙ hec ſapiē
tia ei⁹ p̄dicabaꞇ vbiq; : vnde ve
niēs regina auſtri q̄ſi i extaſi fa
cta ex admiratione talis ordis
dixit illi. Beati ſūt ſui tui ꝛc.
Spūalr Curia eccl'ie eſt opti
me ordinata ꝛ oībus prouideꞇ
vt decet. Nā ſapia Salomoniſ
i.xp̄i ibi ordinauit.xij.ꝑfectos
i.xij.apoſtolos q oībus ſm ſta
tū ſuū appoſuerūt panez ſacre
ſcripture. Jō Pau.q ē vn⁹ ex
illis ꝑfectis dicit ſapiētib⁹ ꝛ in
ſipientib⁹ debitor ſu3. Eſt enim
ibi ordo ciboꝝ ta3 pro magnis
q̄3 pro mediocribus ꝛ puis. vn̄
Ugo ꝺ ſctō victore. Jn refecto
Ug. rio ſacre ſcripture tres menſe
ponunꞇ.i.tres itellect⁹ v3 hiſto
rialis miſtic⁹ ꝛ moralis. prima
menſa ſimplicib⁹ ſcđa doctori
bus. tertia eſt cōis vtriſq;. Jn
prima cibus eſt groſſior. Jn
ſcđa ſubtilior. Jn tertia eſt dul
cior. Prima cōtinet ſaporem.
Scđa vim myſteriorum. tertia
dulcedinē morū. prima paſcit
miraclis. Scđa figuris. tertia
puerbijs. h̄ Ugo. Jgiꞇ regina.

Sabba hoc ē nā angelica veni
ens vidē miracula laudauit ſa
piētiā filij dei ꝛ letaꞇ ꝺ ſocieta
te nr̄a qm̄ ex nobis debet perfi
ci curia coꝝ in celis. Vn̄ Orig. Ori.
omelia.xix. Agunt angeli lau
dantes dn̄m diem feſtum ꝛ le
tātes ſuper his qui refugientes
cōſortia demonu3 per exercitia
virtutum Angelicis feſtināt ſe
ſociare conſortijs.

i Mpulſus euerſus ſu3
vt caderē ꝛ dn̄s ſuſce H
pit me pſ.cxvij. vtilius
ē hoi ābulāti p dirupta ꝛ peri
culoſa itinera i loco plano ca
dere dū caſurus ē q̄3 expectaꞇ
vt cadat i piculoſo paſſu vbi ē
mortis periculū qꝛ cadēſ i pla
no nō pōt multū ledi ꝛ ex caſu
leui edoct⁹ caſu3 grauē euitat.
Sic moraliter videmus ꝙ vti
lius ē cū pr̄ corrigit filiū i pue
ritia cū delinquit q̄3 expectet
vir fact⁹ puniaꞇ a iudice. Na3
pria punitio ē vga diſcipline.
ſcđa vero aliqn̄ ē patibulum
mortis. Jō dꝛ puer.xiij. Qui
parcit vge odit filiū ſuum. Et
Hiero. dū hoſtis ē paruus oc Hie.
cide eū vt malitia elidaꞇ i ſemi
ne. Spūalr xp̄s pr̄ nr̄ benign⁹
Qui de duriſſimo lapide ſcit p
ducere viuā aquā ꝛ de denſiſ
ſimis tenebris lucē clariſſimā
hūc modū tenuit i beato Pau
lo apl'o quē voluit cadere i pla

no itinere anteq̄ pgeret ad rupē pfundā iniqtatis ad quā tēdebat. maluit. n. eū adoleſcētem corrigere v̄ga ſua ⁊ baculo ſuo qb⁹ pdeſtiatos dirigit. ⁊ quos amat ferit q̄ȝ die⁊ malo⁊ inueteratū: eterno patibulo ↄdēnari pcuſſit ipſum dñs corporali cecitate illuſtrās nihilominus eū ſupna claritate vt d̄ lupo faceret agnū. ⁊ d̄ raptore ſeu pſequutore vas electiōis atq̄ȝ doctorē gētiū fabricaret. Figura numeri. xxij. vbi legim⁹ q̄ balaam ⁊ ſeniores madian videntes quāta ſigna faciebat populus iſrael ⁊ qñō vicerāt amorreos dixerūt ad inuicē. populus iſte delebit nos de terra vſq̄ȝ ad radicē quēadmodū bos herbā ⁊ ſic ſtipēdiatū Balaā miſerūt ad maledicēdū pplm̄ dei q eo⁊ pp̄ha erat. putabāt. n. q̄ ſi populus iſrael p aliquē pphetaȝ malediceret̄ ipſum i bello ſuccūbere dño ab eo recedēte. Sȝ dū iret Balaā pcuſſit domin⁹ Aſinā ſup quā ſedebat ide icrepatus ab aſina didicit a deo qd̄ factur⁹ eēt circa pplm̄ iſrael. Cū ergo pueniſſet ad locū vbi filijs iſrael maledicere d̄creuerat: mutauit maledictionē i benedictionē ⁊ laudē di. Quam pulchra tabernacula tua iacob moriat̄ aīa mea morte iuſto⁊. Q̄d audiētes madianite ſtupore repleti dicebāt. Quid nam hoc ē qd̄ dicis cū i h̄ miſſus ſis vt pplo huic malediceres ⁊ tu illi bñdicis? Rñdit nequaquā loq valeo niſi qd̄ deus mihi loqui p̄ceperit. Spūaliter videntes principes phariſeo⁊ pplm̄ xp̄ianū creſcere ⁊ ſigna ⁊ pdigia i mūdo fieri. ſtridebāt dentibus ⁊ furētes dicebāt. Iſte popul⁹ creſcit ⁊ mltiplicat. Quid hoc ē. hoies. n. ydiote ⁊ ſine litteris trahūt poſt ſe totū mūdū niſi extinguamus eos extinguēt nos ⁊ radicitus delebunt nos. Et tūc dederunt ſaulo epiſtolas ad damaſcum vt ſi quos inueniret hui⁹ vie viros ac mulieres vinctos pduceret yer̄lm Sȝ dū iter faceret percuſſus ē a dño pcuſſione pia in q̄ depoſita erroris furētis inſania mutatus ē in vi⁊ alteruȝ ⁊ factus eſt agnus de lupo ⁊ lumē de tenebris ab illo. Qui oium ē artifex. oium hūs ſciam oia pſpiciens venit ad ſinagogas ⁊ vbi Madianite. ſ. phariſei putabant ipſuȝ debere populo xp̄i maledicer̄ cepit benedicer̄ eis aſſerens qm̄ hic ē filius dei. ſȝ icrepat⁹ a pfidis multomagis ↄualeſcebat ⁊ cōfundebat eos di. Quā pulchra ⁊c. Moriat̄ aīa mea ⁊c. Hec dicebat aplis ⁊ pdicabat loquēs de regni dei magnitudine. di. qm̄ ocul⁹ non

Fig.

vidit ⁊c. Et iterū quis me ſepa rabit a charitate xp̄i mors an anguſtia ⁊c. Sic igitˀ percuſſit dn̄s petram ⁊ fluxerūt aque a deo latiſſime vt biberent homi nes ⁊ iumēta qꝛ tāta eſt ſapie ⁊ doctrine eiꝰ habundantia vt ſapientes ⁊ inſipiētes adeo re fecerit vt nemo ſit q priuetˀ eiꝰ

Cri. eloquio ſalutari. vn̄ Cri. ď lau de pauli omel. i. Paulus ter ram ſimul ac mare greciaꝫ ac barbariā oēm prorſus regióeꝫ ſub ſole quaſi volātis cucurrit vt ſimplici labore velut in va cuū itinera pcurrēs. ſꝫ pecca toꝝ ſapiētias pariter euellens verbū pietatis vbiqꝫ ſeminans errores fugās: veritatē redu cēs. ex hoſtib us angelos faci ens. qnimo ipſos hoies quaſi ex demōibꝰ Angelos ꝓducēs.

De Aſcenſione.

A, n Ubes ſuſcepit eum. Ac. i. No. hāc differē tiā eē iter leuē nubē ⁊ nubes groſſas ⁊ condenſas: qꝛ a pria ſubſequitˀ dulcis ꝑlu uia. ab alijs vero tonitrua ful gura ⁊ tēpeſtates. Spirituali ter nubes Chriſto duplex ob ſequiū faciunt. ſ. cū venerit ad exequēdū vniuerſale iudiciuꝫ qꝛ tūc videbūt filium hois ve nientē i nubibus celi. Mat. x xiiij. Tunc. n. erunt ſulgura ⁊ tonitrua ⁊ clamor tubaꝝ adeo terribilis qꝰ vndiqꝫ mortuos ſu ſcitabūt. ſed dn̄o aſcēdēte in ce lū lenis nubes illi pſtauit obſe quiū poſtq̄ꝫ per nubē deſcendit gratia ſancti ſpiritus rigās oi um fideliū corda. Fig. iij. Reg. xviij. Nubecula parua aſcēde bat de mari ⁊ in ipſa q̄ſi veſtigi um hois. ⁊ ſequitˀ: ⁊ facta ē plu uia magna ſuper terrā q̄ mult̄ annis ꝓuata extiterat. Sp̄uali ter. Nubecula aſcendēs ď ma ri fuit humanitas xp̄i que ď p̄e nalitate fluctuū noſtre iniqta tis aſcendit ad celū ſemp aſſo ciata diuinitati ⁊ poſtmodū in pentecoſtē facta ē pluuia grāꝝ in mūdū qua ꝓuatus extiterat per. v. milia annoꝝ ⁊ vltra ⁊ ſic madefacta corda fidelium tali pluuia germinauerūt velut cā pi fructꝰ ſuauitatꝭ ⁊ odoris gra tos deo qbus mediātibus red diti ſumus ad ſalutis patriam a qua prius exules fueramus. vn̄ Gre. omel. xxix. In hac in quit ſolemnitate deletū eſt cy rographū nr̄e dānationis imu tata eſt ſnīa noſtre corruptióis illa. n. natura cui dictuꝫ eſt ter ra es ⁊ in terram ibis hodie in celum iuit. Fig. Gre

t Empus eſt vt reuer tar ad eū qui me mi ſit Tobie. xij. No. qꝛ peregre proficiſcens poſtq̄ꝫ diu extra patriam ditatꝰ eſt ⁊ diu incola fuit libēter cōs ſueuit reuerti ad ꝓpria vtpote B

ſi in loco vbi fuerat: recepiſſet iniuriam. hoc enim exēplū pꝫ ď filijs iſrael quibus egyptij inuidebant in ꝓſperitate in gentibus ⁊ in diuitijs. Spūaliter dñs noſter Jeſus xp̄s pegre ꝓfectus eſt ⁊ abijt in regionē lōginquā qñ venit de celo ī terrā ⁊ hic multū ditatus ē in familia creſcens ⁊ ꝓficiēs ī theſauro ſapie ⁊ ſcie corā deo ⁊ hominibus ſed operāte inuidia affectus ē a iudeis ꝯtumelijs ⁊ iniurijs īō eos relinquēs hodie
Fig. rediit ad propriaꝫ patriā. Fig. Gen̄. xxix. Jacob ꝓfectus in Meſopotamia ſeruiuit Laban ꝓ Rachel pulchra. ⁊ tamen data eſt ei lyalippa ocul̄. demū deo Rachel: ſꝫ de lya eo ꝙ eēt fecunda multos genuit filios: de Rachel tm̄ duos. Jacob tandem paſſus multas a Laban iniurias reuerſus ē ad terrā natiuitatis ſue icolumis nec obfuit ꝙ Laban cū ſeruis ſuis perſequutus eſt redeunteꝫ non. n. valuit illi qcq̄ꝫ impedimēti preſtare. Spiritualr̄ xp̄s de celo deſcendens venit ī hunc mundū ⁊ conuerſatus cū Laban propinquo ſuo. i. cū pp̄lo iudeorum. Laban. n. candida tio interpretar̄ ⁊ denotat pplm̄ ſupradictum prophetijs ⁊ lege dei decoratum. Seruiuit xp̄s illi populo predicādo ⁊ mira ſigna inter eos faciēdo vt reciperet Rachel. i. ſynagogam ī ſpōſam quā ſūme diligebat ita vt ſperneret oēm aliā. Non ſum ingt miſſus niſi ad oues q̄ perierant domus iſrael: ſed negata eſt ſibi ⁊ tunc ſuſcepit lyam: ideſt eccleſiam tunc lippā oculis hoc ē eccleſia que gentilitatis errore tūc ceca perſiſtebat. Fecūdata eſt igitur fide ⁊ genuit ei filios multos qꝛ gentium multitudinē ac plenitudineꝫ. Deinde nō recipiet Rachel. ſ. poſt introitum gentium multitudinis ex illa vero tm̄ duo filij expectantur. ſ. q ante xp̄i aduētum in carne ſaluati ſunt. ſ. ꝓphete ⁊ patriarche ⁊ illi qui in diebus illis ſaluabūtur. ſ. poſt aduentum illius iniquitatis filij videlꝫ antixp̄i qui viſa illi⁹ fallacia reuertentur ad deuꝫ ⁊ cognoſcent ſuum redēptorem xp̄m: proſequamur tamen hyſtoriam afflictus Jacob a Laban. i. xp̄s a populo iudeorum pergens ad terram natiuitatis ſue reliquit populum illū nec obfuit vt facerent cuſtodiri ſepulchrum in die reſurrectiōis ſue vt ipſius iter impedirent qm̄ perterriti ſunt cuſtodes ⁊ facti ſunt velut mortui. Aſcendit igitur incolumis intrās ciuitatem ſuam vel vobis parauit ingreſſum expeditum ⁊ liberum. vnde Aug. pertractās illud verbum eleuatus eſt ī ce- Au

lum ⁊c. ait dominus noſter ie ſus xps dñ naturam humanā ſyderibus impoſuit credenti bus celum patere poſt ſe poſſe monſtrauit dum vincentem in celeſtibuſ eleuauit victorē mor tis quo ſequimur oſtendit.

L v Ja aquile in celo ꝑ uer. xxx. Nota ꝙ ali ꝗ Aues tāte nobilita tis ſūt ꝙ captā ꝑdā ď ferunt dño ſuo. Spūaliter xp̄s dei filius aquila ſuperna tan te fidelitatis fuit erga patrem ſuū vt captam predam in vi te preſentis deſerto ad quā ca piendam miſſus fuerat. ſ. hu manam naturam quaꝫ vſqꝫ ad inferos ſequutus eſt detulit in

Fig. celum patri. Fig. Deut. xxxij. vbi Aquile chriſtus aſſimilaẗ vbi ſic dicitur pars autem dei populus eius. Et ſubditur in uenit autem euꝫ in terra deſer ta in loco erroris ⁊ vaſte ſolitu dinis. ⁊ iterum ſubditur ſicut Aquila expandit alas ſuas ⁊ aſſumpſit eos atqꝫ portauit in humeris ſuis. nam ipſe dei fili us humanam naturam quam diabolus deiecerat propter in uidiam de paradiſo chriſtus de faucibus eius velut predaꝫ au ferens carnem aſſumptam hu manam patri celum aſcendēs preſentauit noſqꝫ in ſuum con ſortium aſſocians ſedibus pa

Le. radiſi aſſociauit. Unde Leo pa pa in ſermone aſcenſiōis. Non ſolum hoc inquit paradiſi poſ ſeſſores firmati ſumus: ſed ſu perna celorum in chriſto pene trauimus ampliora recepturi per ſuam ineffabilem gloriam quam per diaboli inuidiam ꝑ dideramus quia quos diabol⁹ de primi habitaculi felicitate de iecit hos dei fili⁹ ſibi cōcorpora tos ad pr̄is dxterā collocauit.

v Enite poſt me. Ma the. iiij. No. ꝙ pala tij magni ꝑncipis ho ſtia cuſtodiuntur ne ingrediātur extranei. Jō pau peres pſone ⁊ dbiles hn̄tes cāſ ad principē tā diu expectāt ad hoſtiū quouſqꝫ aliqs magnus Baro cui non tenentur porte igrediaẗ ⁊ ſic ſe ponūt poſt eū ⁊ itrāt ⁊ ipi. Spūalr an̄ xp̄i ad uētū clauſa erat ianua regni ce lorū. oēs eram⁹ exꝰnei q dbue ramus eē angelorum ꝯſortes. Jō plorabat Dauid i. ps̄. lxviij di. Extrane⁹ factus ſum fratri bus meis: ſꝫ aſcēdēte xp̄o. eter ni regis filio: cui libere patuit i greſſus: porte nobis apte ſunt vt poſt ipſuꝫ libere ēt nos ipſi poſſim⁹ igredi. vn̄ Aug. i ſmōe. Aug. Jgnota ingt an̄ xp̄i aduētū via vite qꝛ nulli⁹ adhuc reſurgētis fuerat temerata veſtigio at vbi dn̄s ſurrexit nota fcā ſolo atri ta ē plimoꝝ ⁊c. Nā ipe dn̄s nr̄ deſcēdēs de celo ꝑ humilitatē

aſcendit cū gloria ⁊ portā quaȝ nobis clauſerat nr̄a ſupbia ape
Fig. ruit eius humilitas. Fig. Apo. iij. poſui hoſtiū apertū coraȝ te ꝙ nemo pōt claudere eo ꝙ mo dicā habes virtutē. Hec verba figuraliter dicta ſunt a patre fi lio dn̄o nr̄o ieſu xp̄o coraȝ quo poſitū eſt hoſtium celi apertum penitus inclauſibile eo ꝙ mo dicā habuit virtutē. i. humilita tis. que licet modicū ⁊ abiectū ipſum videri fecerit forma ſui inductū nihilominus deus pa ter exaltauit illum ⁊ donauit il li nomē quod eſt ſup oē nomē ⁊c. phili. ij. ſequamur ergo in gredientē ipſum ſectantes hu ius humilitatē vt ſimus ei⁹ hu
Ber blimitatis conſortes. Ber. in quadā ep̄la. Funda in te funda mentū humilitatis ⁊ puenies ad faſtigiū charitatis vis cape re celſitudinē dei. cape prius hu militatem chriſti.

A ¶ De auaritia.

q Ui aufert in ſudore panez quaſi qui occi dit proximū ſuū. Ec cleſiaſti. xxxiiij. Mo. ꝙ crudelius eſt occidere proxi mū ꝙ̄ extraneū ⁊ horribili⁹ eſt occidere fratrem ſuū ꝙ̄ alienū ⁊ ꝙ̄to maior eſt cōiūctio tanto amplius crudelior dꝫ eſſe leſio Sp̄ūaliter nulla ꝯiunctio ma ior eſſe ꝙ̄ ſpiritualis ſocietas ⁊ fraternitatis religio qḋ pꝫ qa ī terdū carnalis pater tpalia bo na diuidit a filio ⁊ frater a fra tre ⁊ ſaror a ſorore. ſed religio nis fraternitas habet omnia in diuiſa. vnde Aug. in reg. c. iij. Sint vobis omnia cōia ⁊c. Il le ergo frater qui duct⁹ auari tia hāc fraternitatem fraudare attēptat vt faciat ꝓprium d' cō muni aufert panem vite proxi mis ſuis ⁊ ipſos ꝙ̄tuȝ in eo eſt occidit. Figu. Gen̄. iiij. Chayȝ Fig occidit Abel fratrē ſuū cui⁹ ſan guis de terra clamabat ad dn̄ȝ pro huius vindicta quā ēt dn̄s fieri voluit inde poſtmodū La mech occidit Chaym inter fo lia arboꝝ ſagitta ſua putās fe ram interficere. Sp̄ūaliter per Chaym qui interpretaꝛ poſſeſ ſio ſubaudi religioſū ꝓprieta riū qui agrū poſſidet de merce de iniqtatis ſimilē factū Iude qui hēbat loculos. Iſte autē nō ſolū interficit Abel fratrē ſuuȝ ſed oēs alios quoꝝ vite faculta tem occultat. Talis. n. eſt natu ra auari vt omnes decipiat ⁊ ac quirat ipſe ſolus qḋ poſſideat. vn̄ Augu. in quodaȝ ſermone. Au Auarus velut infernus oia de uorās vellet nullū eſſe vt ipe ſo lus omnia poſſideret. Sed quia falſus religioſus ꝯtra votū qḋ fecit hac vtiꝛ impietate deus in ſte cuȝ ipſo agit ſubtrahens ab eo paternalē pietatē. Ber. mo Ber nacho hn̄ti ꝓprium negabit de

us.ꝓprium ſuū ꝙ eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. Vñ ergo di‑citur ꝙ Chaym morit̄ inter fo‑lia q̄ȝ auar⁹ de fructib⁹ nihil ca‑pit. tñ. n. vmbrā faciunt folia ⁊ in autūno deponunt̄. Sic diui‑tie mortis tp̄e saltē amittunt̄. ps. Cum interierit nō ſumet omnia. Percutit̄. n. ſagitta la‑mech vt fera. Lamech interp̄‑tat̄ correctio. dira. n. correctio‑ne corrigetur auarus qui obliui‑ſcit̄ pauperis miſereri. vñ ſcri‑ptū eſt Jacobi. ij. iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fe‑cit miſericordiaȝ. Sagitta ergo mortifera peribit cū ſine reme‑dio ad ifernū mittet̄ Hie. xxx. Plaga crudeli ⁊ inſanabili p̄‑cuſſi te. Recte ergo auar⁹ cōpa‑rat̄ fere. cū ipſe ferali⁹ more ſtu‑deat oēs perimere oia bona di‑Au. ripiēdo. vñ Aug. de verbis dñi Que eſt iſta auiditas ꝯcupiſcē‑tie cū ⁊ ipſe belue habeāt modū Tūc. n. rapiūt qñ eſuriunt. par‑cūt vero prede cū ſaturitate fu‑riūt. Que eſt iſta aiarū inſania amittere vitā ⁊ appetere mortē deſiderare auꝝ ⁊ amittere celū.

B Multiplicate ſunt ſup capillos capitis mei. ps. xxxix. Capilli na‑ſcunt̄ ex ſuperfluo ñ enim ſunt ꝓpria ſubſtantia cor‑poris. Ideo inciduñt ⁊ naſcun‑tur. faciunt. n. ad ornatū corpo‑ris qñ debitā q̄ntitatem nō exce‑dūt. ideo ne nimiū creſcāt reſe‑cādi ſunt. Spūaliter per capil‑los ſubaudi diuitias que ñ ſūt nr̄e ſȝ mūdi Job. i. nud⁹ egreſſ⁹ ſū ex vtero ⁊c. nudus reuertar illuc. ⁊c. Nā ſic ſ̄ȝ corpīſ ſanita‑teȝ capilli radūt̄ qñ nimis cre‑ſcūt ſic diuitie ſ̄ȝ aīe ſaluteȝ qñ nimis augētur pauperib⁹ erro‑gent̄ q̄ȝ tp̄e neceſſitatiſ aucte re‑cipiunt̄. vnde hortat̄ Aug. in q̄‑daȝ ep̄la. Si vis eſſe mercator Au. optimus fenerator egregius. da qđ nō potes retinere vt reci‑pias qđ nō poteriſ amittere. da modicū vt recipias centupluȝ da tp̄aleȝ ſubſtātiā vt recipias eternā h̄reditatē ſed multi ſūt q̄ in tm̄ crines ſuos multiplicari p̄mittunt ſeu creſcere negligē‑tes pauperes xp̄i ꝙ ⁊ ipſi nimis diuinā iuſtiuam expectant con‑tra ſe. Ait eni dñs veſtri capilli oēſ numerati ſūt ac ſi dicat ſcio quibus indigetis ⁊ ſcio qđ poſ‑ſidetis ⁊ ſcio qđ ꝓximis dene‑gatis. Ber. clamant pauperes Ber qđ facit aurū in freno. noſtruȝ eſto diuites quicqđ ſupflue ex‑penditis. Sed capillorum gra‑uedine ſuperflue implicati inci‑dūt diuinaȝ ſniam vt eoꝝ pecu‑nia ſit in perditionē cū illis. Fi‑ Fig. gura. ij. Reg. xviij. Abſalō per‑ſeq̄bat̄ Dauid patrē ſuū ⁊ duȝ ceſareā magnā haberet fugienſ in ꝑlio ꝯtingit ſit per eius ceſa‑reā quercu captus remanēt ſu‑

ſpenſus ⁊ a perſequētibus ē tribus lāceis tranſfixus ⁊ miſerabiliter mortuus. Spūalit̄ Abſalon eſt auarus qui patrē ſuū pſequit̄.i.xp̄m in mēbris ſuis negādo pauperibus neceſſaria capit̄.a quercu.i.a diuina iuſtitia vulnerat̄ tribus lanceis expoliatur in morte diuitijs corpus traditur vermibus ⁊ aīa dēmōibus Eze.v. fili hominis accipe gladiū acutū ⁊ rade tertiaʒ partē capilloꝝ ⁊ vento eā diſpges aliā vero tertiaʒ igni cōbures reliquam vero gladio diuides. pria pars ꝗtum ad corpus qd̄ puluerizatur vt vento diſpergat̄. ſecūda vero quantuʒ ad aiam que igni traditur i inferno tertia quantū ad diuitiaſ filijs ⁊ nepotibus derelictas q̄ ſepe enſe vel gladio diuidunt̄.

Hic. vnde Hiero. in quodā ſermone. Auarus eſt burſa pncipuʒ celari⁹ latronū. ⁊ rixa parētū.

C Excuſſus ſum ſicut locuſta. p̄s. cviij. Not. ꝙ locuſta habet ventreʒ maiorem tota alia corporis parte. fertur enim ꝙ rore repleta mane euacuatur inualeſcente ſole. Spiritualiter appetitus auari eſt maior toto mundo. ratio eſt quia mūdus eſt certis limitibus terminatus appetit⁹ vero auari nullo clauditur termino Repletur rore ideſt mundi facultatibus modis omnib⁹ quibus valet ſiue per rapinam ſiue per vſuram ⁊ omni arte quā ſcit expoliando pximos. Sed cū repletus fuerit euacuabit̄ ⁊ vt locuſta excutiet̄ inualeſcēte eſtu diuine iuſtitie cum vʒ eterno tradet̄ incēdio. Job. xx. Diuitias quas deuorauerat euomet. ⁊ de ventre eius extrahet eas dn̄s. Figura. Exo. x. vbi legimus ꝙ flante auſtro venerūt locuſte ſuper terram egypti vaſtantes omne viride ⁊ deſtruētes omnia que erant in cāpis. deinde orante Moyſe flauit vētus occidentalis ⁊ piecte ſunt in mare. Spiritualiter ſubaudi per locuſtas auaros vt dictū eſt flante igitur auſtro qui ē vē t⁹ calidus ⁊ humidus per queʒ notatur proſper ſucceſſus vite preſentis. auari impinguant̄ ⁊ ſtant in egypto. qꝛ tenebris inuoluunt̄. vaſtant omne viride ⁊ omne in agris natum. qꝛ eis nulla pōt in anima vireſcere v̓tus q̄n ſtatim radicitus euellatur. he ſunt locuſte quas vidit beatus Joan. ad modum equorum magne Apoc. ix. Que a beſtia ideſt dyabolo poteſtateʒ nocendi acceperat. Jdeo Jnnocētius de vtilitate cōditionis humane. Quam multos inquit ſeduxit cupiditas ꝗ plures perdidit auaritia Balaam redarguit Aſella: qꝛ captus cupiditate promiſſorum diſpoſuerat

Fig.

Jn.

maledicere iſrael Nachor populus lapidauit quia tulit argentum ⁊ aurum de anathema de hierico. Naboth interēptus eſt vt acab ſuam vineam poſſideret. giezi lepra perfudit quia tulit ⁊ petijt argentum: ⁊ veſtes ſub nomine helyſei. Judas laqueo ſe ſuſpendit qui vendidit ⁊ tradidit ieſum. Ananiam ⁊ Zaphiraȝ ſubita mors extinxit quia de precio agri⁹ defraudauerunt apoſtolos. hec Inno. de ne ergo ſubditur ꝙ flante vento occidentali ideſt aduenien te vindicta diuine iuſtitie per mortem occiditur ⁊ proijcitur in mare tempeſtatis gehenne miſer auarus.

D Intrauerunt aque vſqȝ ad animam meam. pſ. lxviij. Dicit̄ ꝙ omniuȝ fluminum aque intrant in mare ⁊ tamen mare nō redundat Cuius ratio poteſt eſſe quia tam grandis eſt ſinus maris ꝙ quaſi nihil omnia mundi flumina mari comparata reputantur. Etiam quia eſt motus circularis in aquis ſm Iſidorum. Jō dicit Salomon ꝙ omnia mundi flumina intrant mare vt fluant iteruȝ. Spiritualiter per aquā que cōtinue fluit ⁊ labitur ſub audi diuitias in quibus nulla quies eſt. Cito enim repetet fortuna quod pſtat vt dicit Señ. p mare ſubaudi cor auari. vnde Iſa. lvij. Cor impij q̄ſi mare feruens quod quieſcere nō pōt Conatur enim auarus obturare meat⁹ fluminū ne fluant cū pecuniaȝ cumulans credit ſemper poſſidere ipſam. nam erga hoc cor eius iugiter ſeruet cogitationum procellis qualiter acquiret qualiter acquiſita cōſeruet. Eſt enim ibi mot⁹ circularis quia acquirunt̄ cum labore conſeruātur cū timore ⁊ amittuntur cum dolore vñ Gre. v. moraliuȝ ꝑus nanqȝ mēs auari doloreȝ habuit in ipſa ſue cōcupiſcentie fatigatione qualiter concupita raperet quomodo aliqua blādimentis aliqua terrorib⁹ auferet. At poſtq̄ȝ acquiſitis rebus peruenit ad deſiderium: alius hunc dolor fatigat vt cum ſolicito timore cuſtodiat quod cum graui labore meminerat acquiſitū. Hinc inde inſidiatores metuit atqȝ ſe quod ipſe fecit ab alijs ſibi fieri pertimeſcit. hec Grego. Igitur in diuitijs occupatio peſſima ⁊ delectatio nullla eſt vera hoc probat labor humanus q propter diuitias ſatagit ad omne malum. Quod plane figuratum eſt. Exodi. vij. in prima plaga Pharaonis vbi aque egyptiorum conuerſe ſunt in ſanguinem ⁊ mortui ſunt piſces qui natabant in eis. Spiritualiter. Diuitie peccatorum Gre. Gre.

⁊ auaroꝝ cõuerſe ſunt i ſangui nē ⁊ mortui ſunt piſces.i.vtu tes ⁊ bone actiones ꝯuerſe qui dē ſunt diuitie i ſanguinis effu ſionē vbiqꝫ locoꝝ vt patet.

E i In tenebris ambulant. ps.lxxxi. No.ꝙ i tene bris nihil viſui diſcerni tur.hō.n.nō cognoſcit ꝓximū ſuū ab extraneo.ſpūaliter aua ritia ꝯparaꝉ tenebre. Sap.ij. Excecauit eos malitia eoꝝ.i. auaritia. Auaritia.n.velut ce

Fig. cus neminē cognoſcit. Figura Exo.x.vbi legiꝉ ꝙ i nona pla ga egypti fuerūt ſup terrā totā tenebre q̄ palpari poterāt. Ita vt frater fratrem non videret. Spiritualiter p tenebras ſub audi vt dictum ē auaritiā ⁊ cu piditatē q̄ adeo hodie mundū tinxerūt ⁊ corda hoium feda

Au. uerūt ꝙ frater fratrē Auguſt. ñ cognoſcit nec ēt fili⁹ prem. Inſatiabilis auaritia patri nō parcit nec matrē cognoſcit fra tri nō obtēperat nec amico fi dē ſeruat. Inuadit bona vidue ⁊ rapit rē pupilli.teſtimonium falſū ꝓfert occupat res mortui q̄ſi ñ eēt ipe moriēs.dterior fe riſ q̄ pcūt pde cū fueꝛt ſaturate

F n Olite ſoliciti eē i craſti nū Mat.vj.⁊ Luc.xij. No.ꝙ aliq cibi hōi ſūt p eadē die q̄ paraꝉ. In craſtinū putreſcūt.Spūalr. Uita pñs deſcribitur ꝓ hodie eo ꝙ ho die tps pñs deſignaꝉ.p cras in telligitur vita ſequēs:i q̄ quili bet recipiet mercēdē ei⁹ ſm ꝓ priū laborē.vñ ſcriptū ē.Cras rñdebit mihi iuſtitia mea.Di uitie igitur ⁊ bona tpalia bene valent in vita pñti optia enim ſunt ad emendū celū.Sꝫ h̄ tā tuꝫ hodie.Sꝫ i future vite cra ſtinū reſeruate putreſcūt ⁊ ſer uatorē cruciāt.Jac.v. Diuitie vr̄e putrefacte ſunt ⁊c. Figura Fig

Exo.xvi. p̄ceptū fuit filijs iſra el i deſerto vt qlibet colligeret tm̄ de Māna q̄tū ei ſufficeret ꝓ illa die. Qdcūqꝫ vero in cra ſtinū ſuabaꝉ ebulliebat vermes Spūaliter p̄ceptū ē fidelib⁹ vt quilibet laboret ope manuum ſuaꝝ qd mānducet ſꝫ caueat ne pauperes fraudādo cumulatā pecuniā reſeruet i craſtinum. Quia nihil ei ꝓderit qnimo ſe cū erit i pditionē.Si qs vult i vita ſequēti nō egere hic pau peribus erroget bona que ſecū portare nō vꝫ recipiēdo i celo.

Gre.i omel. Res ſuas cū mo reret diues ſecū tuliſſꝫ ſi ad pe tētis vocē cū viueret donaſſet. nā terrena oia q̄ ſeruādo amit timus largiendo ſeruamus. Gro

t Hauri pingues obſede rūt me.ps.xxi. dicit ꝙ thaurus indomit⁹ aqua madefactus multū hinc inde ſaltat.oia vult ferir.oia vult p cutere.Spūaliter p thaurū in H

dominū notat̄ auar⁹ cui⁹ coꝛ in
duratum eſt erga pꝛoximū er-
ga deū. erga ſeipſuꝫ ſine omni
In. cōpaſſiōe. vnde Inno. de cōdi.
vilitatis humane. Auar⁹ inqt
offendit deū offendit ꝓximū of
fendit ſeipſum. Nā deo detinet
dbita ꝓximo neceſſaria ſibi op
poꝛtuna ſubtrahit. Igit̄ qñ ma
defactus ē aqua. i. qñ impletū
ē coꝛ cupiditate ꝛ auaritia oia
ꝓcutit qꝛ nullus ē modus acq
rendi adeo pꝛauus quē auar⁹
Fig. exercere nō tēptet. Figu. Exo.
pꝛio vbi recitat magiſter ꝙ de
fluuio egypti vbi ꝓceperat pha
rao paruulos hebꝛeos mergi.
exibat quoddaꝫ animal ad mo
dū thauri ꝛ habebat in hume-
ro dextro ſignū lune coꝛnicula
te. Et tūc egyptij veniētes ad-
ducebāt omnia genera muſico
rum ad quoꝝ ſonitū thaur⁹ ſal
tabat ꝛ vocabāt eū egyptij deū
aquis ſꝫ eadem die euanebat.
Spiritualiter thaurus vt dem̄
ē auaꝝ ſignificat habet. n. i de-
xtera ſua ideſt in tota intentio
ne vanitatē ꝛ vanā ſpeꝫ que bñ
ꝑ lunā coꝛniculatā denotat̄. ha
bitat i fluuio egyptiaco. i. i cu-
piditate diuitiaꝝ tenebꝛoſa vbi
diabolus iubet ſubmergi fide-
les aquis quos valet ꝛ ꝯgregā
tur erga ipſum egyptij. i. dmo
nes ꝛ ꝑncipes tenebꝛaꝝ pulſan
tes inſtrumēta tēptationū ſua
rū demōſtrātes ꝛ ſuggerentes
pꝛauos ꝛ ineptos modos acq-
rendi. Et miſer auarus ad oēs
illos mouet̄ ꝛ intēdit qualiter
illos omni ſtudio valeat exer-
cere. Gre. xvi. moꝛa. Cui inqt Gre.
cupiditas dominari dicitur ſu
biectus oibus malis demōſtra
tur. Sꝫ hoc vanū ſimulacrū ſu
bito euaneſcit. ps. xxxvi. Tran
ſiui. ꝛ. e. ñ. e. q. eum. ꝛ. ñ. eſt in-
uentus locus ei.

ſ Eruiens dijs q non da
bunt vobis requieꝫ die
ac nocte. Hieremi. xvi. H
No. ꝙ ibi dura ē ſeruitus vbi
magnus ē laboꝛ ꝛ paruū lucrū
vbi magna afflictio ꝛ nulla re
mūeratio. Spūalr̄ ꝑꝫ apl̄s ad
eph. v. ꝛ coll. iiij. auaritia ē ido
loꝝ ſuit⁹ ꝛ ē i ipſa afflictio ma-
gna miſa retributio qꝛ auaro
ꝛ cupido nulla pꝛeſtat̄ requies
ꝛ ſemper afflictio pꝛecedit ſuā
mercedē. vñ Aug. in quodam Au.
ſermone auarus anteq̄ lucret̄
ſeipſum perdit ꝛ anteq̄ aliqd
capiat capit̄. Figura Exo. pꝛio Fig.
ꝛ vltio vbi legimus ꝙ filij iſrl'
ſeruierunt Pharaoni lutuꝫ ꝛ
palleas colligentes vt edifica
retur eius ciuitas ſuper quib⁹
poſiti ſunt ſuperſtites vrgen-
tes eos ad laboꝛē ne ocioſi va
carēt deinde oꝛdinatum eſt vt
maſculi q naſcerēt̄ necarētur
ꝛ femine nutrirentur. Spiri-
tualiter Pharao denotat dya-
bolum regem egypti ideſt te-

nebrarũ qui cecitatis filios.i.
cupidos ⁊ auaros ſub dire ſer
uitutis vinculo ligat os ꝯtinet
cogit eos diſpergi per vniuerſuꝫ
egyptum ideſt mundũ ad colli
gẽdũ palleas ideſt diuitias or
dinans ſuper eos vxores ⁊ fili
os qui velut ſuperſtites eos vr
gẽt cõgregare pecuniam in la
bore ⁊ erũna cũ iniurijs ⁊ mor
tis periculis nec permittũt eos
vna hora anime ſaluti vacare.
Dicit eniꝫ viro ſuo. Quare nõ
me induis vt vicina mea a viro
ſuo induitur. Nunquid tu non
es ditior ⁊ probior eo. vade in
quit per egyptum ⁊ congrega
palcas q̃ꝫ meli⁹ potes. Ac ſi di
cat. Exceca in te ſpirituale lu
mẽ ⁊ per tenebras eterne mor
tis ſcilicet peccati diſcurre ⁊ oi
bus quibus vales modis q̃ꝫq̃ꝫ
turpibus ⁊ dãnabilib⁹ ſatage
⁊ congrega pecuniã ne ſtat⁹ de
ficiat ne filij ⁊ vxor tua a ceter(
conuicinis deſpiciantur. Ecce
qualiter ſuperſtites iſti vrgent
hodie filios iſrael ideſt Chriſti
fideles ad rapinã ⁊ vſuras. Iu
bet Pharao omnẽ maſculum
necari qꝛ diabolus modo pre
dicto conaẗ omne ſanctũ ꝓpo
ſitũ extinguere ⁊ culpas nutri
re que ꝓcurante ipſo naſcunẗ
in anima patet ergo qbuſ dijs
auarus ſeruit qui vꝫ hic laborẽ
⁊ in futuro eterna miſtrãt ſup
Cri. plitia. vñ Criſo. omel. ix. ſuper
Mat. qui pecunie ſeruit ⁊ pre
ſentibus cõpedibus cõſtringiẗ
⁊ futuris paratur.

i Incẽderũt igni ſctũa
riũ tuũ. ps. lxxiij. no.
q existens in loco vel
caſtro vbi ignis ſup
poniẗ ⁊ nõ põt inde fugere de
bet ad altiorẽ turrim feſtinare
ad quam ignis nõ põt attinge
re ibi põt ſe ab inimicis tueri ⁊
euadere periculũ incẽdij. Spi
ritualiter diabolus calidiſſima
malitia plenus vt poſſit ſic ca
ſtrũ eccl'ie dñari fere totũ mun
dũ cupiditatis ⁊ auaricie iple
uit incendio. vñ ſcriptũ eſt. To
tus mũdus poſitus eſt in mali
gno. ſ. in malo igne cupidita
tis ⁊ pauci valent fugere igneꝫ
hũc Hiere. vj. c. A minimo vſ
qꝫ ad maiorẽ a ꝓpheta vſqꝫ ad
ſacerdotẽ auaritie ſtudẽt. Nul
lũ ergo facilius eſt remediũ q̃ꝫ
per cõtemplationẽ aſcendẽ di
uinoꝝ bonoꝝ atqꝫ celeſtiũ alti
tudinẽ. Tũc. n. ſordeſcent hec i
feriora pre nimia ſupercele
ſtium dulcedine ⁊ effectus in
his charitate accenſus ſe ab oi Fig.
incurſu liberabit dyaboli. Fig.
Iud. ix vbi legiẗ q cũ Abime
lech ſuccẽdiſſet opidũ Thebes
gentes illius loci fugerunt ad
turrim ⁊ cum conareẗ Abime
lech ad hoſtiũ turris ignẽ ſup
poneret vt ſaltẽ excecaret ibi exi
ſtentes domina quedam fra

gmen mole vibrans deſuper caput Abimelech percuſſit qui mortaliter ictum ſentiens a proprio armigero ſe iuſſit interfici. Spiritualiter Thebas que interpretatur bonitas vite recte fidelium eccleſiam denotat in ea enim pre ceteris nationibus viget vite bonitas ꝙ ſancti euangelij doctrina continet Abimelech qui interpretatur nubilum diabolum ſignificat tenebroſum ⁊ obſcurum. Conatur igitur accendere eccleſiam igne cupiditatis ⁊ auaritie cuius fumo ideſt deſiderio ⁊ appetitu quamplures vt dictum eſt cordis oculis ſunt priuati. Sed veri fideles ad turrim contemplationis ingreſſi ignem cupiditatis fugiunt ⁊ euadunt. Nam vna ſintilla celeſtis glorie conſiderata omnem delectationem
Aug preſentis vite ſuperat. Unde Auguſtinus in libro de moribus eccleſie. Tanta eſt inquit pulchritudo iuſtitie tanta eſt iocūditas lucis eterne vt etiaʒ ſi nō liceret amplius manere niſi vnius diei mora propter hanc ſoluʒ innumerabiles anni huius vite pleni diuitijs ⁊ confluentia bonorum temporalium recte meritoqʒ contemnerentur. hec Auguſtinus. Idem in ſermone tāta eſt dulcedo celeſtis patrie ꝙ ſi vna gutta in infernuʒ deſcenderet totam amaritudinem dulcoraret tantus igitur eſt iocus celeſtium contemplatio ⁊ ē ibi charitas domina omnium virtutum que ſecum fidem ⁊ ſpem perducens Abimelech ⁊ exercitium mactat ⁊ fugat. Unde Caſſiodorus ſuper ps. Caſ. Charitas eſt mors criminum virtus pugnantiū. palma victorum concordia mentium ſocietas electorum quaʒ fides concipit ad quaʒ ſpes currit cui perfectio omnium bonorum ſeruit. Igitur diabolus ꝑcuſſus charitatis iaculo propa extingitur nequitia.

i In medio ignis non ſum eſtuatus. Eccleſiaſti. xxxxxi. k Magna virtus eſt per cōſtantiam veritatis ſuſtinere penā ignis cū ceteris penis ignis incendium ſit moleſtius. idcirco ſancti martyres conſtantes dicuntur qui ob chriſti amoreʒ ne ſeruirent ydolis hanc penam calcauerunt. Spiritualiter virtuoſe hodie agit qui repulſis cupiditate ⁊ auaritia q̄ ſunt ydolorum ſeruitus ſe exponit ſuſtinere ignem paupertatis ⁊ egeſtatis: vt cum propheta in pſalmo decimoſexto dicat igne me examinaſti ⁊ nō eſt inuenta in me iniquitas: ⁊ precipue cū videamus hodie taʒ

clericos q̄ȝ ſeculares terrenis i uolui. de⁹ tñ illos nó derelīqt q ꝓ eius amoꝛ paupertate pul ſanť. cū dicat ꝓph̄a. pš. ix. tibi dere. ē pa. oꝛphāo tu eris adiu toꝛ. Figura. Dani. iij. vbi legi/ mus q⁹ tres pueri nolētes ado rare ydolū vt rex pꝛecepat ad sonū diuerſoꝝ inſtrumentoꝛū iuſſu regis i foꝛnace miſſi ſunt ſȝ vi ſua ignis amiſſa ꝯ pueros ſuccedētes foꝛnacem extinxit pueris ſanis ꝛ illeſis remanē/ tibus. Spūaliter rex babilōis denotat diabolū ydoloꝝ auri ꝛ argēti cupiditatē ꝛ auaritiam genera diuerſa muſicoꝛum ad quoꝝ ſonitū babilonij cadētes in terra adorant ydolum. i. di uerſos modos aegrēdi ꝛ rapi endi aliena ſignificat. quos de mōes ſuggerūt cupidis ꝛ aua/ ris qui dū vidēt ꝛ audiunt ca/ dūt ad terrena ꝑ affectū ꝛ mo/ dos illos per effectū exercent ſuccedētes foꝛnacē ſunt ſuper flua ſuccedētes honoꝛes ꝛ mū di pōpā pꝛetendentes que ve/ lut ſufflatoꝛiū accēdūt appeti/ tū hoīum ad imitandā ꝛ ſectā/ dā auaritiam ſed cito igne illo extinguntur qꝛ repentibus de monibus eoꝝ aie gehēne eter/ ne cruciande tradenť. paupes aūt qui per patientiā ſeruātes puritatē verbi puritatē inten/ tiōis ꝛ puritatē operis vincūt cupiditatis ꝛ auaritie appeti/ tū ꝛ quaſi aurū ꝛ argētum exa minati in columes poꝛtanť ad celū quod qdē q̄ſi altero mar tyrio adepti ſunt. Ber. i quo/ dam ſermone. Nō martyriuȝ maius ē q̄ȝ iter epulas eſurire iter veſtes multas ꝛ ꝑcioſas al gere pauptate ꝑmi. iter diuiti as quas offert mūdus q̄s oſtē dit malign⁹ q̄s cupit ēt affect⁹ ꝓpterea paupib⁹ ꝑiter ꝛ mar/ tyribus regnū celoꝝ ꝓmittitur qꝛ pauptate emiť ſed i paſſiōe ꝑ Chꝛiſto abſqȝ ablatōe ꝑcipiť Ber.

Simulacra gentiū arge/ tū ꝛ aurū. o. m. hoīum. pš. cxiij. cxxxiiij. Cōſue uerunt fieri aliq̄n in tabernis ſimulacra depicta puta aīalia ſilueſtria cū extraneis actibus aliq̄n pingiť aſin⁹ medic⁹ q in ſpicit vrinale. q̄nq̄ȝ ſimia que legit. vulpes q̄ pulſat citharā. hec. n. pinguntť vt hoies curio ſi libentius declinent ad taber/ nā ꝛ emant vinū. Spūalr dia/ bolus cognoſcēs humanū ap petitū eſſe ꝓnū ad ſimulacra ꝛ ydolatria pecunia ꝯtēplāda ꝛ ēt exercēda ſeu colligēda i ſua taberna hoc ē in mūdo depin/ xit ſtatuas ꝛ imagines argenti ꝛ auri vt cupidi ꝛ auari viden tes declinēt ad cellariuȝ dyabo li. i. ad pecuniam ꝛ vſuram fur ta ꝛ rapinā quod fere omnes faciūt gētes hodie relictis deo ꝛ aiaruȝ ſalute. pš. xiij. Om/

nes dclinauerũt ſimul inutiles facti ſunt nõ ẽ q fa.b.non ẽ vſ
Fig. qꝫ ad vnũ. Figu.iij.reg.xij.vbi legimus ꝙ mortuo Salomõe venit Jerobоã ſeruus ꝓfugus faciens ſe regẽ in iſrael contra Roboã filiũ ſalomonis. Et ne populus i ieruſalẽ aſcenderet adoraturus deũ itẽplũ qd Salomon fuerat fabricatus fecit fieri duos vitulos aureos quoſ populo prebuit adorãdos dicẽs. Hi ſunt dij tui iſrael qui te eduxerũt de egypto hos adorabitis. timebat.n.regnũ ſuũ minui ſi popul9 aſcẽdiſſet i ieruſalẽ deuz adoraturus. Jdcirco illos duos vitulos ordiauit Spũaliter Jerobоã q interꝑtatur diuiſio populi ſignificat diabolũ q conaṫ diuidere fideles a xp̃o dño ſuo ⁊ ab amore fraterno ⁊ ne populus aſcendat ad tẽplũ dei.i.ad eccleſiam quã verus Salomõ.i.xp̃s ſuo ſanguine fabricatus ẽ vt lugẽtes peccatores repropiciarenṫ ⁊ pacificaret pr̃i. Erexit i hunc mũdũ duo ydola aurea.ſ.cupiditatẽ ⁊ auaritiã. Scit.n.ꝙ ſi fideles intrarẽt tẽplum dei audire verbũ dei confiterentur peccata ⁊ ceteros actus eccleſiaſticos operãdo quos xp̃s obſeruari p̃cepit ppl's ei9.ſ.pctõres minuerenṫ ⁊ amplius nõ redirent ad ip̃m. Jdõ populum ſuũ p̃cepit hos vitulos adorare aſſerens auꝝ ⁊ argẽtũ eẽ deos q hoies educãt ab egiptiaca egeſtate.i.a cõfuſiõe paupertatis cũ retis ſolũ de pecunijs dicit diabolus de diuitiarũ cõgregatione templũ dei penitus dimittẽtes. Et ꝓh dolor qꝫ bñ obedit ei q2 non tantum quiſqꝫ de populo ſuo aſcendit ad tẽplũ dei ſed qd deteſtabilius ẽ q videbanṫ i tẽplo dei eẽ ⁊ ẽt ipſi miniſtri tẽpli deſcẽderũt ad vitulos ita vt pauci cum vero rege xp̃o ꝑmaneant. pꝫ ergo grãde malũ ꝙ auaritia peperit i hoc mundo. vnde Rabanus ſuper Ra.
Mat.vj. O opes maligne auaritie bonis ais deteſtande quez illeſum quem inconcuſſum dimittitis. Tu genus hoium confudiſti. Tu diſcipulũ comitem xp̃i ab apoſtolatu precipitaſti. Tu milites cuſtodientes ſepulchrũ captiuaſti. Nũquid nõ bene dictum eſt. Pecunie obediunt omnia.

Muſce morientes ꝑdunt ſuauitatẽ vnguenti. Ec M
cles.x. Nota ꝙ muſce nũqꝫ vadunt ſup ſcutellã dũ cibus ẽ ibi calid9 ſed cũ tepeſcit ⁊ refrigeſcit reſident ibi fedantes ipſum. Spũalr̃ dũ cor humanũ retinet calorem charitatis ſemꝑ eſt procul muſca cupiditatis. Rõ eſt q2 oppoſita nõ ſe cõpatiuntur in eodẽ Augu. Aug.
in quodã ſermõe. Radix oium

bonorum eſt charitas. Radix omnium malorũ cupiditas eſt ambe ſimul eſſe non poſſunt ⁊ niſi vna radicitus expellatur alia plantari non poteſt. Fruſtra enim conatur quis ramos precidere niſi radicem ſtudeat extirpare. Igiť tepefacta ⁊ refrigerata charitate fidelium a cordibus eorum muſce cupiditatiſ ⁊ auaritie in cordibus eorum ſic creuerunt quod fere totum
Fig. mundum fedauerunt. Figura. Exo. viij. vbi legitur ꝙ quarta pharaonis plaga fuit muſcarũ multitudo quarũ tanta erat infeſtatio vt vix poſſent homines viuere. Spiritualiter ſubaudi per has muſcas infeſtas cupiditatis ⁊ auaritie actus q adeo ſunt fedi ⁊ infeſti vt oēs humanos mores moderno tēpore ꝓphanauerint ſed ſicut moriens muſca dulcedinem amittit ſic auarus in morte omni bono ꝓuatur. Luce. xvi. Mortuus ē diues ⁊ ſepultus eſt in inferno

Que multe ⁊ populi
N a multi decurrētes ad
mortē. Apo. xvij. no.
ꝙ q̄diu terra coop

ta eſt aquis nō pōt homo ď terre cōditione iudicare ſed aliqs de terra remotus qñ terra nudavř pōt hō de terre q̄ititate ex periri. Spiritualiter ſubaudi p aquas terrenas diuitias ꝓpi ſimilitudinē fluxus i vtriſqꝫ re pti ergo cũ mēs nr̄a terrenis ď dita eſt operiť diuitiaꝝ affluentia ⁊ nequaq̄ꝫ cognoſcere vꝫ ſtatũ vite ſue. ſed cũ ei fortuna tergũ verit reptēs qȯ preſtauerat pcipiet q̄tũ aia i eiſdē erat ſterilis ⁊ ſine bono. Figu. Geñ. i. Fig.
Dixit dñs ꝯgregenť aque que ſub celo ſunt in vnũ locũ ⁊ appareat arida. Spũaliter cũ deus exigēte iuſtitia auarũ ſpoliat ex terrenis diuitijs: tũc ad ſeipſuꝫ reuerſus videt ⁊ cognoſcit aiam ſuam in diuitijs vt dictum eſt aridam ⁊ ſterilem extitiſſe. Unde Eccliaſteſ. ij. Magnificaui opera mea ⁊c. ⁊ in fine ſubditur ⁊ ꝯuerſus ad illa q̄ operate fuerant manus mee vidi in omnibus vanitatem ⁊ afflictionem animi ⁊ nihil firmũ manere ſub ſole.

Ui de terra eſt de ter-
q ra loqtur Io. iij. not. O
ꝙ exñs i planicie ter
re nō pōt bñ iudicare

de q̄titate ſed ſi in locũ eminētē aſcenderit plenius ⁊ certiuſ iudicabit. iō q̄to homo remotior eſt a terra ei terra breuior apparet. Unde dicunt Aſtrologi. quod ſi eſſet poſſibile hominem vſqꝫ ad ſperaꝫ lune eleuari terra ei appareret. vt punctꝰ Spiritualiter homines diligētes terrena iudicant illa magna. Pſalmus. Beatum dixerunt cui hec ſunt, ſed hoc ꝓ

tanto contingit q: non eleuāt
Gre. cor aliquando ad celeſtia. Gre
go. in mora. Carnales hoies p̄
ſentē vitam diligunt q: quāta
ſit eternitatis gloria non atten
dunt ⁊ dum perhēnitatis dul-
cedinem non conſiderant cur-
ſum ſtationem firmum lapſuȝ
Fig. arbitrantur habitaculum. Fig.
Eze. viij. vbi ſpūs eleuauit ipm
Ezechielem inter celum ⁊ ter-
ram ⁊ conuerſus vidit abhomi
nationem aſpexit terram ⁊ ec-
ce vacuauerat ⁊c. Specialiter
Eze. interpretatur auxiliuȝ dei
⁊ denotat hominem a deo adiu
tum quem ſpiritus ſan. ad ce-
leſtium ſubleuat meditationeȝ
qui poſtmodum retro aſpiciēs
que pri⁹ affectuoſe amabat vi-
ſis celeſtibus nuncupat pōde-
Gre. roſa ⁊ vana. Unde idem Gre.
in omel. ſi conſiderem⁹ fratres
chariſſimi que ⁊ quanta ſunt q̄
nobis promittuntur i celis vi-
leſcūt aio oia q̄ hn̄tur i terris.
E abſorbeat me pro-
n fundum. ps. lxviij. vi
P demus ſenſibiliter q̄
in eadeȝ aqua aliq̄ ſu
pernatant ⁊ veniunt ad littus
Aliqua vero profunduȝ petūt
⁊ remanent ibi ⁊ hoc eſt ꝓpter
diſpoſitionem recipientium ꝓ
ut grauia ſunt aut leuia. Spi-
ritualiter per aquam que cito
labitur notantur bona fortune
In eiſdē. n. quidam poſiti ſunt
⁊ ſtatim ſubmerguntur vt qui
cupiditate per affectum pleni
ſunt. Quidam vero ſciunt ita
vti diuitijs q̄ licȝ multum afflu-
ant illas cum pauperibus di-
uidendo veniunt ad vite eter-
ne littus. Figu. Exo. xiiij. Filij Fig.
yſrael intrauerunt aquas ma-
ris que diuiſe ſunt ⁊ ſic ambu-
lantes per medium earum per
uenerunt ad littus. egyptij ve-
ro ſimiliter intrauerunt ⁊ diui
ſe aque vnite ſunt ⁊ operuerūt
ipſos ⁊ deſcenderunt in profun
dum quaſi lapis. Spirituali-
ter filij iſrael ſunt veri fideles
qui patrem ſuum xp̄m vident
oculo pietatis. diuidunt. n. cuȝ
proximis ſuis ſubſtantiam. ⁊
ſic per medium eorum. ſ. virtuo
ſe tenendo medium inter aua-
ritiam ⁊ prodigalitatem. ſ. libe
re agendo vbi conſiſtit virtus.
Egyptij vero ſunt caligine cu-
piditatis excecati qui nolunt ꝓ
pria diuidere ſed volunt diui-
ſa ſibi vnire bōa ꝓximorū ſibi
q̄n̄olibȝ vſurpādo. ⁊ tē ad pfū
dū iuerit⁹ eoſ mergit auaritie ꝓ
cela. ps. lxviij. Veni i altitudinē
maris ⁊c. t. d. m. Pȝ ergo q̄ vſus
diuitiarū bon⁹ ē ad ſalutē abuſus
do ducē ad gehēnā vn̄ Am. li. ix
ſup Lu. Diſcant diuites nō in
facultatib⁹ crimē haberi ſed in
his que vti neſciūt. Nā diuitie
vt ſunt impedimenta reprobis
ita ſunt bonis adiumēta virtut.

A Aperi os tuum ꝛ adim plebo illud. ps. lxxx. Nota ꝙ vas plenū repleri nō pōt niſi euacueť prius qꝛ eſſe duo corpora in eodē eſt ipoſſibile. Spiritualr cor hominis ē vas quodā qḋ ſi auaritia repleatur ibi nō pōt eē gratie plenitudo. ſ. xp̄s. vnde Leo papa in ſermone die iouis ſancte. Amore pecunie vilis ē ois affectio. ꝛ aīa lucri cupida etiā pro exiguo perire non metuit nullumq̃ʒ eſt iuſtitie in illo corde veſtigiuʒ vbi auaritia ſibi fecit habitaculum. Auarus igiť qꝛ nequaq̄ʒ valet aꝑire cor pie ꝛ miſericorditer pauperi ſʒ impietate plenū nō valet diuinaʒ gratiam retinere ſeu recipere. Idcirco morieť i ſua impietate morte dānationis. Figu. Zacha. v. vbi angel⁹ oñdit Zacharie amphorā i qua mulier erat int⁹. interroganti Zacharie qd eſſet angelus rn̄dit Ocul⁹ corꝫ in vniuerſa terra. ꝛ poſitū ē ſuper os amphore talentum plūbi. ꝛ interroganti Zacharie qdē ꝛ angelus reſpondit hec eſt impietas. venerunt tandē due mulieres habētes allas milui amphorā ď terra tollentes ꝛ eā ſecū portantes. ꝛ interroganti Zacharie angelū dn̄e quo deſſerunt amphoraʒ ille mulieres. Reſpondit angelus. vt edificetur ſibi locus intra ſenaar ꝛ ponatur ibi ſuper baſſeʒ ſuaʒ hec omnia Zacharie oñſa ſunt i ſpiritu. Spūaliter mulier in amphora eſt auaritia i anima ꝛ recte noīatur oculus corū in vniuerſa terra ſiue in finibus terre. ꝑ talentuʒ plumbi quo clauditur os amphore notatur impietas qua clauditur cor auarinā ſicut auarus impius ē pauperibus quibus claudit viſcera pietatis. ita diuino iudicio ſibiipſi eſt crudelis vt os ſuum aperire nequeat ad diuinā gratiā poſtulandam. ps. Muta ſiant lab[illegible]a doloſa. Sen. in prouerbiorum. Auarus nulli ē bonus ſibi autem eſt peſſim⁹. Unde bene per angeluʒ diciť. Impietas per duas mulieres alatas alis milui. Due ſunt circa auaritiā conditiones peſſime. ſcʒ auiditas i acquirendo ꝛ auſteritas in retinendo. Naʒ he due ſorores velut miluus oēm modū q̄ʒuis in munduʒ ac turpem ſugerunt auaro. vna accēdit ad acquirendū. Alia ipſuʒ ligat ne largiať. Job. xviij. Tenebiť planta eius laqueo ꝛ exardeſcet contra eum ignis. Deinde he due mulieres tollunt animam auari de lí. vite. ꝛ deferunt eam in terram ſennar. que interpretatur excuſſio dentium ꝛ recte denotat tenebras exteriores. ſ. inferni vbi erit fletus ꝛ ſtridor dentium ibi ſtabi-

lietur eternaliter ſuper baſſem ſuā quā ſibi ſua ꝓcurauerūt cul pa. pꝫ igit̄ q̄tū malū procurēt he due cōditiones ipſi Auaro q: in acqrendo ⁊ tenendo moleſtant in hac vita ⁊ in ſequenti eterno tradunt incēdio. Gre. Grego. in quadam omel. Auarus hic inq̄t ardet eſtu concupiſcētie ac multiplici cura cuſtodie. ⁊ poſt modum ardebit igne gehenne.

R. i Gnis cōbuſcit peccatores. ps. cv. Not. q̄ ignis ordinat⁹ vtilis ē ⁊ neceſſari⁹ vſui ꝓpter cibū. Non. n. veſcit̄ crudis homo vt bruta indiget. n. igne algoris tēpore ignis vero inordinatus nimis ē periculoſus. comburit. n. aliquādo ſubſtantiā ⁊ pſonā. iō in ſeruando ignē ne ledat magna reqritur cautela. Spiritualiter duplex ē ignis ſm ſcripturā. ſ. charitatis ⁊ talis ignis ē neceſſari⁹ ad ſalutē de quo dī Luc. xij. Ignē veni mittere i terrā. ⁊ quid volo niſi vt ardeat? alter eſt ignis cupiditatis ⁊ auaritie. ⁊ hic eſt periculoſus nimis q: ipſuꝫ ſubſequūtur oīa exterminia. ps: Ignis grando. n. g. ſ. p. In ſuos auctores cadit ⁊ deuorat ⁊ a luce diuina ſeparat. ps. Super cecidit ignis ⁊ nō viderūt ſolē. Fig. Figu. Leui. x. Nadab. ⁊ Abiu poſuerūt i turribulis ſuis ignē alienum: cum tamen preceptū fuiſſet Moyſi ⁊ Aarō pr̄i eoꝝ q̄ de igne altaris dei ſolū ponerēt in turribulis ⁊ iō igne ſubito extincti ſunt. Spūalr̄ duo filij Aaron denotant corpus ⁊ ſpūm. vel poſſumus intelliger̄ clericos ⁊ religioſos: q̄bus p̄cipitur ignē ſanctū ponere i turribulis. ſ. in virtutibus aīe ⁊ i ſenſibus corporis: charitatem habere. ⁊ prohibentur accipere ignē cupiditatis ⁊ auaritie taꝫ in volūtate q̄ꝫ i opere eo q̄ auaritie deditus cauſat pctm̄. Vn̄ Leo papa vir catholicū ⁊ precipue dei ſacerdotē ſicut nullo iplicari errore ita nulla oportet violari cupiditate. Mēs eniꝫ pecunie auida nec abſtiner̄ nouit a ꝓhibitis nec gaudere conceſſis nec pietati adhibere conſenſum. Debent. n. de altari dei ideſt de cruce xp̄i ignē aſſumere charitat̄ ⁊ ſic i ſuis turribulis ſeruar̄. Tūc. n. ex ipſis odorem deo per gratiarum actiōeꝫ ⁊ ꝓximis per bona operatiōis exēpla dōabūt. ſꝫ ꝓh dolor mlti iterdictū ignē atq̄ꝫ ꝓhibitum accēdētes nō odorē ſꝫ itollerabilē dederūt fetorē. Ber. ſuper Can. q̄ ſine miſerabili gemitu dicēdū nō ē xp̄i opprobria ſputa flagella clauos lance i crucē hec oīa i fornace auaritie conflant in acq̄ſitione turpis queſtus ⁊ preciuꝫ vniuerſitatis ſu

Leo

Ber

ſs marſupijs icludere feſtināt. Hoc ſane a Jude ſcariotis diſferētes q2 ille oē eo2 emolumētū dnario2 numero appēſauit. Jſti voraciore ingluuie lucro2 infinitas exigūt pecunias. Hec Ber. ⁊ loqtur ꝯ prauos clicos ſiue religioſos ⁊ malos ꝑlatos vēdentes diuina ⁊ pphanantes iuſtitias ⁊ leges dei propter pecunie cupiditatez: ſed ipſi cū Juda eterno incendio cremabuntur.

Beatitudo.

A p Aſcenſ agni iuxta ordinē ſuū Jſa. v. Ro. q' in nuptijs bene ordinatis ſemper glibet ponit̄ in loco ſibi dcenti. puta. Miles cuz militibus. ſcutifer cū ſcutiferis. Baro cū baronibuſ. Eſt. n. ibi pr̄familias oēs colocans ꝭm vniuſcuiuſq3 dignitatez. Spiritualit̄. Nuptie eterne beatitudinis ſunt optime ordinate: q2 ibi nullus itro ducit̄ indign' neq3 vnq3 repelli tur dignus. Nā paterfamilias ꝭm ſue iuſtitie regulā vnicuiq3 reddit ꝭm exigentiā meritorū

Fig. Fig. Gen. xliij. Joſeph cū dña ret̄ totius regni egypti fratres ſuos inuitauit ⁊ illis magnū parauit ꝯuiuiū. poſuit nanq3 illos in mēſa iuxta primā geniturā eodē tñ cibo cūctos pauit. Spiritualiter. per Joſeph ſubaudi xp̄m qui libere dñatur toti' regni celeſtis. per fratres vero ei' ſubaudi oēs electos. igit̄ xp̄s cū ſuſcipit ad eternū ꝯuiuium ibi eos colocat ꝭ3 gradus merito2. Nam xp̄s eſt ꝑmogenitus pr̄is: iō i eterna hr̄ditate ſedēs ad dexterā pr̄is tenet ꝑmū gradū. p̄s. Ego ꝑmogenitū ponā illū. ⁊c. poſt ipſū quilibet collocabitur ꝭm ꝓpinquitatē ſpūalē que eſt per gradus charitatꝭ que in pn̄ti vita ſeruat̄. Naz q magis in mūdū tribulationib' ⁊ anguſtijs de ꝓpiquo ſequuti ſūt xp̄i veſtigia ibi ꝓpiquiores xp̄o ſedebunt. Paſcent̄ tñ eodē cibo q2 eadē perfecta ⁊ lucida diuine eſſentie viſione fruētur. Hāc iā ſanctorū aie in illa glorioſa ciuitate obtinēt. vnde Aug. in epiſtola ad cirillū hec A ſe fatet̄ audiuiſſe a btō Hie. ſibi iā apparēte mortuo in luce cādida. qui Hie. tāq3 expertus d h ⁊ d alijs informauit lege epiſtolā ſi habes. ſic igit̄ ordo i iſta pr̄ia ſctā ꝭuat̄ talis. q2 vna glia oēs fruunt̄ ⁊ tñ plus ⁊ min' ꝭ3 ꝓcedētia merita ꝑmiant̄. Gre. Sr v. li. dial. tractāſ illud in domo pr̄is mei. ⁊c. ſi. n. inqt diſpar retributio in illa beatitudine eterna nō eēt vna potı' māſio q̄3 mlte eēnt. Multe ergo māſiones ſūt in qb' ⁊ diſtincti bono2 ordines ⁊ ꝑ merito2 ꝯſortio cōiter letātur. Et tñ vnū denariū oēs laborātes accipiūt q in multis

māſionib⁹ diſtinguūt q: ⁊ vna eſt beatitudo quā illic pcipiūt ⁊ diſpar retributiōis q̄litas quā per opera diuerſa ſequuntur.

B q. Si biberit ex hac aq̄ non ſitiet in eternum Jo.iiij. No. ꝙ in bal neo aq̄ q̄to plures itrāt tāto amplius eorū aq̄ creſcit ⁊ attingit ſuperius. Jta ꝙ qlibet exn̄tiū plus hēt de aqua ⁊ tanto amplius circumuenit̄. Spiritualiter. per aquā ſubaudi beatitudinē eternā ſine q̄ deſideriū ⁊ aie nr̄e ſitis non valet extingui. ps. Sitiuit aīa mea ad deum fontem viuū ⁊c. Jn illa ergo tanta erit amoris pfectio ⁊ abundantia glorie: ꝙ q̄uis illuc intret ellectorū innumerabilis multitudo: non tn̄ ꝓpter

Au. hoc qſq̄ minus habebit. Aug. ſuper. ps. Hereditas iquit xp̄i cuius coheredes ſumus: nō tamē minuitur copia poſſeſſoruȝ nec fit anguſtior numeroſitate coheredū: ſed tāta eſt multiquāta eſt paucis: tāta ſingulis quā

Fig. ta oibus. Fig. Nume. xx. Percuſſo lapide tanta manauit aq̄ vt ſufficiēter biberēt homines ⁊ iumēta. Spūaliter. petra pcuſſa virga: fuit xp̄i humanitas: ꝓpter noſtra peccata vulnerata. Jſa. liij. Propter ſcelera ppli mei percuſſi eū. Tāta ergo fuit virtus ſue ſacratiſſime paſſiōis ꝙ latiſſime aque glorie conferuntur volentibus abundanter Jſa. quinquageſimoquito. Omnes ſitiētes venite ad aq̄s ⁊ qui non habetis argentum ideſt virtutes ⁊ merita abſq; vlla commutatione emite vobis vinum ⁊ lac. Bibent ergo omnes de aqua celeſtis glorie conſequente eos petra: petra autem erat xp̄s. Et bene dicitur ꝙ bibēt homines ⁊ iumenta ideſt iuſti ⁊ peccatores ſine meritis deſinentes: tamē peccare ⁊ conuertentes per lachrymas ad miſericordiam. ps. homines ⁊ iumēta ſal. do. ⁊c. Ecce quēadmodum multiplicata eſt miſericordia ſua. vn̄ Caſſiodorus ſuper illud. ps. Extēdēs celum ſicut pellem ſic ait. Bene inqt dn̄m celū dicit̄ extendere vbi meretrices ⁊ publicanos eum ꝯſtat admittere. Naȝ cum ſint celi per iuſtitiam iuſtoꝝ facti ſunt ex gratie largitate peccantium. Caſ.

i Inebriabunt̄ ab vbertate dulcedinis dom⁹ tue. ps. xxxv. No. ꝙ princeps magn⁹ cupiēs magnificū facere ꝯuiuiuȝ quatuor ſtudet inter alia obſeruare. ſ. tempus aptū quo. ſ. gētes a diſtantib⁹ ad cōuiuiū vocate libere poſſint venire ne niuiū ſeu aquaꝝ innūdatiōe ꝓhibeantur. ſecūdo exigitur locus C

apr⁹.ſ.ſpecioſus magn⁹ ꝛ ame
nus vbi nō ſolū cōuiuātes cō-
mode ſint in mēſa: imo quo ad
lectos ꝛ cameras ꝓ quiete. iij.
ꝙ inter alia ſumenda in conui
uio prouidendū eſt de optimo
vino. Ratio eſt q2 in conuiuijs
requiritur leticia ꝛ gaudiū ꝛ vi
num pre oībus habet illa cau-
ſare. ps. vinum letificat cor ho-
minis. iiij. ꝛ vltimo ſolent ma-
gni principes protrahere con
uiuium non ſolum vna die ſed
mltiſ vt appareat eoꝝ magna-
nimitas ꝛ largitatis habundā-
tia. Spiritualiter xp̄s dei filius
rex ſupnus ꝛ princeps regum
terre in conuiuio ꝛ refectione
eterne beatitudinis hec omnia
Fig. ſeruare voluit. Figura. Heſter
primo vbi legimus ꝙ Aſuer⁹
rex magn⁹ q regnauit ab ethio
pia vſqꝫ in indiam tertio anno
regni ſui fecit ꝯuiuiū magnum
in domo ſua mirabili que colū
nis argenteis ſuſtentabaꝛ. Ha
bebat gemmas diuerſi coloris
ad iſtar ſyderū in tecto ad mo-
dum etiam ſignorum ſtellarū
firmamenti ꝛ erāt ibi lectuli au
rei ꝛ argētei. ꝛ prout in eodem
li. legitur numerantur ibi inu
merabiles ornatus. Erāt etiā
ibi menſe mire pulchritudiniſ
ꝛ bibebant vinū precipuū ꝛ op
timū nec erat qui cogeret ad bi
bendū ꝛ durauit conuiuiū. lxx.
diebus. Igitur iſtud cōuiuium
fecit rex principibus ſuis ꝛ in
clitis prouinciarū. Spirituali
ter per Aſuerū qui interp̄tatur
beatitudo: notaꝛ xp̄s deus ꝛ ho
mo: q regnauit a mare vſqꝫ ad
mare: ꝛ a flumie vſqꝫ ad termi
nos orbis terrarū. In ipſo eni
omnis beatitudo corporis ani-
miqꝫ conſiſtit q2 ſua beatitudo
noſtra ē beatitudo. Ergo ſi ma-
gnus eſt magna ē beatitudo no
ſtra. vnde Aug. in ſol. circa ſi Au.
nē vere domine magnus es tu
ſuper oīes deos ꝛ merces tua
magna eſt nimis. neqꝫ enim
magnus es tu ꝛ parua merceſ
tua: ſed vt magnus es tu: ma
gna eſt merces tua qm̄ nō aliō
tu ꝛ aliud merces tua: ſꝫ tu ip̄e
magna merces nimis tu ipſe
coronatio ꝛ corona tu, p̄miſſor
ꝛ promiſſio: tu remunerator ꝛ
mun⁹ tu premiator ꝛ premiū
felicitatis. Iſte igitur pꝛiceps
tam grandis tēpus obſeruauit
debitū quia tertio anno impe-
rij ſui p̄mus annus fuit ſtatus
nature. ſecundus ſtatus legis.
tertius ſtatus gratie. Obſerua
uit igitur ꝙ veniret tēporiſ ple
nitudo in quo ſerenitas verna
lis gratie lucifaceret orbē: ꝛ fu
garet peccati emendā ne am-
plius ꝓhiberenꝛ inuitati veni
re ad nuptias quēadmodū ꝓ-
hibiti fuerant precedentib⁹ an
niſ. Igitur ſic purgato aere per
diuinam grām. Spiritus ſan-

ctus humanã naturam vocat ad cõuiuiũ domini. Cant.ij.di. Iã hyems trãſijt iber abijt & receſſit ſurge amica mea & veni. parauit etiã domũ ornatã mirabiliter ſecũdum magnificentiã regni ſui. pſ.cxi. Glia & diuitie in domo eius. Tãta.n.ſolẽnitas apparatus eſt & in tantum noſtrã ꝯſideratione tranſcendit vt vnũ minimũ ei⁹ non
Au. poſſimus cogitare vnde Aug. in ep'la ad cirillũ ꝓteſtat̃ audiuiſſe ab aĩa Hiero. ſibi apparẽte in quadã ſplendida luce infraſcripta ṽba cuz enim vellet Aug. cõponere librũ de aĩe beatitudine ſupradicta aĩa apparuit ſibi dicens. O Auguſtine credis tu totũ mare in vaſe reponere puo? aut credis vniuerſũ pugillo includere? vel credis tu celũ & ſydera a ſuo curſu retrahere? Nã ſicut ſupradicta facere nõ poſſes ſic nec minimaz partẽ beatitudinis aĩe ſeparate quã habet in glia nõ poſſes determinare. hec Aug. ſed dꝫ iſta domus camerata auro & argẽto gẽmis ꝓ tanto vt ſciamus qm̃ multe & diuerſe manſiones in domo dei ſunt diuino ſplẽdẽtes amore vt quilibet inuitat⁹ i. predeſtinatus ſua manſiõe cõtentus adeo exiſtat vt nullatenus inuidiã vnus alterius capiat ꝓpt̃ nimiã charitatẽ. imo vt vnu quis de bono ꝓximi gaudeat q̃tũ de ſuo ꝓprio. vñ gre. Gre.
in moral. tanta inqt vis in illa pace nos ſociat vt qđ in ſe qſqꝫ nõ acceperit hec ſe accepiſſe in alio exultet: vna cũctis erit beatitudo letitie: q̃uis nõ ſit in oĩbus vna ſublimitas vite. erit.n. ibi ciboꝝ aſſuẽtia q̃ ꝯſiſtit in viſione beata & ſocietatẽ ſine faſtidio capiem⁹ mõ mirabili & ſupexcellẽti. vñ Aug. ſuper Ioan. Au.
omel.iij. Talis inqt illa dilectatio pulchritudinis erit vt tibi ſemper preſens ſit & nunq̃ ſacieris. ſi enim dixero ꝙ nõ ſaciaberis fames erit ſi dixero ſaciaberis faſtidiũ timeo vbi nec faſtidiũ erit nec fames. Quid dicã neſcio ſi deus habet ꝙ exhibeat. Erit in ipſo ꝯuiuio vinũ ꝑcipuũ ꝑ qđ ſubaudi diuinũ gaudiũ ſup electos qđ ipſe xp̃s ei ꝓmiſit in euãgelio Ioã. xv. di. Gaudiũ inqt meũ in vobis ſit. Iſtđ gaudiũ cor electorũ letificat: nec ẽ q cogat ad bibẽdũ: qr tanta eſt glie dulcedo vt nemo ad illius fruitionẽ idigeat. per .lxx. dies quib⁹ durauit ꝯuiuiũ ſubaudi eternitatẽ. Nã quilibꝫ hoꝝ numeroꝝ qb⁹ efficitur ſeptuagẽarius numerus quãdã dicũt plenitudinez vij. nãqꝫ dieb⁹ tota cõprehenditur temporis plenitudo: per denariũ đo totus numerus ꝯplectit̃. Nã ſi vltra ꝓgrediaris repetes quod dixiſti. Igitur ſup

nū cōuiuiū per infinita ſecula ſeculorū i omni perfecta letitia omni excluſo defectu penitus
Aug remanebit. vnde Aug. in ſoliloquio. Ibi erit eterna refectō. perpetua dilectio. iocunda poſſeſſio. Ibi dies ſine nocte: vita ſine morte: iuuentus ſine ſenectute: pulchritudo ſine deformitate: fortitudo ſine debilitate. letitia ſine dolore: tranquilitas ſine labore & ſine omni fallacia veritatis vera cognitio.

D V Eni i terrā quā monſtrauero tibi. Ge. xij. Nota q̄ ſunt q̄zplures q vellēt bñ comedere & bibere ac ēt dormire & nullaten⁹ laborare. Tales nominamus pultrones qui ꝯſuenerūt peregrinoꝝ habitū aſſumere & dū terrā elemoſynis affluentē inueniūt dimiſſa peregrinatione ibi requieſcunt: iō p̄mium peregrinantium nō recipiūt. Spūaliter. nō ꝑmittitur premiū eterne beatitudinis niſi legittime p ſemitas mādatorum dei illuc accedētib⁹. Unde
Aug Aug. i li. de paradiſo. Tu inqt q verā requiē q̄ poſt hanc vitā xp̄ianis ꝑmittit̄ queris & hac cā inter amariſſimas hui⁹ vite moleſtias ſequeris ſuauē & iocūdā guſtabis: ſi eius q tibi eā ꝑmiſit mandata dilexeris. ſed multi ſunt q habitū xp̄iane peregrinatōis portātes quos modicus accedēdi labor & demorandi torpor adeo ab hmōi pegrinatiōe ſubtrahit vt a celeſti patria totalr̄ efficiat alienos. Figu. Numeri. xiij. Redeūtibus xij. exploratorib⁹ quos Moyſes miſerat ad terrā ꝑmiſſiōis & portantibus de triplici excellētiſſimoꝝ fructuū genere illi⁹ terre animati ſūt filij iſrael ad ꝓlium vt terrā illam obtinerēt ſcientes eā tam vberē & fecundam: ſꝫ audiētes terrā illā hr̄e gigātes ō terra enach magnos & potentes ꝯmoti ſunt turbati ſunt tremor apprehendit eos. Idcirco dicebant vtinam mortui fuiſſem⁹ i egypto. cur enim venimus huc vt nos & paruuli noſtri morte moriamur. Tantus igit̄ ſtupor fuit atqꝫ timor & pauor q̄ nullatenus ingredi voluerūt ſed remāſerūt i deſerto vbi fere omnes mortui ſunt. Spiritualiter. xp̄s volens populū xp̄ianum quē ab egyptiaca ſuitute liberauit ducere ad ꝑmiſſaꝫ beatitudinē p. xij. apoſtolos ſuos fructū beatitudinis ꝓdcē nobis manifeſtat & oſtendit: & hec ē triplex prout trib⁹ modis fruemur viſiōe diuina.
Ber. in quodā ſermone triplr̄ inquit eterna illa & pfecta beatitudine fruemur deo vidētes eū i oībus creaturis habentes eū in nobis ipſis & qd̄ i his oībus ineffabiliter iocūdius ſit: atqꝫ

beatius ipſam in ſemetipſa3 co
gnoſcet trinitatē. Animari igi
tur debemus deſiderio talis pa/
trie i q̄ tāta ē magnitudo dulce
dinis quā nō ſufficimus cogi/
tare: ſ3 anteq̄3 illuc perueniatur:
pugnare o3 ꝯ genus hominū3
enach. i. ꝯ vicia ꝛ peccata: q2 nō
coronabit̄ niſi q legittie certa
uerit. Enach interpretat̄ fortis
ſeu terribilis ꝛ hū denotat hu/
mani generis inimicū vt demō
ē. hoc nāq3 genus nūq3 nos de
ſinit īpugnare manifeſte ꝛ oc/
culte: ſed ſic eū ꝯſtrauit xp̄s vt
vires eius ſint multipliciter di
minute. Ligatus ē enim prin
ceps inferni vt nos īfeſtat̄ neq̄
quā poſſit niſi q̄tū ad nr̄m ſpe/
ctat exercitiū. Nā l3 furore re/
pletus ſuper fideles irruat: mo
derat tn̄ ſuā rabiem diuina ma
ieſtas ne q̄tū appetit ledat. vn̄
Aug Aug. ſuper. p̄s. Dyabol9 vult
plerūq3 nocere ꝛ nō preualet qa
poteſtas ſua ſub poteſtate ē. Nā
ſi tātum poſſet nocere q̄tū vult
aliqs nō remaneret iuſtorum.
ſ3 nos debemus ſecure reſiſtere
ei q2 q̄to ei reſiſtimus tāto am
plius debilitatur. Sūt tn̄ q̄plu
res prius cupientes reuerti9 in
egyptū ſuper ollas carnaliū
affectionū ꝛ diſponere ſe mort̄
eterne periculo in preſentis vi/
te deſerto q̄ ex modico labore
ad tam ſolēnē patriā feſtinare
hi bene de egypto ſunt q2 car/
nalium caligine inuoluti neq̄/
q̄3 poſſunt quāta ſunt eterne vi
te gaudia intueri. Qm̄ ſi d fru
ctibus apoſtolice doctrine gu/
ſtaſſent cum Paulo ſentirent
paſſiōes huius tp̄is minime cō
dignas ad futurā gl'iam quam
deus pparauit diligētibus ſe.
ideo Ber. i li. d meditatiōib9. Ber
dulcedinē fructuū cōſiderans
predictoꝝ di. O aīa mea ſi con
tinue oportet nos tormenta p/
ferre ſi ipſam gehēnā lōgo tem
pore tollerare. vt Chriſtum in
gloria ſua videre poſſim9 ꝛ ſan
ctoꝝ ei9 collegio ſociari nōne eſ
ſe dignū pati quod triſte eſt vt
tanti boni tanteq3 glorie parti
cipes haberemur. Inſidientur
ergo demones. parēt ſua tēpta
mēta: frangāt corpus ieiunia
premāt veſtimēta. labores gra
uent. vigilie excitēt. clamet me
iſte. inquietet me ille. frig9 icur/
uet. calor vrat. caput doleat. pe
ctus ardeat. inflctur ſtomach9
paleſcat vultus. infirmer tot9.
ꝛ deficiat in dolore vita mea: ꝛ
anima mea gemitus ingrediat̄
putredo i oſſibus meis ꝛ ſubt9
me ſcateat: vt requieſca3 in die
tribulationis: ꝛ aſcendam ad
p. ac noſtrum.

¶ De Charitate.

Suadeo tibi emere auꝝ A
f a me ꝛc. Apo. iij. No.
qͥter oīa mūdi metal
la auꝝ ē pcioſi9. h3. n.

hãc ꝓprietatẽ. qꝛ pt reduci ad minimã ſubtilitatem nec vnq̃ȝ ſub martello frangitur puta ſi ſit pfectũ. Spũaliter charitas cõparatur auro. ratio eſt: quia auruȝ ab auroꝛa vnde auroꝛa quaſi hoꝛa auri. Nam in auroꝛa aurũ generatur in viſcerib⁹ terre: ſic charitaſ generatur ex fide que auroꝛa dicitur. Nã tãta eſt fidei ⁊ charitatis copula ꝙ ſine charitate fides moꝛtua eſt: ⁊ ſine fide charitas ceca dicitur. Habet charitas hanc auri ꝓprietatẽ: qꝛ nunq̃ȝ ſub martello aduerſitatꝫ pñtis vite frangitur ducit. n. vſq̃ȝ ad tenuitatẽ paupꝛtatis ⁊ nuditatis martyrij ⁊ moꝛtis ⁊ tamẽ nõ ſubcũbit Aug. de laude charitatꝫ. In charitate pauper eſt diueſ: ſine charitate omnis diues eſt pauper i aduerſitatib⁹ tollerat. In pꝛoſperitatibus temperat. In duris paſſionib⁹ foꝛtis eſt. In bonis operibus hylaris eſt. In temptationib⁹ tutiſſima. In hoſpitalitate latiſſima. Inter bonos fratres latiſſima inter falſos patientiſſima. hec Aug. Excedit igiẗ virtus charitatis oẽȝ aliã virtutem ⁊ omnibus ẽ foꝛtioꝛ ⁊ conſtãtioꝛ. Ideo deus in alijs virtutibus mediũ ſeruãs in charitate modũ excedit. Jõ apoſtolus charitatẽ eiuſ nimiã vocat di. ꝓpter nimiã charitatem qua dilexit nos. No. tñ ꝙ in auro eſt dare optimũ ſub eius genere nullũ melius. Ita ẽ in genere charitatis deuenire ad optimã que pꝛẽ non hȝ. ſ. cũ amoꝛe dei perfecte quis diligit inimicũ: vt. ſ. de malo eius doleat vt de pꝛopꝛio ac ẽt de bono gaudeat. Ideo ſup illõ. pſ. Latũ mandatũ tuum nimis Glo. tũc eſt latũ mandatũ nimis qñ de inimicoꝛũ malo dolemus: ſȝ hoc perfectiſſimũ aurũ. ſ. charitatis in nobis inueniri nõ põt niſi diuina gratia mediãte Figura Geñ. ij. vbi legitur ꝙ terra eiulat quã rigat fluuiuſ õ paradiſo egrediẽs ꝓducit auruȝ ⁊ ſubditur ibidẽ ⁊ aurũ terre illius optimũ eſt. Spũaliter eiulat interꝑtatur dolẽs ⁊ bñ ſignificat aiam compaſſiuaȝ que tñ de inimici malo dolet q̃ꝫtum de pꝛopꝛio ⁊ hec vt dictuȝ eſt. pfectiſſima charitas eſt ⁊ optima. verũtñ ne capiar in v̈bo indiſciplinato nõ dico ꝙ charitas poſſit eſſe ita perfecta qn poſſit perfici ⁊ augeri: ſed dico ꝙ iſta eſt optima reſpectu inferioꝛ. Igiẗ hoc aurũ optimũ nõ eſt a nobiſ ſed a flumine paradiſi. i. a diuina gratia irrigãs aiam noſtraȝ vñ Jaco. i. Oẽ datũ optimũ ⁊ oẽ donuȝ pfectũ õſurſũ ẽ deſcẽdẽſ a pꝛẽ luminũ. Ari. õ celo ⁊ mundo a quo deriuaẗ eſſe ⁊ viuere his clarius illis oſcurius. Fig.

Ranſtulit auſtrum ð
B t celo pſ.lxxvij. Not.
ꝙ auſter adeo ē cali-
dus ꝙ eo flante ligna
aromatica ſimul ꝯgregata i ali
quibus regionib⁹ calide inflā-
tur: fertur ēt ꝙ per iſtū modū
renouatur fenix. Spūal'r ꝑ au
ſtrū ſubaudi charitatē Abach.
iij. deus ab auſtro veniet. Igit
cū in corde noſtro ꝯgregam⁹
illius aromatica nemoris. ſ. ſā
cte ſcripture eloqa que. ſ. a xpo
Fig. vel ab eius apoſtolis ſeu ꝓphe-
tis ex dilectione dicta ſunt ſta-
tim deſcēdēs ignis diuini amo
ris accendit charitatē in nobis
per quā renouatur mēs nr̄a ru
ginibus peccati purgatis per
ignē ſancti ſpiritus tota reful-
get ſanctitate. poſtquā ſubſeq-
tur alia auſtri ꝓprietas q: mē-
tē ꝗ ſpūſſancti gr̄a mundat a
culpa aptificat ꝛ diſponit ad vti
Fig. les lachrymas emittēdas Fig.
iij. Re. xviij. poſito per Helyā
holocauſto ſup altari deſcendit
ignis de celo ꝛc. ſuccendit ꝛ po-
pulus totus credidit prophete
Balaach: extincti ſunt ꝛ fuit
habūdans pluuia ſuper terrā
ſine qua terra ſteterat trib⁹ an-
nis ꝛ ſex mēſibus. Spirituali-
ter per Helyam ſubaudi peni-
tentis per holocauſtū cor ꝯtri-
tū penitētis ꝑ ignē deſcendētē
ſubaudi charitatem aiā ſucce
dentē ad amorē. Extiguuntur
ꝓphete. Balaach. q: excludū-
tur ſuggeſtiones ꝛ temptatio-
nes dyaboli. ſubſequitur plu-
uia lachrymarū per quā gratiarū
fecūditas naſcit in aia quib⁹ ꝑ-
us erat priuata. Et ſic aia non
ſolū accendit amore: ſed etiam
illuminatur lumie omniū gra-
tiarū. vñ Gre. omel. ſi quis dili- Gre.
git me. ꝛc. Spūſſanctuſ inquit
in igneis linguis apparuit ꝗa
oēs quos repleuerit ardentes
pariter ꝛ loquentes facit.

Gnē veni mittere in
i terram ꝛ quid volo C
niſi vt ardeat Lu. xij
No. ꝙ hyemali tem
pore in nobiliū domibus ignis
nunꝗ̄ extinguit ꝛ fit vt aliqñ
ꝙ veniētes ð foris viatores ma
defacti calefiāt. Spūal'r aia hu
mana eſt domus nobilium q:
ibi habitat pater fili⁹ ꝛ ſpūſſā-
ctus qui ſunt perſone nobiliſſi
me. vñ Jo. xiiij. ad eū veniem⁹
ꝛ māſionē apud eū faciem⁹. dꝫ
igit ibi nutriri ignis charitatis
vt ſacre ſcripture verba ꝛ inſpi
rationes veniētes e celo calore
ſpūſſancti foueant ꝛ letificent.
Jō ſicut ordinatū ē. ſ. nutritōes
ignis materialis perſona ſpe-
cialis in domo magni pricipis
ita dꝫ eſſe in anima vt dr̄ aliq
ad quam ſpectat ſemper ignem
charitatis gubernare vt arde-
at. Figura. Leui. vj. vbi ꝓcepit Fig.
dñs filijs iſrael di. Ignis ſem-

per in altari meo ardebit. quē nutriet ſacerdos ſubijciens ligna. Spūaliter. altare dei ē cor humanū. ſacerdos qui dicitur ſacra dās: denotat memoriam. ſacerdos iſte. ſ. memoria debet ligna pparare qbus ignis accenditur i corde ꝛ debent eſſe ligna pinguia q̄ ſunt magis apta ſuccēdi talia ſunt ligna crucis. iō memoria ꝓferēdo ꝯ 2di noſtro recordationem crucis ꝛ paſſiōis xp̄i ſtatiꝫ ignef cor noſtrum ꝛ nūq̄ꝫ extingui poterit
Au. charitas xp̄i in nobis cū ipſa ꝺ ſe inextinguibilis ſit. Augu. n. nouerat hūc ignē nutrire in ſe recordatione bn̄ficioꝝ dei. iō. c. xviij. Soliloqoꝝ di. O ignis q ſemper ardes ꝛ nūq̄ꝫ extingueris. O amor q ſp ferues ꝛ nunq̄ꝫ tepeſcis. vn̄ mihi verbum exprimā ſigna dilectionis tue erga me pp innumerabilia bn̄ficia qb⁹ ab initio educaſti me. poſt beneficiū nēpe creationis quādo i pricipio de nihilo ad imaginē tuam honorificās ꝛ exaltans me inter eas creaturas: q̄s feciſti ꝛ nobilitans vult⁹ tui lumine: qꝺ ſignificaſti ſuper luminare cordis mei quo ab inſenſibilibus ꝛ ſenſibilibus pariter diſcreuiſti. ꝛ paulominus ab angelis minoraſti paꝝ hic fuit ante conſpectum bonitatiſ tue. ſed me filiū adoptiuū tuo ſanguine ſingularibus maximiſq̄ꝫ donarijs tuoꝝ beneficiorum ſine intermiſſiōe nutriſti. hec Auguſti.

d E excelſo miſit ignē tre. primo. Nota ꝙ ignis ē elemētū leuiſſimuꝫ. iō locus eſt ei ſupius. nāliter. n. hꝫ aſcēdere. d
Tāta ē. n. acuitas ſua ꝙ dū mā apta i quā poſſit agef ei appropīq̄t ſtatiꝫ ꝺſcēdit vt i ipaꝫ agat vſq̄ꝫ ad formā ſuā introducēdo h pꝫ ꝺ vapozib⁹ eleuatis p ſolē vſq̄ꝫ ad ꝓpe ſperā ignis ipſe inflāmat ꝺſcēdens. Spūalr. q̄ꝫq̄ꝫ ſpūſſanctus nāliter habitet i celis ꝛ i beatis aiabus nihilominus tāta ē actio amoris illius: ꝙ ſi aliqua corda diſpoſita ueniat i terris que ſolis radio. i. fidei conſtātia ſubleuet ad ſpei ſupnoꝝ altitudinē ſtatim ꝺſcēdit cor replēs ꝛ fecūdās p gratiā. Figu. Luc. pmo. Cū Zacharias dimiſſa turba exterius ingreſſus fuiſſet ad altare incenſi deſcendit angelus ꝛ ſibi nūciauit Joānem. Spiritualiter. per Zachariam qui interpretatur memorans deum ſubaudi cor deuotum quod iugiter diuina beneficia cum gratiarum actione commemorat. Igitur itrās ſecretum mentis aſcendenſq̄ꝫ ſupra ſe verſus celuꝫ fide recta atq̄ꝫ certa ſpe que nō confundit ſtatim ſpiritū ſanctum ſentiet deſcendere annunciātē ſibi gra Fig.

tiaȝ.ſed opus eſt vt turbatio fo
ris relinquatur. q2 cor occupa
tum turbie terrenorū ſancti ſpi
ritus gratiaȝ recipere nō valet.
Gre Unde Gre.in moralib⁹. Mēs
inquit noſtra ad ɔtēplanda in
terna nō perducit̄ niſi ab his q̄
exterius īplicāt ſemp ſtudioſe
ſubtrahat̄. Igit̄ quos ſpirituſ
ſanctus ſic diſpoſitos īuenit ac
cendit: ⁊ formaȝ ſue virtutis ⁊
cōſtantie in eos imp̄mit vt oīa
valeāt fortia ſuperare. vnde idē
Gre Gre.omel.xi.ſuper Ezechi.tra
ctans illud verbū fortis eſt vt
mors dilectio tua. Hec ait fortis
eſt vt mors ⁊c. q2 ſicut corpus
mors interimit: ſic ab amore re
rū tpaliuȝ eterne vite charitas
occidit. Nā quē perfecta chari
tas abſorbuerit ad terrena fo
ris deſideria velut inſenſibileȝ
reddit neqȝ ſanctus quilibet ꝓ
domino mori potuiſſet in corpo
re ſi prius a terrenis deſiderijs
mortuus non fuiſſet in mēte.

E n On comedetis ex eo
crudū qd Exod.xij.
Not. q̄ cibus q̄ȝtūcū
qȝ d'licatus ſi crudus
comedat̄ comedentē ledit ⁊ of
fendit ſi aptuſ erat coqui: coct⁹
vero delectabilis eſt ⁊ bonus vt
patet de pullis ⁊ piſcib⁹ ⁊ alijs
multis. Spiritualiter: nulla v̄
tus poteſt bonū nutrimentum
dare aīe niſi igne charitatis co
quatur. Nā ſicut cruda digeri
non valent ab humano calore
niſi priuſ digerunt̄ igne ſic nul
la actio poteſt progredi ab hu
mana natura que quicq̄ȝ vale
at ad cibū meritoriū anime ni
ſi prius ignis ſancti ſpirit⁹ eam
decoquerit. vñ Apo.i.Cor.xiij.
numerās fere oīa optimorum
genera ſubdit: charitatē autem
non habuero nihil ſum. Figu Fig.
ra. Exodi.xvi. cum filij iſrael
reciperent manna in deſerto tē
tauerunt illud crudum come
dere. ſed guſtatū relinquerunt
tanq̄ȝ inſipidū. ⁊ tunc precepit
Moyſes illud decoq igne quo
facto comederunt illud ſapidū
⁊ bonū: imo ſm aliquos omnē
bonū ſaporē erat cōtinēs. Spi
ritualiter. per māna celicuȝ da
tū notant̄ opera noſtra que fa
cimus que ſi bona ſunt deſuper
ſūt donata. cū ſm aplm.ij.cor.
iij. non ſumus ſufficiētes q̄cq̄ȝ
eſt nobis boni cogitare: nec dū
facere. Igitur hec bona que lar
giente dño facimus ſi in nobis
inueniant igneȝ charitatis op
tima ſunt ⁊ ſapida ad nutrimē
tū vite eterne. ſi vero fiant a no
bis nō exiſtentibus in charita
te ~~magis ledūt q̄ȝ nutriunt~~. vt (insipida sunt, nec nutriunt)
patet de ſciētia que inflat ⁊ ho
minē ducit ad elationē ⁊ ſic de
alijs. ⁊ iō ber. Cib⁹ idigeſt⁹ cor Ber
pus corrūpit: iflātē ⁊ idropicū
reddit. ſi āt digeſt⁹ fuerit nutrit
ſic oīs virt⁹ i ſtomacho aīe indi

geſta generat malos humores mali inquã humores ſunt mali mores.

In digito dei eijcio demonia. Lu. xj. no. cũ ſunt multe gentes & diuerſe ſimul ſi quis velit quẽquam illoꝝ pticulariter cognoſcere oꝫ illũ digito demonſtrare cũ pnoie demõſtratiuo. verbi gr̃a. In platea ſunt iij. pueri. q̃ro a te qs illoꝝ ſit filius petri. & tu reſpõdes mihi extẽdendo indicẽ ille ẽ. Spiritualiter nulla talis põt repriri differẽtia diſcernẽs bonos a malis qualis eſt charitas illa ergo ẽ q̃ diſtinguit filios dei a filijs dyaboli. Idcirco xp̃s d ꝓprijs filijs ait. In hoc cognoſcẽt hoĩes ꝙ diſcipuli mei eritis ſi habueritis pacẽ adinuicem. & in hoc ſibi oppoſitus ẽ dyabolus qꝛ ſũme p̃oib' bõis odio hꝫ charitatẽ. Jõ plus ad ipſi' extinctionem conat. Vñ Gre. in paſtorali. Sicut nihil p̃cioſius ẽ deo ratiõe dilectõis. Ita nihil ẽ deſiderabilius dyabolo extinctiõe charitatis. Unde ſubdit qſqs enim ſeminando iurgia dilectionẽ ꝓximorũ perimit hoſti dei familiarius ſeruit. Jõ ex charitate diſtinguũt vtriuſqꝫ ſerui. Figu. Exo. viij. vbi legimus ꝙ magi pharaonis deficientes in tertio ſigno clamauerũt digitus dei ẽ hic. Spiritualiter magi pharaõis ſunt ſerui dyaboli. Verũtamẽ nõ diſcernũt a Moyſe & Aaron filijs dei. In primis duobus ſignis: qꝛ ſi quis peccat ꝯ patris potentiã fragilitate preuẽtus remittuntur ſibi peccata Iteꝝ ſi qs peccat ꝯ filij ſapiẽtiã & ſic ignorãtia ductus ẽt remittit peccatũ: dico ſemp pniã p̃uia. Sꝫ ſi qs per obſtinationeꝫ voluntatis peccat ꝯ bonitateꝫ ſpũs ſancti nec i preſenti nec i futuro remittit peccatum & ſic apparet q ſunt deficientes virtutibus & in oĩ bono qñ. ſ. ad ſignũ charitatis attingerẽ nõ poſſunt ẽt quantũcũqꝫ multa alia faciãt ſigna. Vñ Aug. ſup Jo. ſermone. lx. Alia munera mea hñt vobiſcũ & nõ mea nõ ſoluꝫ naturã ſenſum vitã rõneꝫ & eaꝫ ſalutẽ que oĩbus peccatoribus cõis ẽ veꝝ ẽt linguas: ſacrã ꝓphetiam: ſciẽtiã: fidẽ: diſtributionẽ bonoꝝ temporalium pauperibus: & traditionem corporis ſui vt ardeãt: ſꝫ qñ charitatem non habent nihil ſunt nihil eis prodeſt.

Gre.

Fig.

Quis ante ipſuꝫ precedet. pſ. xcvi. No. tẽpore noctis nõ ẽ tutum ire ſine igne. rõ eſt qꝛ põt cadere inuenta fouea & in multa icurrere praua accidentia ſine remedio. Spiritualiter vita noſtra propter enig-

mata humane cognitōis nocti cōparatur. Jō intutū ē ambulare p ipſam p̄cipue cuȝ plena ſit grauibus accidētib⁹ ſine lumine vl' igne charitatis. Ad h̄ iō pius dn̄s lumē.ſ.ſpūm ſcūm nobis celitus miſit vt ab eo ꝓtecti ꝑueniremus ad patriam.

Fig. Figu. Exo. xiij. Poſtq̄ filij iſrael exierūt egyptū tranſeuntes per medium maris rubri: ⁊ fuerūt in deſerto: neſcientes quā viā tenerent: miſit eis ignea colūnā que nocte p̄cedebat viam lucens ſup pplm. die vero ꝓtegebat eos ab eſtu. Spiritualiter poſtq̄ xp̄s eduxit populū credentiū de egypto iferni per effuſionē vi̅i cruoris ei⁹ ne vagaret per deſertum hui⁹ vite plene diuerſis piculis: miſit ibi ignē ſpūs ſancti. quo protegeret nocte ab aduerſitatib⁹ tribulationibus multis. ⁊ virtute luminis charitatis cognoſceret viam quā opporteret tenere vt p multas tribulationes intrarent regnū dei ⁊ die vero ꝓtegerent ab incurſu ⁊ demonio meridiāo q populū xp̄i nititur decipere ꝓſperoꝝ ſucceſſione. Igitur charitas ē oīmode ductrix populi totius ad deuȝ.

Aug. Aug. de laude charitatis. Charitas eſt actio rectitudinis oculos ſemper habens ad deū glutiniū aiarum. ſocietas fideliuȝ actio non frigida, actio nō fracta. non fugax.

## De carne humana.

F Filia babilonis miſera. pſ. cxxxvj. q2 pater nimiā ſibi reputat cōfuſionē lapſum ꝓprie filie iō ſubiungit cuſtodiā ipſi quouſq3 viro ſuo tradatur Jō cū interdū delinquit nullatenus ipuniſ. dimittēda ē. Spiritualiter caro humana ē filia ſpiritus pp maioritatē ⁊ reuerentiā ſpiritus a deo data ē ſibi vt ſubiecta: ſed confuſio nimia redūdat in ſpūȝ ex carnis peccato: dȝ ſpiritus ipſam tenere ſub iugo ⁊ nullatenus eideȝ indulgere peccanti. Fig. Jud. xj. cū Jepthe pugnaſſȝ ꝯ amon ⁊ ipſum debellaſſet votū deo vouit q̄ qcqd ſibi occurreret redeūti a pugna domui ſue dō ſacrificaret. Occurrit ei vnica filia. Cui dixit decepit me filia ⁊ tu ipſa decepta es: que poſtq̄ duobus menſibus cuȝ ſodalibus ſuis virginitatē ſuam deplorauit data ē i ſacrificiū ſecūduȝ q̄ vouerat Jepthe. Spūaliter: Jepthe interpretaẗ ſalus ⁊ denotat iuſtuȝ ſalutē querēs fortiter diabolo reſiſtendo ſed habita victoria ꝯ ſpūȝ ei ꝓpria caro obuiat cupiens ipſum decipere ⁊ volūtatē inclinare: ſed ipſa decipitur: q2 per duos fontes lachrymas effundens cuȝ alijs ſodalibus ſuis, i, cum oi-

A (right margin, beside "ra. pſ. cxxxvj")
Figu. (right margin, beside "indulgere peccanti")
Au (left margin)
B (left margin, beside "titur decipere")
columna nu[bis] (manuscript note, left margin)

bus alijs appetitib⁹ ſēſitiuis cō
primitur. Et per mēbrox mor-
tificationē fit de ipſa ſacrificiū
deo: ⁊ ſic ſpūs alleuiatus ꝓpo
carnis onere ſeuerioꝛ fit ad pu
gnandū cōtra diabolum ⁊ eius
temptatiōes. Sic igit̃ hec filia
ſemper eſt moꝛtificanda donec
viro ſuo. i. ſepulchꝛo tradat̃.
cruciat⁹ eius ſunt ieiunia: oꝛo-
nes: vigilie: ⁊ cetere coꝛpoꝛales
laboꝛes quibus moꝛtificata fit
deo acceptū ſacrificiū ex ipa. vn
Gre de Greg. in moꝛalibus. Dum
carnalis vita coꝛrigit̃ ⁊ vſq; ad
abſtinentie atq; orationis ſtu-
diū a ꝓficientibus peruenitur
quaſi in altari iā caro incendit̃
vt inde in conſpectu omnipo-
tentis dei ſacrificiū redoleat vn
de prius culpa diſplicebat.

Alij alieni mentiti ſūt
B mi. ⁊c. pš. xvij. Not.
f q nulluz maius peri-
culū ciuitati vel aciei
vacanti bello eſt q̄ inteſtina ꝓ-
ditio. Ideo ſemper cauēdū eſt
a ſimulatione proditoꝝ quia
iprouiſi magis ledūt. vñ dicit
Am. Ambro. de officijs. In caſſum
inqt ꝯtra exteriores inimicos
in cāpo bellū gerit̃ ſi intra ipſa
vrbis menia ciuis inſidiās ha
beat̃. Spūaliter. vita humana
eſt militia ſuper terram: q: con
tinue aduerſarius noſter dya-
bolus tanq̄ leo rugiens circu-
it querēs quē deuoret. opoꝛtet
ergo continue reſiſtere nos tē-
tationib⁹ ſuis ſed primo calcan
di ſunt domeſtici aduerſarij. ſ.
coꝛpoꝛales ſenſus: qui ſunt ſpi
ritus proditores. nā cū pleni⁹
infidelitatē confirmāt atq; pro
mittunt ꝯſ. ſus in his ſpūs gra
uius ſeducit̃. Ideo ſic tractan-
di ſunt atq; arctandi vt ſeruire
nō aūt ledere valeāt. Figu. Jo- Fig.
ſue. ix. vbi legim⁹ q gabaonite
audita ſtrage: quā fecerāt Jo-
ſue ⁊ populus iſrael de duabus
ciuitatib⁹ timoꝛe perterriti ſub
fraude ⁊ dolo miſerūt nuncios
ad Joſue indumētis veterib⁹
coopertos ſaccos veteres habē
tes calciamenta antiqua ⁊ fra-
cta ⁊ panes duriſſimos ⁊ i fru-
ſta quaſi ex antiquitate fractos
Hi nāq; ſimulātes per ſupꝛadi
cta. a longinquis partib⁹ miſ-
ſos dixerūt Joſue ⁊ populo de
longinqua regione venim⁹ cō-
ponere pactū vobiſcū ne occi-
datis nos nec faciatis qcq̄ ma
li: nos vero amici veſtri erimus
⁊ interrogati an habitarēt i ter
ris quas dñs daturus populo
ſe ſpopōderat. Reſpōderūt mē
tientes q nō: ⁊ tūc Joſue ⁊ po
pulus nō cōſulētes dñm pacti
ſūt cū illis: ſed dū per tres dies
ambulaſſēt filij iſrael inuenerūt
eos habitare in terris eis pro-
miſſis a dño ac fuiſſe mentitos
ſuper oīa ꝓmiſſa. ⁊ ſic volētib⁹
eos occidere filijs iſrael prohi

buit Joſue ſed condēnauit eos iſto modo. Ut habitātes in me dio filioꝝ iſrael portarēt aquaꝫ neceſſariā tam ad lauanduꝫ ꝙ̄ ad bibendū omni mltitudini. Iterum cederēt ligna ⁊ hume ris portarent qbus tota multi tudo idigeret. Spiritualr. Sa baonite interptanī valles me ſticie ⁊ bene ſignificat corpora les ſenſus in quos labunī oia feda mūdi. ſunt. n. ſentina toti⁹ vite pręſētis obiectis nāqꝫ mū di caducis ⁊ vanis ſtatiꝫ ſēſus illa ſuſcipiūt ⁊ mittūt v̄ſus ſpi ritū. que ſi per conſenſum reci piat labiī ad vallē peccati atqꝫ ad interitū laci infernalis. Hi ergo vidētes Joſue ⁊ populuꝫ iſrael. i. ſpiritum ⁊ virtutes ei⁹ ſtragē facere: de ſuggeſtionib⁹ ⁊ temptationib⁹ mundi ⁊ dia boli timent hoc idē fieri de ipis per mortificationē ⁊ afflictiōeꝫ penitentie: ⁊ ſic ſimulant ſe ꝓ cul habitare a delectationibus vite preſentis. pretendūt enim ſuos appetitus eē antiquos at qꝫ fractos ⁊ nullius valoris. ꝓ mittunt eniꝫ habitare ꝓcul ab anima nec impedire populū v̄ tutū ab ingreſſu terre ꝓmiſſio nis eterne vite. Hec igitur om nia ſpondēt ſub dolo ⁊ ꝓmitūt ſub fraude. Cōſulendū eēt tūc dominū vt audirem⁹ eū dicen tē per apoſtolum ſuum ſi ſecun dum carnem vixeritis morie mini: ſed ſpūs parcens corpo ri ſuo nimia compaſſione ſtatū iſtud inuenit poſt tertiam dieꝫ ſuo itineri obuiantem. inuenit igitur Sabaonitas. i. corpora les ſenſus poſt contritionem ⁊ cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactionem ob uios atqꝫ oppoſitos ad interci dendā viaꝫ ad patriam ſcilicet ad perſeuerantiā. Ex hoc enim apoſtolus cōquerebaī dicens. Uideo aliā legem in membris meis repugnantem legi men tis mee ⁊ captiuantē me in le ge peccati. Sed tunc fit⁹ clamor filiorum iſrael vt moriantur hi proditores q͛ clamāt ſacre ſcri pture doctores ⁊ mēbra ⁊ ſen ſus corporis noſtri mortifice mus vt ſeruiant. Et tūc Joſue i. ſpirit⁹ hanc debet ꝓferre ſen tentiam vt oculi producant la chrymas neceſſarias ad ſaluā da peccata ⁊ ad inebriandum xp̄m. Itē ꝙ membra corporis portent ſup ſe ligna crucis xp̄i quotiens neceſſariuꝫ fuerit ac cendi ignem charitatis in vno quoqꝫ bono opere quod egre dietur ab anima: ⁊ ſic poterunt tute ⁊ ſine periculo ſpiritus ⁊ v̄ tutes eius habitare cū anima. ſi vero ſic nō mortificentur ⁊ q̄ il lis placita ſunt ab eis nō aufe ranī: nequāqꝫ valebit ſpūs ſu pernā ꝓmiſſionis terrā per ꝯtē plationem intrare. vnde Ric. Ric. in libro de contēplatione. Nū

quaꝫ inquit affectus noſter ad deſiderium ſupernorum perfecte accenditur: nec intellectus ad celeſtium contemplationeꝫ acuitur: niſi cura carnis etiaꝫ in licitis ⁊ neceſſarijs frequenter ⁊ fortiter repellatur.

Ejecit eos dñ alleuarentur. pſ. lxxij. Nota ꝙ princeps expertus pluries proditionem inimicorum nunꝗ̃ dꝫ de ipſis confidere imo ſicut videt eos erigi ſtatim debet eos opprimere ac taliter proſtrare. ꝙ nullam habeant amplius nocendi facultateꝫ propterea ſcriptum eſt. de inimico tuo non confidas in eternuꝫ. Spiritualiter. Judicium rationis dicit̃ eſſe princeps in nobis: ⁊ ad ipſum ſpectat opprimere impugnationes hoſtiles: que interdum fiũt, contra animaꝫ ne dũ a mũdo ⁊ a diabolo: verum ẽt a proprijs corporalibus ſenſibus qui omni conatu ſtudent animam captiuare. Jõ potius debent comprimi ⁊ captiuari ꝙ̃ anima captiuet̃. Figura Joſue decimo. Ubi legitur ꝙ obtenta Gabaon per Joſue quinꝗ̃ reges cõgregatis exercitibꝰ ſuis ſcꝫ amoreorũ venerunt deuaſtare ipſam ſed tũc Joſue ipſos debellatos perſequutus eſt. Et facta oratione ad dominum ſtetit ſol quãdiu ꝓſtraſſet magnã hoſtiũ partẽ: deinde grãdo celitus miſſa fere oẽs occidit illos qui euaſerant gladiũ Joſue. Et tunc Joſue. v. reges captos collis eoꝝ calcatis fecit ſuſpẽdi i ligno ⁊ ſic, ſtare vſqꝫ ad veſperũ. Jnde ipſos fecit proijci in ſpeluncã ⁊ lapidibꝰ cooperiri. Spiritualiter per Joſue ſubaudi rõnis iudiciuꝫ. per. v. amoreoꝝ reges. v. ſenſus corporales qui videntes gabaõ. i. carnẽ rõni ſubiectam quã ſuaꝫ eſſe deputant congregatis ſuorum prauorũ deſideriorũ exercitibus conant̃ ipſam exterminare. i. extra ſuos terminos. ſ. ſpũs obuiam prohicere. Sed Joſue congregato exercitu domini. ſ. ieiunio: abſtinentia: tẽperantia: lachrymis contritione: ⁊c. aggredit̃. v. reges i virtute xp̃i: ⁊ non ecclipſatur diuina gratia vt pugna. i. pnia conterat magnam partem prauoꝝ deſideriorũ. Reliqua vero occidit ſupnoꝝ cõtemplatio. Nã quemadmodũ grando vermes occidit. Jta feda corporis deſideria contẽplatio diuinorum. Quinqꝫ vero reges calcatos per veram obedientiam Joſue ſuſpendit in ligno. qꝛ. v. corporis ſenſus confligit cruci xp̃i ſtigmata iponendo illis, ꝑut apoſtolus ſe feciſſe fatet̃. ⁊ hoc vſqꝫ ad veſperaꝫ mortis. poſtmodũ vero ꝺ ligno huiꝰ mũdi depoſiti

ſunt ꝓiecti in ſpeluncã.i.in fo-
neá vel ſepulchꝛuȝ vbi vſqꝫ ad
dié iudicij moꝛabunt.⁊ Joſue
i.ſpiritus ſecurus intrat cũ ex
ercitu ſuoꝝ meritoꝝ terrá pꝛo-
miſſionis vite eterne. Sic igit
debet ſpiritus ſuo iudicio coꝛpo
ris ſenſũ dñari ne ſe erigát ⁊ ni
ſi ſic ſubijciant aíaȝ ſuo pódere
Gre. necabũt. vñ Gre.i moꝛa. Nos
inquit geſtam⁹ laqueũ nrȝ no-
biſcũ. Circũferimus inimicuȝ
noſtrum.nram carné de pecca-
to natá:in peccato nutritá.coꝛ-
ruptá nimis ipſa origine. Sed
multo amplius praua ꝯſuetu-
dine ꝯuiciatam.hinc eſt ꝙ tam
acriter aduerſus ſpũm cócupi
ſcit ꝙ aſſidue murmurat ⁊ im-
patiens eſt diſcipline: qua illi-
cita ſuggerit: que nec ratiói ob
téperat nec vllo timoꝛe rubet.

Ercutient maxillã iu
D dicis iſrael. Michee.
p v. Nimis eſt grádis
audacie percutiés iu-
dicé ſuũ ac dñm ſuum ⁊ ad ma
gna ſe exponit pericula verũta-
mé tanta eſt interdũ familiari-
tas ⁊ amoꝛ inter vtrũqꝫ ꝙ reci
piés percuſſioné nequaqꝫ ꝑcu-
tiet. vt patet de puero percutié-
te matré ac de puella percutien
te pꝛém. Spũaliter.in familia
aíe dꝫ eſſe iudex ⁊ dñs ipſuȝ ra
tionis iudiciuȝ. Sia.n.tam aíe
qꝫ coꝛpoꝛis habet dirigere ⁊ iu-
dicare:ac ét punire.ſed iterdũ

in tãtũ eſt excecatũ ⁊ amoꝛe ꝓ-
pꝛie carnis ꝑuentũ ꝙ nihil d̓ ꝑ
cuſſionibus ſentit.interdũ eniȝ
ſuſcipiens letuȝ moꝛtalé pecca-
ti nó ſentit. Fig. Eſdre.ij.c.iiij.
Ubi legim⁹ ꝙ apemé filia Be
zacis cócubina regis ſedés iu-
xta regem ad dexteram auferre
bat dyadéma de capite ei⁹ ⁊ im
ponebat ſibi ⁊ palmis cedebat
regeȝ de ſiniſtra manu ⁊ oꝛe a-
perto intuebat eũ que ⁊ ſi arri-
ſerit ei arridet rex.ná ſi idigna
ta fuerit bládit ei donec recóci-
lietur. Concludit. Foꝛtis ⁊ au-
dax é que mulier que vincit re
gem. Spiritualiter. Apemen fi
lia Bezacis.i.caro filia terre ſe
det ad dexteram cum eius loc⁹
ſit ad ſiniſtraȝ eleuat dyadema
ſpiritui ⁊ ſibi iponit cũ imperiũ
qd̓ eſt rónis iudicij ſibi vſurpat
⁊ ſpiritus ſubijcitur ei percutit
regé malo deſiderio ⁊ ſpiritus
arridet ei per conſenſuȝ. Si in-
dignat non potens obtinere in
terdum illicita que cupit ſpiri-
tus illa operando que cupit re-
cóciliat:⁊ ſic miſer ſpiritus iu-
dicio ratióis depoſito multipli-
ci ſeruitute cruciat. Unde Se. Se.
epla.xij. Multi ſiqt ſuiet q ſuo
coꝛpi ſuiet h⁹ nimis amoꝛ nos
timoꝛib⁹ ingerat ſollicitudini-
b⁹ onerat ⁊ cótumelijs obijcit.

Ulier moleſta erat ado
m leſcéti. Geñ. xxxix. no. E
tantam eſſe moleſtiam

d

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL BURGOS

qua vxoꝛ virū ſtimulat cum cu
pit quicq̄ obtinere ab ipo ꝙ fe
re reperiri nō valet qui poſſit ſe
Hie. defendere. Unde ſm Hie. Ha
bet neſcio q̄d latentis veneni ca
ro femina qua ſepe prudentio
Ual. res vilius ſuperant. Un̄ Vale
rius in epiſtola. ad Ruffinum
Jupiter inquit rex terrenus q
etiā deus celoꝛuʒ ⁊ rex pre ſtre
nuitate ſingulari coꝛporis icō
parabilis mētis elegantia: poſt
europam mugire coactus eſt.
Amice. Ecce queʒ bonitas ſup
celos extulit femina brutis cō
parauit: poterit ⁊ te femina co
gere ad mugitū ſi nō es maioꝛ
Joue. Spūaliter. per feminam
ſic moleſtā ſubaudi carnem hu
manā: que die noctuq̄ſ ſpūʒ ſu
is deſiderijs tantuʒ ſollicitat vt
relicto deo ⁊ cultu ſacramētoꝛū
ſanctoꝝ illum ꝓhiſciat libere in
Fig. manu hoſtiū infernaliuʒ. Figu.
Jud. xvi. Dalida totiēs ⁊ tātuʒ
temptauit Sanſonē foꝛtiſſimū
viroꝝ ꝙ ab eo elicuit vbi vires
ei⁹ cōſiſterent. qui nimia puen
tus mulieris moleſtia dixit ei
ꝙ in. vij. crinib⁹ capitis que eo
doꝛmiente in gremio eius fecit
illi radi crines ⁊ perditis crini
bus tradidit eū in manib⁹ phi
liſtinoꝛuʒ qui ſibi erant inimici
moꝛtales. Qui ſanſon ab eiſdē
tentus excecatus eſt deinde pre
cipitio domus interijt. Spiri
tualiter. per Dalidā que interp̄
tatur paupercula ſubaudi car
nē humanaʒ. Que precunctis
moꝛtalibus creaturis in hunc
mūdū aduenietib⁹ ipſa indigē
tioꝛ ē ⁊ nudioꝛ vt patet im pri
moꝛdio eius natiuitatis: q2 cū
ctis animantibus naſcentibus
cū pꝛopꝛio indumēto ⁊ iueniē
tibus gratis eſcam ſuam ſuper
terram ipſa miſera egrediēs de
vtero matris nuda in laboꝛe ⁊
erumna cogitur ſibi acquirere
victum ⁊ veſtitum. Hec igit̄ tā
egens: tā miſera: tā pauper i tā
tum foꝛtiſſimū Sanſonē. i. ſpi
ritum quem nequaq̄ſ ſuperare
valet totus philiſtinoꝛum ideſt
demonum exercitus moleſtat:
ac etiā ſuis malis temptationi
bus ſollicitat; vt neglecto ſtu
dio pꝛopꝛie ſalutis obdoꝛmiat
in gremio coꝛpoꝛalis affectōis:
quo facto ipſa ab eodem exclu
dit ſpūs ſancti dona in quoꝛuʒ
gratia tota conſiſtit ſpiritualis
virt⁹: ⁊ ſic miſer a demonib⁹ ex
cecatus atq̄ʒ deluſus moꝛitur ⁊
damnatur moꝛte demonū. Jd
circo niſi fugiam⁹ carnis affe
ctionē anq̄ʒ nos ſic ſeducat eter
naliter moꝛiemur. Jdeo nulla
tenus eſt amanda que amato
res ſuos qui ipſam colunt vt de
um ⁊ nullatenus cupiunt ipaʒ
derelinquere ſic nouit deo pꝛo
mittente tractare. Unde Gre. Gre.

gorius tertio Moraliū. Qui iniqȝ carnem ſuam deo prepo- ſuit iudicante deo agitur vt ex ea amplius in igne cruciet̄: hic itaqȝ relinquere eam nō vult: ꝛ tamen illa abſtrahitur. Illic eam relinquere appetit: ꝛ tamen in ea propter ſupplicia reſeruatur.

5 m Mlier autem precioſā animā viri capit. prouer. vj. Nota ꝙ tanta eſt mulieris aſtutia atqȝ audacia. ꝙ cum vult quaſi impoſſibilia facit ꝛ agit: vñ Uale. ad ruf-
Ual. finū. Audax eſt inquit ad oīa q̄cunqȝ amat ꝛ odit femina ꝛ artificioſa eſt nocere cū vult. Sed ne longo ſermone te ſupēdam lege Aureolum Theophaſti ꝛ Medeam Jaſonis: ꝛ vix pauca inuenies impoſſibilia mulieri. Spūaliter: tāta eſt ſpurcitia carnis humane. ꝛ adeo in ſuis deſiderijs potens eſt inclinare ſpiritum ad eius voluptatū cōtagiū: vt quaſi nihil impoſſibile ſit ei. Ideo multos proſtrauit dyabolus illa preuia quos nūq̄ ſine ipſa vicere potuiſſet. Idcirco cuius ſpiritum non poteſt ipſa temptatiōe decipere illam ſibi ſtudet adiutricē habe-
Fig. re. Figu. iij. Reg. xxij. vbi legimus ꝙ cū Acab rex iſrael vineā Naboth appeteret ſibi vniri pro horto olerū: nec ipſā obtinere poſſet precio ab ipſo Naboth dicente quoniam paterna herereditas eius erat proiecit ſe ad lectum dolore plenus. Quem cum ſic eū aſpiceret triſtem Jezebel vxor eius inueſtigata cauſa doloris ſtatim ſcripſit epiſtolā. Ut capt᷒ Naboth adiudicaret̄ morti teſtibus falſis mediantib᷒: ꝛ ſic factū ꝛ lapidatus eſt a populo illa procurante cuius vineam poſſedit poſtmodū Acab libere. Spiritualiter. ſubaudi per Naboth liberum arbitrium iudicio rationis regulatum. per regē Acab nota diabolum qui cupit de vinea noſtra ideſt de anima nr̄a facere hortum olerū. vt ſua animalia bruta ideſt ſuggeſtiones ac temptationes nephandas ibi paſcat ac nutriat. Temptat igitur diabolus precio emere vineam noſtre anime: cum nobis promittit delectationē peccati. cui ſi per conſenſum reſpondemus iam factum anime noſtre forum: ꝛ ſic precioſam vineam quam dominus plantauit ꝛ redemit ſuo precioſo ſanguine tam viliſſimo vendimus precio. Cum vero reſpondet fidelis nequaq̄ vendā animam meam que eſt paterna hereditas ad imaginem dei conditam que eſt Chriſti co-

heres in celeſti regno. Cruciat tunc diabolus non valēs obtinere cupita. Non hȝ vnde paſcātur hoſtiles ac brutales ſuggeſtiones ſue. Conqueritur. Jezabel interrogat cauſam ſui cruciatus. Dicit enim. Ecce nō cōſentit Naboth mihi vendere vineam. renuit delectationē quaȝ ſibi ferebā in preciuȝ que redūdabat in te. Quid faciā niſi me iuues: moriar. Et tunc Jezabel que interpretatur ſterquiliniū idest humana caro collectꝗ duobus teſtibus iniquis atqȝ mendacibus ſcilicet preſumptione indiſcrete venie ⁊ ſpei longioris. Jubet lapidari rationis iudicem idest peti duritie cooperiri. Quo mortuo i peccato diabolus animā libere poſſidet carne miſera procurāte. Et ſic pȝ ꝙȝ miſera ac peſſima ac deteſtabilis ſit putrida caro humana que non obſtante nature eius enormitate fetida taȝ grauia ꝓſumit agere ꝯtra ſpiritum. hoc
Jnn. eſt quod plorat Jnno. de vilitate ꝯdictiōis humane di. Quis det oculis meis fōtē lachrymarum vt fleā miſerabilem cōdictionis humane ingreſſuȝ: culpabilē cōuerſationis ꝓgreſſū: damnabilē diſſolutionis egreſſum. Conſideremus enim cuȝ lachrymis de quo factus ſit hō qd facit hō ⁊ qd facturus ſit hō: ſane formatus eſt de terra. conceptus eſt in culpa. natus eſt ad penam. Agit praua que non licent. turpia que non decent: vana que nō expediunt. Agit praua: qbus offēdit deū: offēdit ꝓximū: offēdit ſeipſū. Agit turpia qbus polluit famaȝ: poluit conſcientiam. Agit vana quib9 negligit ſcena. Negligit vtilia: negligit neceſſaria: ſit cibus ignis qui ſemper ardet ⁊ vrit inextinguibilis. Eſca vermis qui ſemper rodit. ſemper comedit. imortalis maſſa putredinis que ſemper fetet ⁊ ſordet horribilis.

Adueniat regnū tuuȝ.

a Mat. vj. Semp hereditarie debet regnū legittimo filio. ideo ne iurgiū ſit poſt morteȝ patris cō ſueuit pater coronare añ mortē futurū regē: qꝛ tanta eſt proteruitas aliquoꝝ ꝙ ꝗtumcūqȝ nouerint nō illis regnum deberi: nihilominus per phas ⁊ nephas ſtudent illud vſurpare ⁊ ſubripere illi cui recto iure debetur. Spiritualiter. regnū hoīs atqȝ imperiuȝ debetur ſpiritui ⁊ nō corpori. Ratio eſt. qꝛ ſpūs ē filius dei per quandā ſimilitudinē. corpus vero licet ſit plaſma dei eſt tamen de limo terre. Ambo ergo fratres ſunt. ſ. ſpiritus ⁊ corpus: non eiuſdem tamen matris. i. materie. qꝛ corpus ē terra. ſpiritus vero non de terra: ſed ad ſimilitudinē dei fact9 b

eſt. Nihilominus tanta eſt aliquando ipſius corporis ambitio vt in detrimentum ſpiritus velit regnare: et ſibi regnū neque ter vſurpare. Ideo ipſius nequitie obuiādū eſt. Figura. iij. Re
Reg. gū primo. Seneſcente Dauid qui ordinauerat Salomonē ſibi ſuccedere in regnū ſurrexit Adonias filius Agid, et aſſum ptis quinquaginta viris conſequentibus dicebat. Ego regnabo. Sed tunc Berſabe mater Salomonis puenta Nathan prophete conſilio conqueſta eſt Dauid regi. q Adonias frater Salomonis vellet ſibi regnū aſcribere contra decretū regiū. Et tūc rex Dauid fec vngi Salomonē in regem et poni ſuper mulam ſuam: et ſic duci per terrā clamāte populo. Viuat rex. Spiritualiter. per Dauid ſubaudi xpm. per Salomonem filium Berſabe ſubaudi ſpiritum. Nam interpretatur puteus ſacietatis. Naz ſpiritus humanus eſt vas et pute' capax glorie in qua conſiſtit eterna ſacietas. vnde in perſona prophete loquitur in. ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Adonias filius Agid ſignificat corp' filiū terre. Agid iterptatur aduena per quem ſubaudi carnē ipam que ē aduena et extranea ab omni ſpirituali ſubſtantia. Cōgregatiſ igitur quinquaginta viris idest quinque ſenſibus corporis pugnātib' cōtra decē pcepta decalogi nitit ſup ſpūm abuſiue regnare et contra decretum xpi quo dicitur. Si ſz carnē vixeritis moriemini. Sed tunc Berſabe. i. celeſtiū ptemplatio Salomonem ducit ad xpm. qui euz vngit gratia qua ſuperat et vincit corpus: et aſcēdente Salomone. i. ſpiritu ſup equū regis. i. paſſionē xpi vl crucē p meditatōēz clamāt oēs vires anime. viuat ſpiritus. depoſitis appetitib' ſenſitiuis corpus efficitur ſpiritui ſubditū atque obediens. Igitur patet q corpus nimis impinguatū ſpiritum nititur ſupplantare. Jō obuiandum eſt ei oportunis remedijs. vnde Orig. ſuper leui. Ori. omel. viij. Neſcitis ſi corp' vel carnem nutriatis et ipſum frequenti molitie ac iugi dlitiarū fluxu foueatis inſoleſcet neceſſario aduerſus ſpūm et fortior illo efficitur. q ſi fiat ſine dubio inditionem ſuam redactū ſpiritū cogit ſuis legibus et vitijs ſeruire. Si vero ad ecclīaz frequēter venias aurē litteris diuinis admoueas: explanationē mādatoꝝ celeſtiū capias. ſic cibis et delitijs caro. Ita ſpirit' vbis dinis pualeſcit: et robuſtior effect' carnē ſibi paere cogit
vt ſuis legib' obſequi.
n On creſcat qꝛ aſcēdiſti

cubile pr̄is tui. Gene. xlix. Nō fuit aliquo tp̄e cōceſſum vt poſſet nec deberet filius aſſumere vxorē vel cōcubinā patris. Jō ꝯ facientibus ſemper inſtabat vindicta ſicut de Ruben primogenito Jacob. q ex hoc a patre antecedēti bn̄dictiōe ꝓuato pȝ. Spūaliter. corpus noſtrū hāc voluit ſeruare regulā. Jō debet
Fig. legis pena puniri. Figura. iij. Reg. ij. poſtq̄ȝ Adonias repreſſus ē atq̄ȝ coactus regnum fratri ſuo Salomoni dimittere ordinante Dauit patre ſuo conatuſ ē arripere Abiſaac ſunamitem cōcubinam patris ſui Dauid. lȝ Dauid nō cognouiſſȝ eā Et tūc Salomon rex indignatus ſuper ſcelus fratris ſui miſſo banata fecit Adoniā interfici. Spūaliter. per Adoniā qui ꝯ fratrē ſuuȝ ſattagebat regnare ſubaudi corp⁹ quod ſepe aduerſus ſpūm enormiter cōcupiſcit. per hanc cōcubinam ſubaudi ſenſualitatem. ⁊ omniū ſenſuum potentiam. Jgitur h̄ dormiuit cū patre noſtro xp̄o quia ipſe fuit verus hō habens ſenſualitatē ⁊ omnium ſenſuuȝ potentiam: hanc tamen nunq̄ȝ cognouit pro aliqua voluptate,: qm̄ nec viſus vana nec audit⁹ turpia nec odoratus icongrua nec manus inhoneſta percepit nec os locutuȝ ē dolum nec ei⁹ glorioſiſſimū ac ſanctiſſimum corpus vnq̄ȝ coinquinari valuit. Vult ergo Adonias ſtatum patris. i. aiam maculare cupiens carnis delectamēta ac voluptates exercere quibus nunq̄ȝ vſus eſt pater. ¶ Mittit Salomon Banaiaȝ qui interpretat̄ reſponſio eiuſ ⁊ bene d̄notat punitionē debitam qua reſpōdet̄ fatuo corpori ſm̄ eius fatuitatem. Occidit̄ ergo ꝑ mortificationē membrorum quo facto Salomon. i. ſpūs regnat in pace: vt victor ⁊ fortis pugnator: hac ergo fortitudine vt endū ē ſi cupimus ꝯ carnis vicia triūphare ⁊ laudari de vera fortitudine vn̄ Grego. viij. moral. Juſtorū Gre. fortitudo ē carnem vincere ⁊ ꝓ prijs voluptatibus ꝯhire. delectationem vite preſentis extinguere. huius mundi aſpera ꝓ eternis penis penſare vel amare proſperitatis blandimenta contemnere aduerſitatis metū in corde ſuperare.

O Mnia ſubiecīſti ſub pedibus ei⁹. pſ. viij. J Nō ſolum ſunt homini nociua aialia multa ex ꝓpagatione naſcentia in terra. ſed ēt q̄dā ex terre putredine vel putrefactione progenita. vt ſcorpiones ⁊ q̄plures vermes continentes venenum veruȝ q: homo ſuperat omnia aſtutia ⁊ ingenio. Jō facile omnia mala ꝑcauet. Spūalr. tot

ſunt ſuggeſtiones ⁊ tẽptatiões
dyaboli que naſcuntur in car/
ne noſtra terrea: nõ ſolũ ex ꝓ/
pagatione dyaboli ⁊ mũdi: ſed
etiam ex putredine ⁊ infectiõe
ipſius carnis infeſtãtes ⁊ ꝯcu/
piſcẽtes aduerſus ſpũm: ꝙ ſta
tim ipſe ſpũs infectus ſubcum
beret niſi qꝛ dñs ſubiecit oĩa
ſub pedibus eius per liberum
arbitrium rationis lumine re/
Fig. gulatuꝫ. Figu. Geñ. primo. vbi
dominus ait: producat terra q̃
drupedia ⁊ beſtias ſm gen⁹ ſu/
um ⁊ factum eſt ita. Et poſtmo
dum ſub hominis dominio il/
la cõſtituit vt dominet illis ⁊c̃.
Spiritualiter. ſubaudi per ter
ram humanam carnẽ infectaꝫ
peccato primorum parentum
ꝓ cuius pena permiſſa ẽ geni/
tricem eẽ multaꝫ brutaliũ cul/
parum. germinat. n. ex ſui cor
ruptione q̃ꝫplures cõcupiſcen/
tias fedas ẽꝫ preter illas q̃ dia
bolo ſuggerẽte ⁊ mũdo premi/
niſtrante ſerpentina ⁊ feralia
contagia producuntur in ipſa.
ſed ſub hominis poteſtate ẽ illa
reſpuere atqꝫ vitare. imo ſi ve/
lit homo viriliter dominari vt
rectus iudicat ordo iuris illa
omnia reperiet ad iuuamen.
Nam omnia que fecit deus bo
na ſunt ſi homo illis bene vtat
ꝓ eo ꝙ facta ſunt ⁊ queadmo/
dum facta ſunt. ⁊ eorum adiu/
torio põt homo peruenire ad de
um. vnde Augu. in li. Solilo: Aug
Omnia inquit ſubiecisti ſub pe
dibus hominis vt ſolus homo
tibi ſubijceretur: ⁊ vt tuus eſſet
totus homo ſup omnia tua do
minat⁹ eſt homo. Exteriora nẽ
pe cũcta pro corpore creaſti. ip
ſum vero corpus pro aia. aiam
vero pro te vt tibi ſoli vacaret
vt te ſoluꝫ amaret poſſidens te
ad ſolatiuꝫ. Inferiora vero om
nia ad ſeruitium. Si igit vta/
mur his omnibus neduꝫ nos
ledent: ſed iuuabunt ad ſalutẽ.

E cadaueribus corũ
d aſcendit fetor. Iſay. R
xxxiiij. Alique enim
aues ſunt adeo dili/
gẽtes cadauera ꝙ percepto fe
tore per eius veſtigium deuenĩe
tes ad cadauer obliuiſcũtur lo
ci vbi fuerant educate. Jõ reli/
cto illo nidificant ⁊ pulificant
iuxta cadauera. Ideo ſemper
iuxta patibula corui reperiũt.
Nã ſũme coru⁹ cadauer diligit
vt poſſit eo veſci. Spũalr. carna
les hoies i tñ diligũt corpis de
lectamẽta vt ſp eãt poſt veſtigiũ
ꝯcupiſcẽtie fede quouſqꝫ ꝑueni
unt ad actũ peti. Et tũc regiõis
ꝑnie obliti regeꝫ ⁊ gĺiaꝫ ſuã at/
qꝫ felicitatẽ totã ponũt i corpe
collẽtes illud vt deũ. Fig. Geñ. Fig.
viij. Coru⁹ exijt d̃ archa ⁊ inuẽ
to cadauere ibi mãſit nec ãpli⁹
ẽ ad archã ꝯuerſus. ſpũalr. cor
uuſ q ſp ꝓcraſtiat ſignificat car

nalem hominem nolens cada
uer relinquere quouſqꝫ ſint ibi
carnes: q: hō lubricus ab effe-
ctione nō vult deſiſtere quouſqꝫ
caro viuat. Craſtinat enim de
die in diē penitētiam nec redi-
re cupit ad electoꝝ ſocietatem
inuēta deteſtanda putredine i
quā īfelix enormiter ſe ſubmer
git qm̄ nihil eſt in preſenti vita
horribilius humano corpore.
Au. Augu. i lib. Soliloquiorū. c.
ij. Ego cadauer putridum eſca
vermiū. vas fetidū. cibus igni-
ū. abiſſus tenebroſa. terra mi
ſera. vas aptum ad ꝯtumeliā
genitus in imunditia. viuēs in
miſeria. moriens in anguſtia.
Heu miſer qd ſum ego ꝛ quid
futurus ſuꝫ. vas ſterquilinij. cō
cha putredinis. plenus fetore
ꝛ abhominatione cecus. pauꝑ.
miſer. ꝛ miſerabilis.
R. S Jcut onus graue gra
uate ſunt ſuꝑ me. pſ.
xxxvij. vulgo dicitꝛ qꝛ
res nō pōt bene eque
cognoſci ſicut per oppoſitū ei⁹.
Nūqꝫ ſcit hō qꝫ precioſa res ſit
ſanitas niſi qñ infirmatꝛ ꝛ ſic in
alijs bonis. Et hoc apparet in
rectoribus terre in qbus ſepe
vulgus mutationē deſiderat q̄
interdū in eius redūdat malū
ſicut fabuloſe dicitur de ranis
q̄ renuentes trabem receperūt
ſerpentē eas deuorantē. Spi-
ritualr. nūqꝫ hō cognoſcit vali
tudinē diuine gratie niſi cuꝫ il
la priuatus cadit i ſeruitutem
peccati. Primo nāqꝫ liber erat
ſub lege placida ꝛ ſuaui. Poſt
modū vero illā faſtidiens cadit
i tyrānicam ſeruitutē. Figura. Fig.
Exo. i. Quādiu vixit Pharao
q cognoſcebat Joſeph popul⁹
iſrael liber fuit i egypto in om-
ni ſua ꝯditione. Sꝫ eo mortuo
ſurrexit alius Pharao q igno
rabat Joſeph q populū ꝑ egy-
ptum diſperſit ad colligendas
paleas ꝛ multiplici tribulatiōe
afflixit. Spūaliter. Pharao q
cognoſcit Joſeph ē iudiciū ra-
tionis q cognoſcit chriſtuꝫ qꝫ-
diu igitur iſte Pharao regnat
i hoīe populus tuus. i. virtutes
anime ꝛ ſenſus corporales ſunt
ſue libertatis. ſꝫ hoc rege mor-
tuo per peccatū ſurgit alius rex
ideſt ſenſitiuus appetitus qui
xp̄m penitus ignorat eo qꝛ dia
bolica poteſtate fouetur. Ideo
populus diuerſis onerib⁹ gra-
uatur. Tren. primo. Vigilauit
iugū iniquitatū mearum i ma-
nu ei⁹ cōuolute ꝛ impoſite ſunt
collo meo. infirmata eſt virtus
mea. dedit me dominus in ma-
nu de qua non potero ſurgere.
Diſpergitur ergo populus per
egyptum quia tam anime vi-
res qꝫ ſenſus corporis ad di-
uerſa atqꝫ grauia ſeruitia diſper
guntur: ad que ipſe appetitus
diuerſa appetendo vicia iubet

per prauum exercitiuz diſper‑
Au. gi. Jõ Augu. iiij. li. de ciuitate
dei. Malus inquit non ſolum
vnius hominis ſed ꝙ prius eſt
tot dominorum quot viciorũ
eſt ſeruus.

M. Rit ꝓ ſuaue odoꝛ fe
tor. Jſa. iij. Jn oib⁹
ſẽſib⁹ cõtigit aliqñ er
roꝛ ex potẽtie ifectõe
Nã vt dr̃ oculis egris odioſa ẽ
lux q̃ puris ẽ amabilis. Jta pt
dici ⁊ verũ ẽ ꝙ infectis naribus
odoꝛ diſplicet ⁊ fetoꝛ plz. Spi‑
ritualiter. ex ꝯformitate q̃ con
federantur peccatores diabolo
bona opa illis fetẽt: ⁊ turpia at
ꝗ enormia placent. Jõ ſi qs ta
les velit ad pniam reuocare di
ſplicet q̃ſi ſi quis eis pbeat feti‑
Fig. da atꝗ turpia odorãda. Figu.
Exo. v. Cũ Moyſeſ ex pcepto
dei vellet populũ de egyptiaca
ſeruitute liberare vel educere
videns populus Pharaonem
iratum ceperunt clamare ſuper
Moyſẽ ⁊ dicere: fetere feciſti
odorẽ nr̃m corã Pharaone ex
quo locutus es de noſtro exitu
egyptij. permittebat. n. nos co‑
medere carnes cepe ⁊ alea. Nũc
aũt poſtꝗ̃ cepiſti tractare hoc af
flixit nos duriſſime. Spiritua
liter. ꝗ̃diu populus peccatorũ
ẽ in peccati tenebris exercens
ꝓprias voluptates carnis ⁊ p‑
manet i fetore aleoꝝ ⁊ cepe libi
dinis. Pharao. i. diabolus in

de ſuſcipit magnum ſuauitaꝭ
odorem: dimittit eos ſic ſorde‑
ſcere velut ſues in volutabro.
⁊ miſer peccatoꝛ oculos hũs in
fectos non percipit vbi manet.
Nares hʒ ⁊ nõ odorat. cũ vero
Moyſes. i. diuini verbi predi
catoꝛ hunc populũ nitit ab hu
iuſmodi fetore educere: ſtatim
furit Pharao ⁊ verba oppreſ‑
ſionis conat populum detinere
armat ſe ſtatim vt obuiet pnie
ne pdat quos poſſidet. Grego. Gre.
xxiiij. mora. hoſtis noſter ꝗ̃to
magis ſibi nos rebellare cõſpi‑
cit: tanto magis expugnare cõ
tendit. eos. n. debellare negli‑
git quos qeto iure ſe poſſidere
ſentit. ſed cũ ſic carnales homi
nes vocati ad penitentiã ſe pul
ſari ſentiunt memores quietis
preterite ꝗ̃ in ſordibus pecca‑
ti habebant non valentes: imo
non volentes pro ſalute eorum
quicꝗ̃ ſuſtinere laboris clamãt
ꝯ Moyſen. i. ꝯ predicatorez: ꝯ
confeſſorẽ: ꝯ cõſiliatorẽ eis bõa
facere ſuadẽtem. imo clamãt: ꝯ
xp̃m eoꝝ ſalutem querentẽ fe‑
tere feciſti odorẽ noſtrum. qe‑
ſcebamus in voluptatibus no‑
ſtris. diabolus vero non mole‑
ſtabat nos. Nunc autem angit
ieiunium. conturbant vigilie.
frangunt oratiões: attediãt p‑
dicationes. vrgent nos diaboli
ce ſuggeſtiões. Quid faciem⁹?
melius ẽ ſtare i egypto peccati

q̃ tanta pati aduerſa. O imp-fecta potentia. O ceci ⁊ ſine lumine in tenebris ambulantes vhe vobis ponētes lucem tenebras ⁊ pro tenebris lucē ſumētes Aug. in ſoliloquio. vhe domine caligantibus oculis qui te videre nō pñt. vhe auertentibus oculos vt non videant veritatē. Nequeunt eniꝫ oculi tenebris aſſuetis ſumme veritatis radios intueri: nec ſciūt de lumine aliquid eſtimare quoꝝ eſt in tenebris habitatio. Tenebras vidēt: tenebras approbāt. Tenebras diligunt: d̄ tenebris eūtes in tenebras neſciunt vbi corruāt: miſeri neſciunt quod amittant qm̄ cadunt apertis oculis: ⁊ deſcendunt in infernuꝫ viuentes.

Au.

¶ De corpore chriſti.

A p Anis cor hominis cō firmet. ps. ciij. Inter omnes cibos panis ē viatoribus vtilis qa bene nutrit ⁊ nō grauat ⁊ bñ digeritur. Spiritualiter. nos ſumus magni itineris viatores. Nā via noſtra includit duob⁹ terminis multū diſtantibus. ſ. terra ⁊ celo. Ideo indigemus refectione bene nutriente. Nulla igit̄ talis poteſt eſſe qualis ē corporis dñi nr̄i ieſu xp̄i. Ioā. vj. Si qs mādueauerit ex hoc pane viuet in eternū. Alia eniꝫ cibaria grauāt. Iſte aūt panis adeo ꝯfirmat viatores vt repulſis cūctis periculis incolumē ꝑducat ad patriam. Figura. iij. Reg. xix. Helyas fugiens familiā Iezabel a qua iuſſus erat occidi ſicut ceteri prophete pre magna laſſitudine ſub arbore. Iuniperi obdormiuit. ⁊ ecce angelus excitauit a ſomno dicēs. Surge comede. grandis eniꝫ tibi reſtat via: ⁊ excitatus Helias reſpexit ad caput eius ſub cineritiū paneꝫ: qui comedit ⁊ bibit aquā ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. dieb⁹. ⁊ xl. noctibus vſq; ad montē dei vbi ipſe de⁹ ſibi apparuit. Spiritualiter. dū iuſt⁹ fugiēs mortem culpe que oēs nititur occidere iacet aliqñ ꝓſtrat⁹ ex fragilitate ſub aculeis ꝑñtis vite qui bene per vmbrā iuniperi pūgentis ſignātur. Ibi. n. ſi multo tp̄e moraretur a familia culpe percuſſus periret. debet igit̄ inde ſurgere a diuini verbi ꝑdicatore excitat⁹ qui oñdit panē refectionis, quē ſi cū aqua lachrymaꝝ aſſumat d̄uote viā hāc grādē ſecurus ambulans ꝑueniet eterne beatitudinis ad montē in quo bñplacitū eſt deo habitare cū ſuis ſanctis electis. ⁊ vbi ipſe celeſtis panis cūctos reficit eterna viſiōe. hūc eſuriēs beat⁹ Anſelmus fatigatus itinere vite ꝑſentis humilis petebat in ſuis meditationib⁹ dicēs. Ecce ami

Fig.

mus me⁹ fatigatus veniens de via cogitationũ ab ipſis p̲ quaſ tranſierat vanitatib⁹ per multa diuiſus periculoſã patitur eſu-riem. Nõ habeo qd ponã añ il-lum pauper ſum ⁊ egenus. O diues oium bonoꝝ ⁊ dapũ ſup̲ne ſocietatis: oppulẽtiſſime lar gitor deus. da lapſo cibũ: colli ge diſpſum. libera captiuũ. rein tegra ſciſum. en ſtat ad hoſtiũ ⁊ pulſat obſecro per viſcera mi ſericordie tue quibus viſitaſti nos oriens ex alto. Iube pulſã ti miſero aperiri. vt liberis greſ ſib⁹ ingrediaꝛ ad te: ⁊ regeſcat i te: ⁊ reficiaꝛ de te celeſti pane.

Fig. B a

Nteqȝ comedã ſuſpiro. Iob. iij. Dicũt auctoreſ medicine q̄ ponẽ in ſto machũ cibũ idigeſtũ ſup̲ idige ſtũ ẽ diminutio vite. Vñ p̲uſqȝ ſcd̃ȝ cibũ ſumat p̲m⁹ dȝ digeri. vt ſtomach⁹ expedit⁹ a p̲mo lib poſſit itẽdẽ ſup̲ ſcd̃ȝ. Spũalr. ci b⁹ iſte bñdict⁹ i ſtomacho aie ñ ẽ ponẽdus niſi p̲ pniaȝ digeſta ſit ois p̲oꝛ culpa. Nulla. n. dȝ i aia remanẽ vite pñtis affectio

Fig. vbi dȝ põi toti⁹ mũdi pfectõ. Fi. iiij. re. xxiij. Ioſias noluit q̄ fi erẽt phaſe niſi pri⁹ iudea pur-gareꝛ ab ydolatria purgata vo

Ai cepit fieri phaſe. ⁊ nota q̄ pha-ſe erat feſtũ eſus agni i ꝯmemo ratiõe exit⁹ egypti. Spũalr p̲ci pit dñs pri⁹ purgari aiaȝ p̲ ꝯfeſ ſionẽ ab oi terrena cupiditate q̄ ẽ ydoloꝝ ſuit⁹ ⁊ poſtmodũ fa cẽ phaſe. i. ſumẽ agnũ imacula tũ. i. corp⁹ dñicũ cui⁹ paſſiõe li-berati ſuim⁹ ab egypto iferni. Comedebaꝛ. n. agn⁹ ille cũ la-ctucis agreſtib⁹ ⁊ nos ſp̲ illũ de bem⁹ ſumẽ cũ lachrymaꝝ ama-ritudie: memores exñtes ama ritudinis ⁊ penaꝝ q̄s p̲ nobis ẽ paſſus. Vñ Tren. iij. exhortaꝛ nos dñs dicẽs. Recordare trãſ greſſiõis mee abſinthij ⁊ fellis. Sic igiꝛ prius purganda ẽ cõ-ſcientia ne multiplicata iuenia tur cibo extraneo ⁊ inducatur mortalis infirmitas. Vñ Criſ. Criſ. Omel. v. ſuper Mat. Corpora lis inquit cibus cũ ventrem in uenit a diuerſis humorib⁹ occu patũ amplius ledit magis no cet ⁊ nullũ pſtat auxiliũ. Ita ⁊ ille ſpũalis cib⁹ ſi aliquẽ repe-rit malignitate polutũ eũ mag] pdet ñ ſua nã ſȝ recipiẽtis vicio

Or vidue ꝯſolatus ſuȝ. c Iob. xxix. Maior eſt C elẏa que fit vidue q̄ȝ que ſit nupte. ⁊ quanto maior eſt re cipiẽtis indigẽtia: tãto ampli⁹ eſt dãtis gratior elẏa. Iõ de⁹ ſũ me miſicors pr̄ dr̄ orphanorũ iudex viduaꝝ. ps. Pupillũ ⁊ vi duã ſuſcipiet. Spũaliter. pecca trix aia dr̄ vidua q: ex culpa p̲ didit viꝝ ſuũ. ~~.i. liberũ arbitrium quo erat fecũda. ſȝ eo pdito om nib⁹ bonis remanet dſtituta.~~ co giꝛ. n. mẽdicaꝛ ac mẽdice viue

re nec hoc retinere debet meliꝰ
eſt mendicare q̄ȝ mori. Mēdi-
cat.n.aia peccatrix cū in pecca
to exiſtens ſuſpirat audit̄ ver-
bum dei: ⁊ ꝓ tanto mendice re-
cipit q2 apta nō eſt illud ſuſce-
ptum opere ꝑficere. Nā ſi apta
eſſet illud exequi grandē ide re
ciperet mercedē q2 foret beata.
Luc.xj. Beati q audiunt ver-
bum dei ⁊ cuſtodiūt illud. Ni-
hilominus poſt verba predica
toris vadēs aliquod ꝑcipit nu
trimentuȝ: quouſq3 miſericors
deus de plenitudine ſue gratie
Fig. ipſam reuocat ad ſalutē. Figu.
Ruth.ij.⁊.iij. vbi legimꝰ ꝙ ipſa
Ruth vidua excitata a Noe-
mi ſocru ſua ibat ad agrū Bo
oȝ colligens ſpicas poſt terga
metentium quā cū vidiſſet Bo
oȝ cōpaſſione motus illiꝰ pau-
pertatis confortauit eam di.
Nequaquam timeas collige-
re ſpicas in agro meo. nec ali
bi ſpicas collectura accedas tā
tū in agro meo collige. ⁊ cū ho
ra veſcendi fuerit cū meſſoribꝰ
meis comede tingens bucellā
tuā in aceto cum illis. Tandeȝ
cū appropinquo ſuo iure here
ditario renueret recepit eam
Booȝ i ſpōſā. Spūalr. Booȝ
interꝑtatur fortitudo ⁊ denotat
xp̄ȝ. ps.vij. Tu potēs es ⁊ qs re
ſiſtet tibi. per Ruth. q̄ interpre
tat̄ defectio ſubaudi peccatriceȝ
aiam cū oia bona vt dictū ē de
ficiunt. habet tn̄ aliam interpre
tationē q2 dicit̄ feſtinās q̄ mul
tū in peccatrice aia' requiritur
⁊ eſt vtilis. Socrus nāq3 iſtius
eſt ꝯſciētie ifeſtatio. Excitat.n.
cōſciencia ire aiam ad agꝝ ſan-
cte ſcripture vt audiat ꝑdicato
res pandētes ⁊ nunciātes viaȝ
venie ⁊ miſericordie. Hi.n.ſūt
meſſores agri dominici quibus
dn̄s precipit vt ſpicas multas
tribuant quas poſſint peccato-
res colligere. Tandē peccatri-
ci aie ſuadet per bonas inſpira
tiones vt illas colligat.i. vt bo-
na verba illa audiat opere ꝯple
at. vt cum venerit hora ſumēdi
cibū ſacramenti corporis eius
illa poſſit ſumere cuȝ miniſtris
altaris. Sȝ aduerte q2 dicit vt i
tingat bucellā in aceto. vbi no.
ꝙ omne bonū ꝙ agimꝰ aut qđ
agere valemus adeo eſt modi-
cū ex parte facientis ꝙ nō niſi
bucella.i.minima res vocari po
teſt. Igitur ne ex noſtris mini-
mis que agimus bōis gl̄iemur
inaniter dicit dn̄s vt illā intin-
gamꝰ in aceto paſſionis ſue vt
illi nr̄a bona minima cōparan
tes cognoſcamꝰ nos inutiles ꝑ-
uos eſſe ⁊ dicamus cū Job. Si
voluero me iuſtificare nō pote-
ro ei reſpondere vnū de mille.
deinde ipſe xp̄s de virtute i vir-
tutē aiam ipſam deducēs aſſu-
mit ipaȝ ſponſam que ſic prius
fuerat derelicta ⁊ vnitur xp̄oi

hoc ſacramẽto qđ nõ mutaṫ in nos ſicut cibus carnis noſtre:ꝫ nos ipſi mutamur in deū. vnde
Ber. Ber. in quodā ſermone. O ſacrū ꝛ nobile cōuiuium ſacṙꝫ ſacramẽtoꝝ. ſctū ſanctoꝝ. amoꝛ amoꝝ. Dulcoꝛ dulcoꝝ: vere hec ſunt feſta paſchalia in quibus adeſt pater filius ꝛ ſpirituſſanctus in quibus fit vna caro ſpōſa cū ſponſo: aīa ſancta cū xp̄o.

E petra melle ſaturauit eos. ps. lxxx. Dic̄ phus ꝙ itellect⁹ hoīs nūꝗꝫ qeſcit donec reſoluat effectus in cauſa s: verūtamē aliqui effectus ita ſupercedūt vires humani intellectuſ ꝙ nullatenus poſſet naturaliter cauſas ſcire. Et tunc regula philoſophi locū in his non hꝫ. Nō poſſumus in his cognoſcere niſi q꞉ cū ꝓpter qđ in natura repiri ñ poſſit. Tē. n. oꝫ diſcē tē credeṙ pꝛio poſterioꝝ ꝛ nō altioꝛa ſe qreṙ ſi erraṙ ñ cupit. ſpiritualiter. inter alia ſacramēta nullum altius ꝛ ſupergredienſ humanum intellectuꝫ reperiṫ ſacṙo coꝛpoꝛis xp̄i. vnde nō poteſt naturaliṫ cā adduci. Quis enim oſtēdit ad opus nature ꝑtinere ad verba illa xp̄i oꝛe ſacerdotis ꝓlata cōuerſionē fieri panis i coꝛp⁹ verum xp̄i? certe nullius artificis ꝛ dñij hoc ē facere. Illius. n. eſt qui omnium artifex: oium hn̄s virtutē: oiuꝫ hn̄s ſciam: qui eduxit mel đ petra: oleumꝗꝫ đ ſaxo duriſſimo. Ideo ſola fide talia inueſtiganda ſunt rōne captiuata humana: ꝛ ſic inueniem⁹ ac perueniemus ad viſionē certaꝫ. Figura
Fig. iudi. xiiij. vbi legimus ꝙ Sanſon inuento melle in oꝛe leoniſ quē occiderat per dies ante fecit ꝓblema quod philiſteis ꝓpoſuit in hac foꝛma de comedēte exiuit cibus: ꝛ de foꝛti egreſſa eſt dulcedo. ſpondens ſoluere ſcientibus iſra. vij. dies. xxx mutatoꝛia veſtimenta. Alioqn neſcientes illi totidē darēt. laboꝛātes igitur philiſtei circa expoſitionē pꝛoblemmatis nec̄ꝗꝫ poterāt illđ exponere. ꝛ tūc iuerunt ad vxoꝛeꝫ Sanſonis que nimis īfeſta veritatē didicit: retulitꝗꝫ philiſteis quid erat qui dixerūt Sanſoni. quid dulci⁹ melle ꝛ quid foꝛtius leone? Et percipiēs Sanſon hoc didiciſſe illos ab vxore ait. Araſtis in vitula mea. Nequaꝗꝫ hoc ſciuiſſetis niſi hoc illa indicaſſet vobis ꝛ dedit illi ꝓmiſſa. Sp̄ūaliter. miſericoꝛdia dei occidit ſeueritatē leoninā ire dei quaꝫ ex peccato merueram⁹. ꝛ aſcēdēs apis argumētoſa. i. virgo maria ad pꝛatū diuine maieſtatis poꝛtata videlicet duab⁹ alis. ſ. v̄ginitate ꝛ humilitate accepit filij dei dulcedinē. ſ. qñ ſp̄ūſctō obūbꝛata v̄bū caro factū eſt in

ipſa qua refectione ſuſtẽtamur vita ſpirituali. Proponit igit̃ humano populo illud problen ma. Quicũq; ꝯfitebit̃ ſacr̃m altaris verũ eẽ corpus xp̃i ꝛ plena fide illud manducabit habebit. xxx. ꝛc. ſ'mo. per has tres d̃ cẽnas: tres viſiões in patria. ſ. videre deum i creaturis: videre eum in nobis: videre in ſeipſo ſicut ẽ. Conceditur tp̃s. vij. dier pro ſolutione ꝓblematis quia datur tempus preſentis vite q̃ vij. diebus voluitur ad cõfitendum tale ſacramẽtum: querũt philiſtei. i. philoſophi per. vij. liberales artes: nec hoc poſſũt inueſtigare. ſ; ſpõſa aperte dic̃. Quid fortius leone? Et qd dulcius melle. Spõſa iſta ẽ eccliã cui per ſacram ſcripturã totu; xp̃s reuellauit. ſi vadis ad ip̃a; audies eam dicentẽ. Quid fortius ira dei? q̃ totum genus humanũ damnauerat. ꝛ qd dulcius xp̃o q ſe i preciũ noſtre redẽptionis obtulit. humano vero ingenio nõ erit poſſibile illd
Ma. intelligere. vñ Maximus in quodam ſermone. Enarrari inquit non poteſt. credi vero põt ſi lingua d̃ficit fides ſuffic̃. magnus profectus eſt fidei cũ tantum de deo ſuo poteſt concipere q̃ʒtũ ſmo nõ põt explicare.

Qui manducat me vi
q uet propter me. Joã.
vj. No. cibum eẽ neceſſarium vite humane conſeruande. cuius rõ ẽ. q: ſemper calore naturali agẽte in humidũ radicale fit cõtinua deperditio. Ideo niſi cibus reſtauratiuus aſſumeret̃: cito homo eẽt ꝯſumptus: q: tñ aſſumptuſ cibus nõ eſt tante cõformitatis ꝙ poſſit ad plenũ reſtaurari deperdit̃. Ideo homo antiquatur ꝛ moritur: vt ſolet poni exemplu; d vaſe pleno vino ꝛ aque aditiõe ꝙ totiens põt fieri ꝙ pura aq̃ i vaſe remanet. Spũaliter. pc̃m eſt inatu; ꝛ cõiunctũ homini ꝓpter corruptionẽ nãe quo ſemper fit gr̃e deperditio. Jõ indigemus cibo ſpũali ꝓ huius deperditi reſtauratõe. Talis cibꝰ ẽ ſacr̃m corporis xp̃i q prebet aie noſtre vitã: verũtñ differentia ẽ iter nutrimẽtũ huiuſ ſpũalis cibi ꝛ corpaliſ q: cibꝰ corpal vt dictũ eſt non eſt tante puritatis vt ſufficiat ad reſtaurãdum plene perditum: ſed iſte cibus ſacramẽtalis plus reſtaurat de gr̃a q̃; culpa poſſit ꝯſumẽ. iõ illos a qbus deuote ſumit̃ facit i mortales. Fig. Geñ. ij. Lignũ Fig
vite erat i medio padiſi. ꝓ cuꝰ eſu potuiſſent pmi parẽtes non mori pp ꝯformitatẽ illꝰ. Iſte tñ cibꝰ ẽt illd lignũ ſupat i nutriũito. q: illd ꝯuertebat̃ i ſba; ꝛ carnẽ humanã ꝛ reſtaurabat illd ꝙ erat ꝯſumptũ. ſ; iſte ſanctiſſimꝰ cibꝰ aia; ꝯuertit ad deũ

Aug. q ē oiuz viuētiuz vera vita. Augu. i li. cōfeſſionuz. Nec tu mutabis me i te ſicut cibuz carnis tue: ſ3 tu mutaberis in me. creſce ꝛ manducabis me.

Manducauerunt ꝛ ſaturati ſūt. pſ. lxxvij. Videm⁹ ꝙ appetit⁹ hoiuz ſunt diuerſi ꝓut reperif in viribus digeſtiuis diuerſitas. nā qdā adeo hñt calorē nālez accenſum ꝙ ſtatī3 digerunt ſumptū cibū. hi. n. ſepe comedere indigent. Alij vero melius digerūt rari⁹ comedendo qm̄ magis remiſſuz hñt calorē: ꝛ ſi nimis frequēter comederēt faſtidirēt. Spūaliter. diuerſe ſunt aiaꝝ diſpoſitiões. qdā. n. adeo feruēt charitatꝭ amore erga ſacr3 illō: ꝙ ſi oi die recipiūt bonū ide ſaluꝭ nutrimētū recipiūt. Aliqbus. n. tāta eſt timoris reuerentia ꝙ nō preſumūt illō recipeꝭ niſi raro vtraꝗ3 tū rōnabilis cā eſt ꝛ bōa. Figurā vtriuſꝗ3 hēmus i euangelio. Ille nāꝗ3 q dixit domino. Mat. viij. Dñe nō ſum dign⁹ ꝛc. Laudatus ē a dño ꝙ nō inueniſſet tantam fidē in iſrael. Zache⁹ āt q recepit letāi ac gratāter dñ3 i domo ſua. Luc. xix. a dño bñdict⁹ ē. Unde ait dñs. Salus huic domui hodie facta ē: expoſitio clara eſt. Augu. ad ianuariū. li. p̄io. Ille nāꝗ3 nō audet honorando ſumere ꝛ ille nō audet honorādo vllū diē p̄terire. ꝯtēptū ſolū n̄ vult cib⁹ iſte

El inueniſti comede qd̄ ſufficit ꝓuer. xxv. homo poſt certaminiſ laſſitudinem inuento cibo delectabili cū magna auiditate ſumit ꝛ quātūcūꝗ3 modicum ſit reficiꝭ multū ꝛ viuificatur. Spūalr. nos ſumus i agone cōtinuo aduerſus hoſtes noſtros malignos. Idcirco poſt laſſitudinē certaminis interdū reficeremus in viribus anime ſpiritualib⁹ niſi ſpūali cibo dominici ſacri ſumpto viuificaremur. Figu. i. Reg. xiiij. Cū Ionathas quaſi tota die pugnaſſet ꝯ philiſteos fere pre laſſitudine nō videbat. inuēto autem melle atꝗ3 guſtato refocillat⁹ ē. ſpūalr. p ionathā q iterp̄taꝭ columba pulchra ſ3 audi aiaz dō dilectā q̄ ex pugna cādidata eſt. Hec pugnat ꝯ philiſteos. i. ꝯ dmones tota die vſꝗ3 ad veſpa3. i. vſꝗ3 ad mortē vt accipiat coronā vite ſ3 iterdū ex nimia hoſtiū īfeſtatiōe laſſaꝭ. iō ad refectiōis ſacr3 dlce ſup mel ꝛ fauū recurrē d3. ꝛ tc̄ cecitas quā iterdū caliginoſus diabol⁹ iducit euaneſcit. ꝛ ſic iſtō ſacr3 nob ꝯtella diaboli ē remediū. vnde Am. d ſacrī ſ. q vuln⁹ h3 medicinā regrit vuln⁹ ē q: ſub peccato ſumus. medicina eſt celeſte ꝛ venerabile ſacramentum.

Voce contremuerūt
a labia mea Abac.iij.
D Nó inaudita ꝛ inex
perta audiēs ſtupore
repletur precipue cum talia au
dit que nō valet percipere. Nā
inter omnia que ſenſu percipi
untur audita minus habent de
certitudine. Jō in alijs diſcens
cernit ꝛ palpat q̄ ſciēda ſibi ꝓ
benē: inaudita vero oportet di
ſcentē credere. Spūaliter: cer
titudo iſtius ſacramenti ꝛ veri
tas ſola fide habet. que nō ē de
apparētibus ſꝫ ð inuiſibilibus
alr.n. fides nō haberet meritū.
Jō oēs alij ſenſus decipiūtur
qui videntur aliq̄n obiecta ſen
tire propria. Decipit.n. viſus
putans videre colorem in ſba
guſtus odoratus ꝛ tactus. So
lus vero auditus i quo ſancta
ꝛ infallibilis fides cōſiſtit rema
Fig. net verus ꝛ ſine deceptione. Fi
gu. Geū. xxvij. Cū Jacob coo
pertus veſtibus ꝛ pellib⁹ Eſau
tangeretur ab Jſaach. ꝛ loque
retur nō eſt cognit⁹ ab Jſaach:
neqꝫ tactu: neqꝫ odoratu: neqꝫ
oſculo: neqꝫ viſu. ſed ſolo audi
tu. Unde Jſaach ait: vox qdem
vox Jacob eſt manus. ꝛc. Spi
ritualiter. miniſter altaris non
percipit ſacramentuꝫ hoc vt di
ctum eſt eſſe verum corpus xp̄i
niſi cū dicit. hoc eſt corpus me
um. Audit verba ꝓdicta q̄ ſcit
verba xp̄i eſſe ꝛ ſcit vera eſſe eo
ꝙ ab ore dei ſint ꝓlata. Si qs
ergo alio ſenſu querere volue
rit atqꝫ cognoſcere hoc beatiſſi
mum ſacrꝫ ſciat ſe ad illud nul
latenus pertingere. Vn̄ Ber. i Ber
quadam epiſtola. Sacramen
tum dei altiſſimi ſuſcipiendū ē
non diſcutiendum: reuerendū
nō iudicanduꝫ: fide ſortitū: nō
inatum traditione ſanctū: non
ratione inuentuꝫ.
Lauamini mundi eſto
l te. Jſa.i. Debens acce
dere ad nobile conui J
uium ſm̄ bonos mo
res debet manus lauare. Naꝫ
ſi quis cum ſordibus menſam
itraret poſſet inde ignominio
ſus eici. Spūaliter. debentes
accedere ad menſam altaris ð
bent prius affectiones cordis
mundare qꝛ menſa illa eſt no
bilium. Augu. Quis fidelium Aug
dubitet ad verba illa ſacerdotꝭ
xp̄m dei filium ð celo ſuper al
tare deſcendere angelicis cetu
bus ſociatū: ergo ſm̄ ſcōs mo
res prius ſanāde ſunt affectio
nes cordis vt mundus de⁹ cor
mundum inueniat. Fig. Geū. Fig
xviij. Tres angeli venerunt ad
hoſtiū tabnaculi Abrahe quos
Abraham putans homines ſu
ſcepit hilariter. rogans eos vt
leti quieſcerent ſub arbo; quo
uſqꝫ portaret bucellam panis
qui ſic fecerūt. Et tūc Abrahaꝫ
Sarra vxore ſua vocata ait ad

eaꝫ. Accelera inquit tria ſata ſi mille ⁊ cómiſce ⁊ fac ſubcineri tium pané. Spūalr. diuinū ſermoné Abrahá denotat exortá té fideles ad illḋ ſacratiſſimuꝫ ſacrꝫ. Tres vero angeli ſūt tres aie potétie. ſ. memoria: intellectus: ⁊ volūtas: per has. n. non niſi angelis ſꝫ deo ſimiles ſum⁹. Hortatur igiꝛ ſmo diuin⁹ has tres vires lauari ab oi ingnatióe: ⁊ ſic ſub arbore cruc̄ meditari crucis paſſioné ⁊ ſáguis effuſioné. Redéptor ꝑcepit ſarre. Accelera. ⁊c. qꝛ eccl'ie cómiſit tria cómiſceri in hoc ſacrato cibo diuinitaté aiaꝫ ⁊ corp⁹ xp̄i Igiꝛ hunc pané ꝑbet lotis ⁊ diſpoſitis: nó aūt lubricis ⁊ imun
Leo dis. Vñ Leo papa in ſermóe cene dñi. Nullus igiꝛ fictus accedat. Nullus fuſcato aio audeat ꝓximare miſterijs ne ꝯdénetur. ⁊ ſniaꝫ mercaꝛ. ⁊ qḋ iudas ſuſtinuit patiaꝛ. Ná in illū p⁹ cōmunioné méſe dyabolus intrauit: nõqꝛ ſūpſerat dñicū corpus: ſed qꝛ ípudétia iude ⁊ malignitas métis ⁊ aduerſari⁹ in eo hītaret: fecit vt diſcas ꝙ myſterioꝝ indignis celebrātib⁹ ſecrete a diabolo preparaꝛ inſidie ⁊ magis magiſqꝫ attentaꝛ qui equo aio cóicare feſtinant.

k a Ecivite ⁊ cóedite. ma. xxvj. Nó dꝫ curaꝛ eger de reſtauratione cibi niſi ꝑus purgaꝫ oppoſitꝫ humoribus. Aliogn̄ morbus creſceret in corpore purgatis aūt aſſumptus cibus bonū preſtat nutrimētum. Spūalr. corpus xp̄i ē cib⁹ reſtauratiu⁹ ſpiritual' gratie. Joā. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendit: ſi qs manducauerit ex hoc pane viuet in eternū ſed nutrimētum gr̄e nó ꝓſtat: aie malis humorib⁹ occupate. Ideo debet ꝑus peccata diluere quo facto ſpiritualiter hoc ſacrm ſumat. ante vero nó. Fig. Exo. xvi. Filij iſrl' Fig. nó receperūt mána niſi ꝑus cóſumpta farina quá ſecū tulerát ḋ egypto. Spūaliter. per mána oēs cótinens ſapores ſubaudi iſtḋ mirabile ſacramētū quod dulcoré ois bñdictionis ⁊ gratie ꝯtinet. Igiꝛ anteꝗꝫ ſumaꝛ ḋbet penit⁹ cōſumi culpa quá cecitatis caligine ꝯximus. Alias nó ꝓficeret nobis: ſed magis ac magis illud ſacrm nobis eſſet ad pená. vñ Iſid. li. de ſūmo bono. Qui ſcelerate viuūt i eccl'ia ⁊ cóicare nó deſinūt putátes ſe tali cótone mūdari diſcát nihil ad emédationem proficere. Iſid.

c L Omede qḋ ſufficit ꝓv. xxv. Finita ⁊ terminata eſt ꝗtitas refectóis ⁊ neceſſitatis humane. quá ex eo ꝙ voluptas ſupergrediaꝛ nihilomin⁹ nā ſupflū nó capit ſed recipit. nec plus nutrit: nec meli⁹ qm̄ neceſſitaté tantuꝫ nā ſibi

aſſumit ꝑ nutrimēto. Spūalr in nutrimēto hui⁹ beatiſſimi ſacramēti nō eſt dare plus vł minus. Nā ita eſt integrū corpus xpi in qualibet hoſtie particula ſicut in tota hoſtia: nec plus recepit totū recipiens ꝗ̄ partē.

Fig. Figu. Exo. xvi. vbi preceptum eſt filijs iſrael colligere manna ad mēſurā .i. ꝑ quolibet capite gomor ꝙ erat mēſura determinata ⁊ ſi qs colligebat plus nō plus ꝛcipiebat. ex eo ꝙ ſi. c. gomor vn⁹ collegiſſʒ nō ſi vnū hēbat ⁊ ex eo ꝙ ali⁹ nō vnuʒ collegiſſet vnū tātū reperiebat. Spiritualiter. māna ḋnotat corpuſ xpi, vnū gomor denotat vnitatē ⁊ ſingularitatē hui⁹ ſacri preceptū eſt fidelibus: vt vnū corp⁹ xpi pro ſalute nr̄a credim⁹ illḋ ſacrm̄ ꝯtinere nec plura corpora putemus ꝗ̄ꝗ̄ ſint mille hoſtie ꝯſecrate nec min⁹ ꝗ̄ vnū eē credam⁹ ex eo ꝙ hoſtia in cētuʒ diuidaꝛ partes. in qualibet diuiſionis parte totū eſt. ⁊ ſic pʒ qḋ ſi qs. x. accipiat hoſtias tm̄ vnū corp⁹ aſſumit. ſi vero decimā ptē aſſumit etiā totū ⁊ integrū aſſumit. vn̄ ḋ ipo legiꝛ q̄ꝛ xp̄s de⁹ ⁊ hō pfect⁹ ſub modici panis ſpecie ꝯtineꝛ. Mādncaꝛ itaqʒ a fidelib⁹. ſed minime laceraꝛ. qn imo diuiſo ſacro iteger ſub q̄libet diuiſionis particula pſeuerat vt habeꝛ in decreto.

¶ De confeſſione.

i Uda rex me⁹ pſ. lix. pp iminēs mortis pericl'ʒ A qḋ cōtingit in bello vbi qn̄qʒ eque bene mori vel vulnerari pōt dn̄s. ſicut ſubdit⁹ quia ſagitta ita pforat carnes regis ſicut ruſticanas: prudens dux ſeu rex an̄ belli igreſſū cōſueuit ordinare viceducē. vt ſi ſe ꝯtingit vulnerari vel mori nō peat exercit⁹ regētis ſeu dirigēt̄ penuria. Spūalr. nos ſumus i bello ꝯtinuo nec vni⁹ diei hora i vita pn̄ti i nobis qetē hr̄e valem⁹ dux ſeu rex nr̄ dirigēs ſeu regēs nos ꝯ̄ diabolū ⁊ vitia eſt diuina grā ab ea eſt nobis ſubſidiū ⁊ pſidiū ꝗ̄diu talis dux viget in nobis ſemꝑ vincim⁹ hoſtes noſtros: ſed q̄ꝛ rex i nobis mortalis eſt. ex culpa in nobis ſepe cōmiſſa iō de⁹ nobis vice regē ordinauit ne in peccato nr̄o a diabolo capiamur. ⁊ hec ē pura ꝯfeſſio q̄ ſubcūbētib⁹ nobiſ expeditiōe gratie ſi ad remediū curram⁹ ſubleuamur ⁊ vincim⁹.

Figu. i. Judicū vbi legim⁹ Fig. ꝙ mortuo Joſue ⁊ ſepulto i ſūmitate mōtis effraim filij iſrael timuerūt valde eo ꝙ fuerit belli eoꝝ dux ⁊ iuſtabat ꝯ̄ eos canane⁹ ⁊ eius exercit⁹: ſʒ ꝯſulentes filij iſrael dn̄m qs eēt exercit⁹ ductor ꝯ̄ hoſtes: a deo rn̄ſuʒ habuerūt ꝙ iudaſ dux eēt exercitus. Tradidi inqt dn̄s terraʒ i manus eius ⁊ iudas ſūpto ſe

cū fratre ſuo ſymone debellaue/
rūt cananeū ⁊ obtinuerūt ciui/
tates ⁊ regnū ei⁹. Spūal'r. Jo
ſue qui iterpꝛetaꝛ ſalus ſigniſi/
cat xp̄i gr̄az in qua nr̄a tota ſa/
lus ꝯſiſtit. Gr̄a dei ingt ap'ls ſū
id qḋ ſū. Sed moꝛiꝛ interdum
dux iſte in ſūmitate mōtiſ effra
im q iterp̄taꝛ frugifer. qꝛ cū ꝑ/
uenit ad ſūmitatē ⁊ ſup̄fluitatē
p̄ſperoꝝ per affectū ipoſſibile ē
xp̄i gr̄am ampli⁹ in nobis ma/
neꝛ perdim⁹ ducē: perdim⁹ ſub
ſidiū ⁊ adiutoꝛiū bonū diuinū:
⁊ vallati ab exercitu cananei. i.
demonis tētationib⁹ ſum⁹ i peri
culo interit⁹. ⁊ captiuitatis ifer
nalis. Debemus igiꝛ ſtatim cō/
ſulere deū ⁊ audiem⁹ ipſū dicē/
tē eccl'iaſtici. iiij. Nō ꝯfundar]
ꝯfiteri peccata tua iudex ſit dux
deſter. Interp̄taꝛ. n. ꝯfeſſio. Hic
n. pꝛobus ⁊ bonuſ dux aſſumit
ſecū ſymonē fratrē ei⁹ q interp̄
taꝛ exauditio. Semp. n. iſte ſy/
mon. i. exauditio imitaꝛ puraz
confeſſionē: qꝛ peccata ſua legit
time ꝯfitebiꝛ indulgentiā pecca
toꝝ ſuoꝝ plene cōſequeꝛ. Fuga
bit ergo cananeū. i. diabolū ⁊
peccata ⁊ regnū. de quo ille eie/
ctus eſt. ſ. celum obtinebit ſecū
Aug. re. vn̄ Aug. in li. de pnia. Cōfeſ
ſio ingt eſt ſalus aiaruz: diſſipa
trix vitioꝝ: reſtauratrix v̄tutū:
oppugnatrix demonum. Quid
plura. obſtruxit os inferni: poꝛ
tas apperuit paradiſi.

ſ I acuero vt fulgur gla/
diū meū Deute. xxxii. B
no. h̄ eē bonuz ⁊ ſingula
re remediū ad fugiēdum iraꝛ
p̄ncipis furoꝛē. vtpote cū ſum⁹
in manu eius. ſ. magna humi/
liatio. Ideo aliqui ꝯſueuerunt
gladiū nudū puncta manu te/
neꝛ: ⁊ genua flectētes corā p̄n
cipe reos ſe moꝛꝭ clamare ⁊ pe
tere miſericoꝛdiam. Tūc eniz ſi
pꝛinceps durioꝛ eēt ferro: tāta
humilitate flectereꝛ. vnde diꝛ
ſapiēs. Sermo mollis frangit
irā. Spūaliter. nos aliqn̄ in tā
tū turbauim⁹ diuinā clemētiaz
per peccatū: q recte efficimur fi
lij perditionis ⁊ incurrim⁹ ſen/
tētiā capitalez: nec poſſibile eſt
nos fugere manus ei⁹ qꝛ vbiqꝫ
nos caperet. p̄s. cxxxviij. Quo
ibo a ſpiritu tuo. ⁊c. Iō nulluz
eſt remediū niſi mulctato pecca
to per ꝯfeſſionē clamemus ve/
niā. vn̄ Aug. ſup. p̄s. lxxiiij. nō Aug
eſt inquit quo fugias a deo ira/
to niſi ad deū placatuz. Figu. ij. Fig.
Reg. xxiiij. Cū vidiſſet Dauid
Angelū gladiū manu tenētē ⁊
iterficiētē populū flexis genib⁹
clamauit. Dn̄e ego ſuz qui pec/
caui: ego ſū q iniqꝫ egi. ⁊ ſtatiz
angelus repoſito gladio ferire
ceſſauit. Sic igiꝛ ⁊ nos clame/
m⁹ ⁊ nos denudādo pctm̄ nr̄m
per purā ꝯfeſſionē. ⁊ deus depo/
net irā ſuā. ⁊ vide q nulluz eſt
aliud remediū euadendi. Naz

ſi te occultab patebiſ. Si te ma
nifeſtab latebis. ipe nouit tene
Criſ. bra abſcódita. Criſ. in quodaꝫ
ſmone de pnia. Pctóꝛ ingt in
dulgétiá inſtáti ꝯfeſſióe merca
re. Quid horres fateri qd libé
ter ac ꝓpere cómiſiſti? Cur ꝯfũ
deris dicẽ qd ꝯfuſus nó es ppe
trare? Cur verit es deo indicarẽ
qd verit nó es ipſo pñte cómit
te? An putaſ eũ cómiſſa neſcire
niſi a nob q cómiſim agnoſcat.
An ipꝫ ignorare ſi q fecim pu
tas niſi a nobis ꝯfitétib diſcat.
Peius é ꝯfiteri nolle ꝗ legeꝫ
ꝯtẽnere. Niniuite ꝯfitenẽ ꝛ vi
uũt. Sodomite obdurã ꝛ pe
reunt. Nabuchodonoſoꝛ pnia
duct ſaluaẽ: pharao i obſtina
tione damnatur.

C Acta eſt iudea ſanctifica
Veg. f tio ei. pſ. cxiij. Dic Ve
getius de re militari. ꝙ
nihil magis in itinere vel acie
cuſtodiendũ eſt ꝗ vt oés mili
tes incidédi ordiné ſuent qd
meli fieri nó pót niſi vt exerci
tus ambulare celeriter ꝛ equa
liter diſcat. periculũ. n. ab hoſti
bus ſemp ſuſtinet grauiſſimuꝫ
diuiſuſ ꝛ inordinatus exercit.
Spũalit. ꝯfitemur peccata nr̃a
pugnam ꝯ diabolũ. ꝛ tot arma
tos milites dirigim aduerſus
eum qd peccata legittime ꝯfite
mur. Sed ſũmopere cauédũ é
ne talis exercit inordinate in
cedat. nec diuiſe. ſ. ꝙ vnũ pecca
tuꝫ manifeſtet ꝛ aliud taceat ꝛ
ꝙ nó diminuaẽ de eo ꝙ factum
eſt. Sic. n. deficiendo diabolus
nos vinceret. Jdo quéadmodum
peccata a nobis cómiſſa ſunt la
chꝛymabiliter ꝯfiteamur ꝛ ſta
tim diabolũ ſuperamus. Figu. Fig.
pꝛimi Machabeoꝝ. v. vbi legi
mus ꝙ iudas machabeus ve
nit ꝯgregato exercitu obuiam
Thimotheo duci filioꝝ Amon
iuxta toꝛrenté qué vidés Thi
motheus timens pꝛincipib ſu
is ait. Si iudas tranſiens toꝛ
rentem inuadat nos: nó poteri
mus aduerſus eũ. Si vero ti
muerit ad nos tranſire ibimus
ad ipſum ꝛ vincem euꝫ. Tũc iu
das oꝛdinato notario qui om
nia nomina ſciebat fecit oés ꝓ
pꝛio nomine ꝛ cognomine voca
ri ꝛ ſigillatim tranſire toꝛrété.
Quo facto pterrit Thimothe
fugatus eſt ꝛ exercit eius. Et
Judas cóbuſta terra inimicoꝝ
aſcendit in móté Syon inteꝑ
ducés exercitũ eius. ꝛ ſine vllo
damno ꝛ ibi dño ſanctificauit
ꝛ obtulit holocauſtũ. Spũalit.
Judas interptaẽ cóſeſſio ꝛ de
notat aiam penitété que pꝛimo
ꝯ diabolũ vſqꝫ ad lachꝛymarũ
toꝛrenté accedit. ſed ſi vult ob
tinere victoꝛiam opꝫ pꝛogredi.
Nó. n. ſufficit ꝓ pctis fũdere la
chꝛymas. ſed eſt neceſſe ꝯfiteri
pctã. Hoc. n. optime cognoſcit
Thimotheus. i. diabolus idó có

gregato ſuaꝝ tẽtationũ exerci-
tu ad reſiſtẽdũ dicit. ſi nõ ꝓgre
diaꝭ vltra penitẽs: ſꝫ nũ lacbry
meꝭ. pctã do ſua ñ ↄfiteaꝭ ꝛ il-
laꝰ manifeſtare vereaꝭ: vincemꝰ
ipſũ ꝛ captiuabimꝰ nec valebit
reſiſtere. ſꝫ ſi audacter tranſeat
torrẽtẽ ↄfitẽdo fidelr̃ debellabit
nos. vocãdꝰ ẽ tẽ ipſe notariꝰ. ſ.
ipſa memoria q̃ oĩa pctã hꝫ in
ſcriptis q̃ꝫtũ ad nomẽ ꝛ q̃ꝫtum
ad cognomẽ ꝛ q̃ꝫtũ ad locũ tẽ-
pus modũ: ꝛ quo ad oẽs circũ
ſtãtias. ad verã cõfeſſionẽ reqſi
tas. ꝛ ſic oĩa pctã ↄfitẽdo ↄteriꝭ
diabolꝰ diſſipaꝭ hitatio eiꝰ quã
p culpã habꝫ i aĩaꝫ. Et tũc ipſa
aĩa hac obtenta victoria cũ om
nibꝰ ſuis dtutibus ſine aliq̃ le-
ſiõe aſcẽdit i mõtẽ ſyon ad ſpe-
culãdũ eternã beatitudinẽ. vñ
Ori. Ori. ſup leuitico exponẽs illd
pſ. xxxi. dixi ↄfitebor aduerſuꝫ
me ꝛc. ſic ait. Uidẽs inqt qꝛ ꝓ-
nũciare pctĩ remiſſioneꝫ peti
mereꝭ: puẽtꝰ ẽ diabolꝰ i accuſa-
tiõe: vltra nos accuſare nõ pote
rit. ſꝫ ſi nr̃i accuſatores ſumus
ꝓficit nobis ad ſalutem. ſi vero
expectemꝰ: vt a diabolo accuſe
mur: accuſatio illa cedit nobis
ad penã habebit eos ſocios i ge
hẽna quos conuicerit criminũ
ſocios habuiſſe.

D
n
Frõ. On auferet ſceptrũ de
Juda. Geñ. xlix. Nar-
rat Frõtinꝰ: qꝫ Romani
cũ honorabilẽ victoriã aliquis
ꝓnceps feciſſet: ponebaꝭ i cur-
ru ꝛ laureatꝰ ducebaꝭ p ciuita-
tẽ: ꝛ vocabãt hoc triũphũ ꝛ ſp
ille a vl'go exiſtebat honoratꝰ.
ſpũalr̃. iter oẽs aĩe dtutes ꝛ bo
nas actiões qbꝰ mereꝭ aĩa a dõ
honorari ẽ ipſa ↄfeſſio fidelr̃ ꝛ
vera. Nã elemoſyna oratio ꝛ ie
iuniũ: lectio ꝛ pegrinatio, ꝛ cete
ra opa meritoria q̃ ab aĩa fiunt
nõ pñt nec audẽt ad diuinã ma
ieſtatẽ ꝓ idulgẽtia accedẽ ↄfeſ
ſiõe ꝑtermiſſa: vbi igiꝭ ẽ vera cõ
feſſio ibi ẽ vera ſalꝰ. iſpa vero de
ficiẽte oẽs virtutes dficiũt: iſpa
ꝑcedẽte oẽs bone virtutes ſe-
quũꝭ. Fig. Exo. xiiij. ꝓut magi Fig
ſter hyſtorie narrat cũ filij iſrl'
exeũtes de egypto veniſſent ad
mare rubrũ qd diuiſuꝫ ẽ i. xij.
ptes ꝓut erãt. xij. tribꝰ nõ aude
bãt mare itrare q̃ꝫtũcũqꝫ ſenti-
rẽt poſt ſe Pharaonẽ veniẽtẽ
cũ inumerabili exercitu. quouſ
qꝫ tribꝰ Juda prio ẽ illd igreſſa
ſꝫ illa tribu ꝑcedente ſequnte ſt
oẽs alie. ꝛ p hoc liberatꝰ ẽ ppl's
qꝛ ibi ſubmerſus ẽ Pharao: ꝛ
oẽs ſui. ex hoc. n. tribꝰ iuda me
ruit regale ſceptꝝ. ꝛ h ẽ qd hẽꝭ
i. pſ. xiiij. In exi. iſrl' d egy. do
mꝰ iacob d pplo barbaro. Et ſe
qtur fcã ẽ iudea ſcificatio eiꝰ. ꝛ
hec dicũꝭ pp illd qd tẽ fecꝭ tribꝰ
iuda. ſpũalr̃. p tribũ iuda ſbau
di virtutẽ cõfeſſiõis quã i exitu
de peccato ꝛ acceſſu ad miſeri-
cordiam oꝫ oẽm virtutem pre-

cedere. Igit̃ ipſa ꝓcedente oẽs
alie virtutes libere ſubſequũt̃.
Et ſic diabolo ſubmerſo cũ ten
tamẽtis eiꝰ triũphat ṽtꝰ ꝯfeſſio-
nis. Jō ꝓ ceteris ṽtutibꝰ ẽ colẽ
Gre. da. vñ Gre. ſup illud Job. Si
celaui i ſinu meo iniqtatẽ me-
az. i moralibꝰ dicit ſic. Mireñt
ſngt i bono Job q volũt caſtita
tis ꝯtinẽtiá. Mireñt itegritatẽ
iuſtitie: mirent̃ viſcera pietatiſ.
Ego i eo nõ minꝰ admiroꝛ ꝯfeſ
ſionẽ humillimam peccatoꝛum
ꝙ̃ tot ſublimia virtutum.

E p Erſeqmini ꝛ ꝯpꝛehẽ
dite. pſ. lxx. Poſtꝙ̃
latrões latẽ nõ pñt ꝛ
ſi diſcoopti ꝛ noti ne
ꝗꝙ̃ ãplius ibi redeũt. timẽt. n.
ſuſpẽdi. Spũalr. pctá ſunt ve-
lut latrões: qꝛ accedẽteſ ad aiaz
oia ṽtutũ ſpolia ide ſubripiũt:
ſ; ſi ꝑ cõfeſſionẽ manifeſtẽt̃ ide
Fig. aufugiũt nec audẽt accedẽ. Fi-
gu. iiij. Reg. vj. Poſtꝙ̃ Hely
ſeus oñdit latrũculos ſyrie re-
gi iſrael fugiẽtes inde nõ fue-
rũt poſtmodũ auſi ãpliꝰ reuerti
i ſamariã cui pꝛio tñ erãt iſeſti
Spũalr. ſyria iterptat̃ humẽta
ꝗ̃ſi lubꝛica. latrũculi ſyrie. pctá
denotãt lubꝛica ꝛ imũda. iſeſtãt
. n. ſamariã q̃ iterptat̃ cuſtodia
ꝑ quá ipſa aia itellligit̃: ſ; He-
lyſeꝰ. i. actꝰ ꝯfeſſiõis hoc mani-
feſtat Regi Iſrael. i. confeſſoꝛi
quo facto fugant̃. ꝛ nõ hñt am-
pliꝰ accedẽdi facultatẽ. Unde
Amb. i li. d Joſeph. plurimuz. Aug.
ſuffragat̃ verecũda ꝯfeſſio ꝛ
penã quá õfenſiõe vitat̃ ñ poſſu
mꝰ pudoꝛe ꝯfeſſiõiſ extiguimꝰ.

i Niqtatẽ odio habui
pſ. cxviij. Interdum 5
expiẽtia docet aliq̃ eſ
ſe abhomiabilia ꝛ diſ
plicibilia q̃ inexpta placibilia
iudicãt̃. Hoc ꝓ tãto ꝓuenit. qꝛ
aliqñ res ſupficialiter accipiũt̃
ab humano iudicio: qꝛ appeti-
tus coꝛruptꝰ ſolá delectationez
ꝯſiderat poſtpoſita rei amaritu
dine. ſ; qñ expit̃ reijcit. vt p; de
coꝛruptis cibis. Spũalr. pecca
toꝛ coꝛruptũ h; appetitũ rõnis
ſeu iudiciũ ꝓpter quádá ſupfi-
cialẽ delectationẽ quá ꝑcipit in
pctõ: nõ ꝑcipiẽs ſequẽtẽ gehẽ-
ne amaritudinẽ: illá tñ melius
ſentit ꝯſumata delectatiõe. Jō
illud ſaltẽ d; eijcere ꝑ ꝯfeſſiõez
ꝛ euomẽ. Ná cũ pctm̃ agit̃ pl;.
ſ; actũ diſpl;. Et iõ abhominat̃
ꝯſcia. Jō ſi hõ illud cũ diſplicẽ
tia eijciat ꝑ ꝯfeſſionẽ ſatiſfecit.
Figu. ij. Reg. xiij. Amon ama Fig.
uit ſoroꝛẽ ſuá Thamar. q̃ i tñ
ſibi placebat vt ꝗ̃ſi moꝛeret̃ ob
eiꝰ amoꝛẽ. ſ; poſtꝙ̃ cognouit ip
ſam i tm̃ abhominatus ẽ ipſam
vt nullatenus poſſet eá videre ꝛ
maiꝰ erat odium ꝙ̃ pꝛius erat
amoꝛ. Jō vocato puero ſuo fecͭ
eá eijci ꝛ excludi a ſe. Spũalr.
ꝑ Amon ſbaudi pctõꝛez ꝑ Tha
mar ſubaudi culpá. Ná diligũt

peccatoꝛ culpã ante ↄmiſſionẽ pp delectationẽ quã ibi hȝ vel putat eẽ qꝛ illã tm̃ ↄſiderat. Sȝ illa ↄſumata abhominať ſequẽ tẽ penã. Idcirco vocata pura ↄfeſſione dȝ ipſaȝ eijcere a thalamo aie ſue ⁊ illã pl' odire q̃ȝ amaſſet pꝛius. Si vo ſibi pctõꝛ i culpa nõ diſpliceat: ſȝ placeat deo ſũme diſplicet. ⁊ qꝛ velut cecus ſe nõ cognoſcit turpem vbi poſſet p ↄfeſſionẽ emẽdare. veniet tẽpus quo ſe cognoſcet p ↄfeſſionẽ turpiſſimũ: vbi locuȝ nequaq̃ȝ habebit ↄfeſſiõis purgatio. vñ Aug. i quodã ſmõe. O igt hõ vtinã te cognoſceres: qꝛ ſi te cognoſceres tibi diſpliceres ⁊ mihi placeres. nũc aũt qꝛ te nõ cognoſcis tibi placeſ ⁊ mihi diſplices. veniet ãt tp̃s qñ nec mihi nec tibi placebis.

Aug

S d Eus ãt nõ irrideť ad Gal. vj. ſimia vult omnia ſimiare i deriſiõeȝ ⁊ tñ ipſa derideť ⁊ capiť i ſuis deriſiõib'. Dũ. n. vidȝ hoieȝ calciari vult ipſum ſimiare. ⁊ ligaťſibi pedib' calceis capiť. Spũalr. multi putãt i ſuis ↄfeſſiõib' deridere deũ minuendo ac mediãdo pctã ſua ↄmiſſa ſed ipſi capiuntur in ipſis. Nõ enim deus talem confeſſionem acceptat: ſed iudicat peccatoreȝ ac ſi non eſſet confeſſus addẽs inſuper penam propter irriſionẽ. Figura. ij. Reg. x. Dauid miſit nuncios ad conſolanduȝ Amon ſuper moꝛtem patris. Sed ſuaſione ſeruoꝛum eius accepit Amon ſeruos Dauid. ⁊ raſa eis medietate barbe ⁊ inciſis veſtibus vſque ad nates remiſit eos ad Dauid ſic illuſos. quod audiens Dauid eos noluit intueri donec barbe eorum creuiſſent. ⁊ tunc veſtitos veſtimẽtis completis vidit eos ⁊ remiſit Joab cum exercitu ſuo ⁊ exterminauit Amon de terra ſua ob hanc deriſionem. Spiritualiter. Amon interpꝛetatur oneratus ⁊ bene denotat peccatoꝛem: ſcilicet oneratum ſuper quem multitudo culparum ſicut onus graue ꝑmunt. Oꝛbatur enim patre ſcilicet libero arbitrio: quo pꝛius merebatur. Sed mittit Dauid ſeruos ſuos ad conſolandum ipſum. quia Chꝛiſtus inſpirat illi noticiam peccatoꝛum ponderis. vt illa confitendo conualeſcat ⁊ libereť. Sed adeſt praua familia ſuadens vt derideat ſeruos Dauid h̃ nefanda familia ſunt. pudoꝛ confeſſionis ⁊ timoꝛ ſatiſfactionis. amoꝛ delectationis. Et vide quid ſuadeant ipſi Amoni: ideſt peccatoꝛi facere. Dicit pudoꝛ confeſſionis. peccata tua ſunt nimis lubꝛica narrare ipſa nimis turpe. Incide ſibi veſtes vſque ad nates. Et media

Fig.

appareát ⁊ media ſint coopta. Rade ſibi medietaté barbe: vt nó reputet te ꝯfeſſoꝛ tu⁹ tá ſoꝛdidú. Dicit át timoꝛ ſatiſfactioniſ caue ne te dicas diuité ex vſura dicas qꝛ opoꝛteret te ſatiſfacere ⁊ remaneres paup. tace. ſile. noli hec loq coꝛá ſacerdote. oñdaſ te poti⁹ bonú ⁊ fidelé. Dicit amoꝛ ꝺlectatióis. Nó ꝯfitearis peccatoꝛé talé te fuiſſe. alioqn tua te ꝑuabis ꝺlectatióe. Et ſic ſuadꝫ hec familia neqꝫ vt peccatoꝛ peccá diminuat. ⁊ tũc miſer credés deridere deũ ipſe deridetur. qꝛ de⁹ i nullo acceptat ꝯfeſſioné talé. nó recipit media peccata: ſꝫ integra ituet̃ nó vult illa videre dimidiata: ſꝫ ꝑ itegris ⁊ ꝯpletis punit. Jó caueat hó ne laboꝛet ad excuſandas excuſationes i pctis. ſꝫ dicat pctá ſua cũ ſuis debitis circũſtantijs ſi vult ꝯſequi miſericoꝛdiá: verꝫ é ꝙ dꝫ i hoc multũ laboꝛare ꝯfeſſoꝛ: vt a ꝯfitéte eripiat illa que pñt verá ꝯfeſſioné ipedire. vnde
Au. Aug. i li. ꝺ pnía. Diſcretio confeſſoꝛis valde neceſſaria é. Cóſideret ꝗ̃titaté cris i loco i tpe. i pſeuerátia. i varietate pſone. Cui⁹ fuerit etatꝭ. cui⁹ ſapie ⁊ oꝛdinis: ⁊ q̃li hoc fecerit tétatóe ⁊ ipſi⁹ vicij multiplici executione. ħ Auguſti.

N n On abſoꝛbeat me ꝓfundũ neqꝫ vrgeat ſup me puteuſ os ſuũ. pſ. lxviij. Cadés i aq̃ nó é i periculo quouſqꝫ os ei⁹ nó coopit̃ aq̃: ⁊ ró é qꝛ ꝑt inſpirare ⁊ reſpirare. ⁊ ſic ſuffocari ñ ꝑt. Si át coopiat̃ in tátũ ꝙ ſpiratio ⁊ reſpiratio ꝺficiat: ſtatiꝫ itrinſec⁹ caloꝛ coꝛ ipſiꝫ vrit. qꝛ pulmo ñ ꝑt aeré calidũ ſpirãdo emittere ⁊ reſpirando recipe ⁊ ipꝫ coꝛ refocillare. Spũalr̃. cadés i peccato nó é i pículo ꝯbuſtióis gehéne quouſ qꝫ os hꝫ expeditũ ad ꝯfeſſioné. qꝛ tũc ꝑt ſpirare ꝑ os caliditaté peccati ⁊ reſpirare grãꝫ idulgétie. ⁊ ſic coꝛ ⁊ aía refrigerãt̃ ⁊ ſanãt̃. vñ Am. ſup pſ. bti imaculati. Ceſſat vidicta diuina ſi cófeſſio ꝑcurrat humana. Sꝫ ſi tátũ ſupabũdet culpa vt ad ꝯfitédũ os operiat̃: ſuffocat̃ aía a peccati neqtia. ⁊ igni tradit̃ iferna li. Fig. Exo. xiiij. Egyptij itrantes aq̃s maris coopti ſunt aq̃: ⁊ oés ſuffocati ſunt. Spũalr̃. ꝑ egyptios ſubaudi peccatoꝛeſ tenebꝛis pctoꝝ inuolutos. Hi ergo imergét ſe i voꝛagie culpe os clauſuꝫ ad ꝯfeſſioné hñt. ió moriunt̃ i pctis ſuis. Si. n. os nó clauderét idulgétiá inuenirét. Aug. i quodá ſmóe. Infern⁹ é puteꝰ ꝓfũde iniqtatꝭ q ñ claudꝫ ſup te os ſuũ niſi tu clauſiſ tuũ. Am. Fig. Au.

D I Ebellabat iudas filioſ Eſau. i. Mach. v. vidés ꝑnceps hoſté ſibi eé moleſtũ qué ꝯſueuerat captiuũ tenere valde mo

leſte ſuſtinet. Jō qcqd valet fa-
cere vt illū capiat toꝫ virib⁹ fa-
cere conať. ſpūalr. pctōꝛ veniēſ
per ꝯfeſſionē ad miſericoꝛdiaꝫ
dei euaſit diaboli ptātez ⁊ ma-
gnā ei afflictionē facit. Et ideo
diabol⁹ hoc moleſte ferēs oī co-
natu ſtudet illū recupare. ⁊ cū
p vnū peccati gen⁹ nō pōt ſpualē
ad aliud: ſtatiꝫ hꝫ recurſuꝫ. vñ
Gre. Gre. i li. moꝛaliū. Antiqu⁹ ho-
ſtis ex ꝓpꝛio certamie dū ſe ſb
cūbeť ꝯſiderat, ad alia tēptatio
nū bella reſtaurat. Jntueť hu-
manoſ vniuſcuiuſqꝫ moꝛes cui
vicio ſint ꝓpinq. Et iſta pōit añ
faciē ad q̄ citius nouit iclinare
Fig. mētē. Figu. hmi Macha. vij.
c. Cū Judas Machab⁹ expu
gnaret gētes demetrij ⁊ deuaſta
ret terrā illi⁹ demetrius furoꝛe
replet⁹ miſit Michanoꝛē cū ex
ercitu ſuo cū h mādato. vt. ſ. ſi-
bi ligatū Judā pñtarent. venit
Michāoꝛ i hieruſalē ꝯ Judā. ⁊
iurauit ꝙ niſi Judas traderet
ei ꝙ ipſe fundit⁹ tēplū deſtrue-
ret. erat iudaſ i ſamaria ad quē
Michanoꝛ accedēs aggreſſus
ē Judam ibidez cū tubis ⁊ clā
goꝛibus. Judas vero oꝛe ⁊ coꝛ
de ⁊ manib⁹ oꝛās cū paucis ag
greſſus eſt Michanoꝛeꝫ ⁊ exer
citū illius ⁊ obtinuit victoꝛiam
⁊ fugato exercitu cepit Micha
noꝛē ⁊ occidit illū. ⁊ linguā ei⁹
diuiſit. caput vero ipſi⁹ inciſit, ⁊
poꝛtauit oīa i hieruſalē i ſignū
victoꝛie. ſpiritualr. p Judā ſub
audi fidelē ꝯtritū ⁊ ꝯfeſſuꝫ a ſu
is pctis. Hic. n. gēteſ demetrij.
i. dyaboli tētationes inuadit ⁊
diſſipat qd ipſe dyabol⁹ valde
moleſte ſuſtinet. Demetri⁹ iter
pꝛetať nimiū pſequēs p quem
dyabol⁹ ſignificať: qꝛ neſcit a iu
gi pſequutiōe fideliū qeſcere iu
h ſeclo qꝫtūcūqꝫ i hoc coꝛpe po
ſit⁹ ꝓfeceris. erras ſi credis vi-
cia moꝛtua nō obiecta. velis. n.
nolis iter cōfines tuos habitat
Jebuſeus ſupari qdē pt exter-
minari nō pōt. Et idcirco diri-
git Michanoꝛē cuꝫ exercitu. i.
coꝛpus. vt cum exercitu carna
lium cogitationum ⁊ affectio-
nū ſuperet ſpiritū ⁊ ſubcūbat.
⁊ vide qꝛ ſolū Judā demetrius
q̄rit. qꝛ dyabolus ſolā ꝯfeſſio-
nē interimit. i. iterimere cupit
Deſtruā ingt tēplū niſi Judaꝫ
habeaꝫ. ſꝫ vide vbi habitat Ju-
das: qꝛ i ſamaria que interpꝛe
tatur cuſtodia. Dū ergo cōfeſ-
ſus es: ſta in cuſtodia: attende
illius ſapiētis dictū: omni cu-
ſtodia ſerua coꝛ tuuꝫ: poſſet te
ledere Michanoꝛ in hierico. i.
in mundi huius vanitate: ſed
non in cuſtodie claritate vbi ſo
bri⁹ vigilas ꝓpter timoꝛes no
cturnos. inuadit igitur Micha
noꝛ Judā diuerſis carnis affe-
ctionibus: ſed triplici arma cō
terit eum Judas: qꝛ pura con-
tritione vera confeſſione ⁊ con-

grua ſatiſfactiōe ⁊ hoc ē corde. ore. opere pugnare. Fugat tēta tionū exercit⁹ ⁊ ipſ corp⁹ capit a ſpiritu. Ligua ei⁹ diuidit q̄a partim ei⁹ orationi datur: ptiz vero ad dei laudē relinquit. incidit caput eius ab eo q2 repellit prauū deſideriuz eius ab eo. manus cū brachijs trūcant q̄a remouent a corpore male operēdi facultates. Et hec oīa portātur repūtanda in Hieruſalē corā deo ⁊ ſāctis angelis vt nobis det corona iuſtitie quā deus legittime certātib⁹ repromiſit. Patet igit quātū bonū in certamine nr̄o faciat nobis v̄a cōfeſſio ɔtritione ⁊ ſatiſfactione ⁊ pnīa ſequēte. De hac aūt loqt

Au. Aug. in lib. de penitentia. Languores inquit ſanat. Leproſoſ curat. mortuos ſuſcitat. ſanitatē auget. gr̄az ɔſeruat. claudis greſſū ſurdis audituz. cecis reſtituit viſum. vitia fugat: virtutes ornat. mentē munit ⁊ roborat. Hec Augu.

k t Erra dedit fructuz ſuū. ps̄. lxxxiiij. Tēpore hyemali qn̄ terra coop̄ta ē glatie vel aq̄s ſuperficie nō pōt germinare. ⁊ rō eſt. q2 radi⁹ ſolis nō pōt terrā attingere ad calefaciendā aquis vel glatie ꝓhibentib⁹. Spūaliter. cū ager anime noſtre cooptus eſt gleba culpe nō pōt facere: ſeu ꝑducē fructus deo placitos. q2 nō pōt radius gratie ad illā accedere ꝓpter culpe occupationē. Nam gratia ⁊ culpa ſimul in eodē recipi nō poſſunt. Iſa. lix. Iniq̄tates veſtre diuiſerūt inter vos ⁊ deū vr̄m ⁊ peccata vr̄a abſcōderūt faciē ſuā a nobis. Sed ſi volum⁹ q̄ ager anime noſtre germina bone operationis producat neceſſe eſt vt per cōfeſſionez pri⁹ culpā ammoueamus. Fig. Geñ. i. vbi legim⁹ q̄ cum terra operta eſſet aq̄s nihil germinauit. ſed ſemper erat inanis ⁊ vacua. Sed congregatis aquis i vnuz locum ⁊ arrida apparēte mox lucis radijs eam attingētib⁹ ſubſequuta eſt germinatio herbe virētis ⁊ ꝑductio diuerſorū generū fructuū. Spūalit. per aquas ſubaudi culpas homines ſubmergētes. Apo. xvij Aque multe ppl̄i multi decurrētes ad mortez. Quādiu ergo hmōi aque ſup faciē cordis nr̄i per affectū-cooperiūt nos nulla tenus valēt bone cogitationes germen ꝑducere: ⁊ ſic per ɔſequēs dare fructū. Sed ɔgregatis hmōi aquis ideſt peccatis ⁊ culpis in vnū corā ɔfeſſore: per verā ⁊ integrā ɔfeſſionē apparet arrida ideſt terra apta ⁊ parata ad germīa. q2 diuine gratie radius ſtatim deſcendet prohibente remoto. ⁊ tūc aīa ꝑducit ieiunia orationes elemoſynas ⁊c. opera meritoria circa q̄ Fig.

ſterilis exiſtebat. Extirpāda ſūt
ergo vitia ꝛ poſtmodū pn̄t vir-
Am. tutes inſeri. Un̄ Amb. lib.i.de
Chaym. Egreſſus inquit mali
tie virtutis operaꝛ ingreſſū eo-
déqꝫ ſtudio quo crimen expelli
tur innocétia copulatur.

Undi eſtote Iſay.i. In-
L m decens eſt ꝛ vituperoſū
vbi omnia mūda ſūt ſor
didus apparere. Ille nā
qꝫ talis vt fedator mūditie ē cū
rubore ab alioꝝ ꝯſortio exclu-
dēdus. Spiritualiter. in curia
celeſtis gr̄e oēs mūdi ſūt. Nul
lus enim ſordidus ibi manere
audet. Fedaret eniꝫ loca puriſ
ſima ꝛ māſiones amenas quas
ſancti in pulchritudie habitāt.
Numeri. xxiiij. Quā pulchra
tabernacula Jacob. Inde eſt ꝙ
ſtatiꝫ excludit cū rubore a dn̄o
Iſa. lxv. hmōi ſordidiſſimi ꝛ i-
mūdiſſimi recedite inqt dn̄s a
me. Nō appropinquetis mihi
qꝛ imundi eſtis. Igit debemus
ꝑus nos mūdare ab omni ſor-
de ſi cupimus in agrū gr̄e itroi
Fig. re. Figura. Leuiti. v. ꝛ Nume.
xix. vbi precepit dn̄s purifica-
tioné imūdoꝝ fieri in hunc mo
dū. Nā vt habet ibi qui tāgebat
ré imūdā aut mortiferuꝫ qd vt
iumētū aut fera occiſum vel ho
miné immūdus erat. Ideo idi
gebat purificationeꝛ fiebāt iſta
qꝛ offerebat ſacerdoti agnus ſi
ne macula duo pulli turturum
vel columbarum: ſimila puriſ-
ſima de qua fiebāt panes quos
ſolus ſacerdos pro illa die tan
tū ſolus edebat. reſeruari i cra
ſtinū nō poterāt pre putredine.
Spūaliter. Tria ſūt in hoc mū
do quibus in aīa maculatur ꝛ
ſordeſcit homo. ſ. cōcupiſcentia
carnis: cōcupiſcétia oculoꝝ: ꝛ
ſuperbia vite. Prima eſt res i-
mūda ꝛ turpis. vn̄ Inno. d cō- Inn.
ditionis humane vilitate. O i
quit extremi libidinis turpitu
do nō ſolū maculat aīam ſed fe
dat ꝑſonā: oē nāqꝫ peccatū qd
fecit hō extra corpꝰ ſuū eſt: q āt
fornicat in corpus ſuuꝫ peccat.
ſemꝑ comittant illud fetor ꝛ i-
mūdatia. Cōcupiſcétia do ocu
loꝝ eſt res mortifera qꝛ auari-
tia ſuū poſſeſſoré occidit. Aug. Au.
in quodā ſermone. Auarus in
quit anteqꝫ quicqꝫ furet ſeipm
occidit ꝛ an̄qꝫ quicqꝫ capiat ca
pit. Superbia auté vite dr̄ fera
peſſima. occiſuꝫ. n. tali fera ſi qs
tetigerit imūdus ē. qui ꝑ cōſen
ſum tetigerit diabolū qꝛ hac fe
ra occiſus é imūdus erit. ꝛ qué
admodū ille occiſus eſt ita occi
det qui voluerit ſuperbe ſapere.
vt iſte. ps. Uos aūt ſicut vnꝰ de
principibus ideſt demonibus
cadetis ꝛ nota ibi de principi-
bus demones dici ꝛ intellige
caſum iſtum prophetam im-
minari ſuperbis. qui igitur ſic i
mundum ſe nouerit ſtudeat ſe

per veraȝ cõfeſſionē mundare. ⁊ nota q̄ nō ſordidat aīa niſi p̄ tactū.i.p̄ ɔſenſuȝ reꝝ imūdarū
Au. vñ Aug.i quodā libello ꝑ. Tētatio inq̄t q̄tūcūq̄ȝ imūda coꝛ nō polluit ſi rō nō ɔſentit.i purificatiōe āt huꝰ imūditie.p̄io dȝ offerri Agnꝰ ſine macula. Iſte agnꝰ xp̄s fuit q ſolꝰ ſine macula inuētꝰ ē. Ip̄e.n. oblatus ē ad purgādā maculā petōꝝ nr̄oꝝ. Iſtud ꝗ̄o ſacrificiū p̄ verā fideȝ dȝ p̄cedere i memoꝛia noſtra. Alioq̄n fruſtra fierēt oīa hūana remedia. Oīs.n.nr̄a purgatio a xp̄o ē q lauit nos a pctīs nr̄is. ⁊ liberauit nos nō ſolū ab originali: ṽz ēt oēs liberat ab actualibꝰ volētes pure credere.
Leo vñ Leo papa i ſmōe de ieiunio ſeptimi mēſis. Effuſio ſanguis iuſti ꝓ iniuſtis tā potēs fuit ad p̄miū: tā diues ad p̄ciū: vt ſi vniuerſitas captiuoꝝ i redēptoꝛeȝ ſuū crederet: nullū tyrānica vincula retinerēt. Item dȝ offerri par turturū.i.par oculoꝝ geminū.ſ.coꝛdis ⁊ coꝛpis.q: tūc eſt
Gre. nr̄ȝ ſacrificiū deo acceptū. Grego.ſup Eȝe.omel.viij. holocauſtū inq̄t ſiccū ē bonū opꝰ qꝺ lachꝛyme nō īfundūt: holocauſtū pīngue ē qñ h̄ qꝺ bñ agit̄ coꝛde hūīlꝛ. et p̄ lachꝛymas irrigat̄: ſȝ regrit̄ vltio ſimilla puriſſima h̄ ē ɔfeſſio rectiſſima ⁊ puriſſima ꝺ q̄ ſiūt panes ad vſuȝ ſacerdotis tm̄: q: ipſe ſolꝰ ſacerdoſ actꝰ ɔfeſſiōis meditari dȝ: ⁊ h̄ ꝓ illa die tm̄.i.ꝓ hoꝛa ⁊ tp̄e quo peccatoꝛ ɔfitet̄ pctā ſua. tūc ɔfeſſoꝛ meditetur illa: vt cognoſcat qꝺ aut q̄le ipēdat pctōꝛi vtile remediū: ſȝ vltra tp̄s illꝺ penitꝰ n̄ reſeruet. qm̄ ſi hm̄ōi panes i craſtinū vellet videre ſentiret eoſ i archa aīe ſue peccandi putredinē gnāſſe. nā ⁊ ſibi ipi neq̄q̄ȝ dȝ ſacerdos ɔfitētꝭ reuellare pctā. Nā h̄ ē diuinitꝰ oꝛdinatū: vt q̄ peccatoꝛ ip̄e ſua pctā māifeſtando ꝺlet āplꝰ nūq̄ȝ valeāt alicubi repire. Iob.xiiij. ſignaſti q̄ſi i ſacculo delicta mea: ſȝ curaſti iniq̄tatē meā. Audacter igitur accedat imūdꝰ ad lauacrū idulgētie portāſ hāc purā ſimillā q: nihil ſecretꝰ pctō ɔfeſſo ⁊ nihil aptꝰ atq̄ȝ māifeſtꝰ abſcōſo peccato. vñ Aug. ſup. p̄s. O hō inq̄t qd times ɔfiteri illꝺ qꝺ p̄ cōfeſſionē ſcio minꝰ ſcio. q̄ȝ id qꝺ neſcio ɔfitere hō petōꝛ hōi peccatoꝛi. elige qꝺ viſ. ſi nō ɔfeſſuſ lates tu ɔfeſſus dānāberis. Ad h̄ deꝰ exigit ɔfeſſionē: vt liberȝ hominem humilem. Ad h̄ dānat vt puniat ſuperbum. Au.

i Intrauerunt aque vſq̄ȝ ad aīaȝ meā. p̄s.lxviij. videmꝰ.n.q̄ gutte minime aq̄ ɔtinuate replēt magna vaſa. imo iterdū replēt flumia ⁊ faciūt ruinā Spūālr. pua pctā neglecta replēt aīaȝ ⁊ ſua ɔſuetudine nō

eſſiciant pctā grauia adducūt ꝛ maiora quoꝝ ruina aīa ſubmer
Fig. giť Fig. Naū.ij. vbi ꝓpħa aſpe xit ꝛ ecce porte fluuioꝝ apte ſūt ꝛ tēplū ad ſolē dirruptū ē ꝛ mi les captiu⁹ duct⁹ eſt. Spūaliter porte fluuioꝝ ſūt ſēſus corporis qui licet interdū guttatim reci piāt culpas: tñ ſepe inducūt cō ſuetudinē peccādi. Et ꝗ̄tūcūqꝫ venialia ſint nimis neglecta in tñ pñt creſcere ꝛ tales pñt con ditiones cōcurrere ꝙ ſiūt mul tū grauia. ita ꝙ cauſabūt ruinā
Au. iterit⁹. vñ Aug. de decē cordis. Nolite inqt cōtēnere venialia q: minima ſunt. ſꝫ timete quia plura ſunt. plerūqꝫ. n. beſtie mi nute nocēt. nūqd nō minutiſſi ma ſunt grana arene: ſed ſi are na ampliuſ mittať in naui mer git illā vt pereat. Quam minu te ſunt gutte pluuie nōne flumi na replēt ꝛ domos dijciūt. tim ē da eſt ergo ruina multitudinis ꝛ ſi nō magnitudinis. hec Aug. ſubaudi ergo p tēplū aīaꝫ quaꝫ intrātes huiuſmodi culpe diru unt ꝓpter ipſoꝝ multitudinem ꝛ captiuū ducūt militē. i. liberū arbitriū ꝛ dāt illū in man⁹ dia boli. Igiť cuꝫ hec pctā ad aīam ſubmergēdam multiplicari co gnoſcimus nō pigeat ea per cō
Au. feſſionē excludere. vnde Aug. in quadam omel. Oīa minuta plura peccata ſi negligant occi dūt minute aque gutte ſūt que flumina implent hoc facit ſen tia neglecta paulatim quod fa cit fluctus fluens per ſentinam intrat ſed diu intrando ꝛ non exeūdo mergit nauim. Augu.

¶ De conſcientia.

Dño daī vxor prudens
a ꝓuer. xix. Dī ꝙ mlier A
optimū habet ꝯſiliū ſi ſu bito illud ꝓferat. Jō vir cū emi net pericula exequi dꝫ cōſiliuꝫ vxoris ſubitū ꝛ pcipue cū ſcit ſe diligi ab vxore. ſpūaliter. ſe pe inuoluimur nō paruis peri culis ꝓpter inſidias hoſtis nſi frequētes. ſed habemus vxoreꝫ nſam fideliſſimā que nos ꝛ no ſtraꝫ ſalutē diligit. ꝛ eſt optimi cōſilij. ſ. cōſcia. habet. n. ſalubre cōſiliū i ꝓmptu. Jō cū ſentim⁹ aduerſus nos aliqs diabolicaſ tētationes accedere quas dia bolus ad pdendū nos ſeducto rijs tētationib⁹ armat. Ad hāc ſapientiſſimā vxorē recurrēdū eſt. ꝛ qđ ſua ꝯſulit prudātia de bem⁹ exequutioni mādare. ſta tim enim nobis indicabit qđ erga occurrētia agere debeam⁹
Fig. i. Reg. xix. vbi legimuſ ꝙ Fig.
obſeſſus Dauid nocte in domo ſua ꝓpria a familia ſaul q du ctus ſpū inuidie ob victoriam factaꝫ de philiſteis querebat eū occidere euadere periculū moꝛ tis neſciuiſſꝫ niſi fuiſſet vſuſ mi chol vxoris eius ꝯſilio. Ait aūt Dauid. Niſi hac nocte ſalueris

morieris cras. ⁊ poſtmodū per feneſtrā depoſitus eſt ab illa. ⁊ manus inſidiantium mediante illa euaſit. Mane āt ſcō itrātes ſui Saul domū: vt caperēt Dauid inuenerūt i lecto eiuſ ſimulachrū quoddā ad ſimilitudinē corporis Dauid qd̄ fecerat vxor eius. ⁊ ſic receſſerunt deluſi. Spiritualiter. per hanc vxorem ſubaudi conſcientiaꝫ. per Dauid ſuperantem philiſteos. ho. penitentem ſuperantem peccatum. Igitur Saul q dyabolum ſignificat ſpiritu inuidie vallatus de tali victoria cruciatur. Et recolligens fortiorē familiā. ſ. varias ⁊ graueſ tētatōes nitiť cape penitētis aiaꝫ vt ipſaꝫ occidat. Hāc. n. familiaꝫ mox cognoſcit ꝯſcia. Idō de viri ſui ſalute ſolicite clamat. Niſi ingt te ſalues i hac vita q̄ nocti ꝯparať: cras. i. i futura vita ꝯdēnaberis morte eterna. fuge iquā has tētatōes p feneſtrā dſcēdēdo. i. p memoriā penaſ iferni meditādo: ⁊ nō peccabis i eternū. Fugit igiť ſpūs i h̄ mō ⁊ dludūť ſui Saul nō reperiētes niſi ſimulacrū: qꝛ ſola cogitatio tētatiōis remanet i aīa ſine cōſenſu. Sic ergo pꝫ bonuꝫ ꝯſiliū ipſiꝰ ꝯſcie: cui ſp i talibus

Se. credēdū ē. vn̄ Senec. i ꝓuerb. O te miſerum ſi contempſeris hunc teſtem ſcilicet conſcientiam.

m Agua ē vt mare contritio tua. Tren. ij. cū qs audit narrari ꝯflictū amicoꝝ ⁊ dānū. duplicatū ſuſtiet dolorē. vn̄. i. Re. iiij. Tātū doluit Helycū audiēs archā dei captā: ⁊ filios iterfectos q̄ cadēs de ſella mortuꝰ ē. Spūalr. ſic deꝰ iuſte ordinauit hoīs penā erga peccatuꝫ q̄ oīs iordinatꝰ aīus ſit ſibijpſi pena. Idō nō ſolū hō ꝓpter peccatum puniť pena ꝑuatōis gr̄e ⁊ obligatiōis culpe: ſꝫ ēt q̄dā alia noua pena affligiť. ſ. cōſcie remorſu ſibi iugiter ānūciādo noua. Figu. Iob. i. vbi cū narrata ſibi eēt expoliatio rer: dirruptō domus filioꝝ filiarūq; mors audiuit vlteriꝰ a puero q narrabat nec nō ingt ⁊ pueros occiderūt ⁊ euaſi ego ſolꝰ vt nūciarē tibi. Spūalr. p Iob q̄ iter oēs oriētales ditior erat ſubaudi fidelē xp̄i dū ē i ſtatu gr̄e hꝫ ⁊ ſpūſſancti dona ⁊ tres virtutes theologicaſ. ſ. fidē ſpē ⁊ charitatē: poſſidet ſuoꝝ ſenſuū hōeſtatē ⁊ mētis: oris ⁊ opis puritatē: ſꝫ per peccatū oibꝰ his expoliatꝰ atq; orbatus remanet nudꝰ: oibus igiť virtutibꝰ ⁊ bōis moriētibꝰ euadit ſolꝰ cōſcie remorſus. ſ. vt nūciꝫ adeptū dānū illi. Sic igitur hic remanet ad hois cruciatū vbi ⁊ ſp hos nūciet doloreſ. vn̄ Beda i quodā ſmone. Oia Beingt poterit fugere hō pter cor

ſuū. quocūq̄. n. ierit ꝛ ꝯſcia ip/ſuꝫ ſequēdo nō derelīqt. Nā ꝛ ſi alijs celat malū qđ fecit ſibi: tñ celare nō pōt: qꝛ plane no/uit malū qđ geſſit. Duplex er/go pena fit miſero. ꝛ qñ hic rea tu ſue ꝯſcie affligit: ꝛ qñ i futu/ro eterna pena punitur.

C i Improperiuꝫ expe/ctauit coꝛ meū ꝛ miſe riā. ps. lxviij. Non ē modica afflictio ad tā tā deſcēdē miſeriā vt a ſuo vel a ſua ꝓpꝛia audiat ignoꝛātiaꝫ. Hoc ploꝛabat Job ꝑ extremo doloꝛe dī. Seruꝰ meus deridet me. ſpūalr. aīa peccatrix deſcē det ꝑ peccatū ad hāc calamita/tē ꝛ miſeriā q̄ oībꝰ bonis deſti/tuta iꝓperia ꝛ verecūdiam; a Fig. ſerua ſua. ſ. cōſcia audit. Figu. Tho. iij. vbi legimꝰ q̄ puella ſ/ua Raguel iꝓꝛoperauit Sar/re filie ſue dī. Nō amplꝰ videa mus de te filios iterfectrix vi/roꝝ tuoꝝ. ꝛ ſtatiꝫ puella hoc au dito iꝓꝛoꝑrio ſolariū ſuꝑius aſcēdit domꝰ ꝛ fuſis ad deū la/chꝛymis ipetrauit a dño huiꝰ i properij curationē. Nā operā te angelo Raphaele ab eo miſ ſo. diabolus ab ea expulſus eſt qui. ſ. viros occiderat: ꝛ data ē Thobie i ſpōſaꝫ a quo recepta ē honoꝛabiliter ꝛ fecūdata. ſpi ritualiter. ꝑ ſarrā ſubaudi a iaꝫ cui peccāti ꝯſcis ſerua ſua mul tū iraſcit atq̄ iꝓꝛoperando illi dicit. ꝓpter peccatū tuū ꝛ cul/pā tuā: quā tu egiſti cū diabo/lo moꝛtui ſunt i te ſeptē viri. i. dona. vij. ſpūſſancti. Nō ampli ꝰ egrediet a te fructꝰ bone oꝑ ratiōis ꝑſſima iterfectrix viro rū tuoꝝ. Nō remanet niſi vt de ſcēdas i gehēnā cū tuo adulte/ratoꝛe diabolo. Hoc audiens aīa ꝯfundit: ꝛ aſcēdēs cum la chꝛymis ad altitudinē diuine miſericoꝛdie ipetrat cū lachꝛy mis idulgētiā ꝛ iſpiratio celitꝰ miſſa tāq̄ ſalubꝛis medicina il lā copulat xp̄o a quo honoꝛat ꝛ fecundat meritꝫ ꝛ gratijs. Er go nō ē deſpiciēda ꝯſcia. quin/imo faciēdū ē ſemꝑ qđ ſuadet. vñ Gre. omel. ix. ſuꝑ Ezec. In Gre oē qđ dicit ſemꝑ tacite debemꝰ occurrere ad mētē: ꝛ iterioꝛeꝫ teſtē ꝛ iudicē regref. Quid. n. ꝓdeſt ſi hoīes laudāt ꝛ ꝯſcia ac cuſat. Aut qd poterit obeſſe: ſi homines derogēt: ꝛ cōſcientia ſola defendat. Audi Augu. ij. q. iij. c. ſenti. Sēti qcqd velis d̄ Auguſtino. ſola me conſcien/tia in oculis dei non accuſet.

c D Oniuerſus ſum in erumna mea dum cōfigitur ſpina. ps. xxxi. Retrahit ſe quodlibꝫ animal a greſſibꝰ pꝛi mis vt ſe pūgi vel percutiēti. ꝛ ad aliam viam diuertit. Spi ritualiter. quilibet homo per viam ꝑccati gradiēs pūctiōeꝫ

cõſciẽtie ſentit. Ideo velut bru-
tis prudẽtior vel nõ inſipiẽtior
deberet via peccati dimiſſa ſuã
ſalutẽ querere. Nã deus ſ; ſua
miſericordiã voluit quoddã aie
remediũ ex ſue ↄſcientie ſpina
relinquere. vt illa punctione in
ſtigata aia ad deũ per pniam re
diret. Ex ſpina enim ↄſcientie
duo naſcũtur in anima qm̃ cu;
pena quã ex peccato homo ade-
ptus eſt ↄſideraẜ naſciẜ timor.
Et cũ ipſa aia ſolitã xp̃i miſeri-
cordiã mẽditaẜ naſciẜ ſpes. Ex
his duobus ſepe ſalus aie ↄpcu
Fig. ratur. Figura. Joſ. ij. vbi legi-
mus q Joſue miſit de ſichen
duos exploratores i hierico ad
domũ raab meretricis quos cũ
illa vidiſſet recordata eſt mira-
biliũ q̃ fecerat deus in mari⁹ de
morte pharaonis ꝛ liberatõe po
puli ſui iſrael ꝛ rogauit illos ex
ploratores vt a dñõ ſuo Joſue
ĩpetrarẽt ſalutẽ ei⁹ ꝛ totius do-
mus eius. ne cu; ipſe veniret ꝛ
terrã Hierico vi obtineret ip-
ſa ꝛ familia ſua periret cũ alijs
ſimul. Exploratores cõſtanter
illi promiſerunt ſalute; totiq;
domui ſue. dederuntq; ſibi in ſi
gnũ funiculũ croceum quẽ ap
pẽderet ad dom⁹ ſue feneſtram
quando Joſue veniret ꝛ per il-
lud fieret illi ſalus totiq; domui
ſue ꝛ hoc facto receſſerũt explo
ratores ꝺbilitate ciuitatis ꝑus
ſcita ꝛ inueſtigata. Igiẜ cũ Jo-
ſue acceſſit ad ciuitatẽ illã obti
nuit ꝛ ſaluauit mulierem. ꝛ to-
tã domũ eius ceteris morienti-
bus. ſpũaliter. Joſue qui inter
pretatur ſalus denotat xp̃m in
quo ois ſalus cõſiſtit. ſichem in
terpretaẜ ſpina: ꝛ recte denotat
ↄſcientie ſtimulu; de qua ipſe
xp̃s educit duos exploratores
ſ. timorẽ gehenne: ꝛ ſpẽ miſeri
cordie. mittit ipſos ad domum
meretricis. i. ad domũ aie pec-
catricis que ad illorũ ingreſſu;
perterriẜ timore iſernaliſ pene:
ſed ꝑmũ cogitat quid fecit xp̃s
in effuſione cruoris qm̃ ſuſcita-
uit pharaonem. i. diabolũ ꝛ li-
berauit pplm ſuũ. i. ſanctos pa
tres qui erãt in egypto. i. in ca-
ligine tenebraꝝ. ꝓſumẽs ergo
aia de ſpe venie ꝛ hos duos ac⁹
ſcõs. ſ. timorem ꝛ ſpem reuertit
ad xp̃m pro impetratione idul-
gentie. ſed vide qa dimittũt il-
li in anima ſecuritatis funicu-
lum croceũ. ſ. memoriã paſſio-
nis xp̃i que; in feneſtra cordis
appendat vt tuta fiat. Pandit
mulier ciuitaẜ ꝺbita qm̃ ſua pec
cata fideliter manifeſtat. Veniẽ
te ergo xp̃o ad diſſipandũ gen
tes hierico. i. vitia ꝛ peccata ſal
uaẜ tm̃ aia cum ſua' virtutu; ꝓ
genie. ꝛ ſic habitator efficiẜ ter
re ꝓmiſſionis cum filijs iſrael
q; efficitur habitatrix celeſtis
patrie ꝛ conſors angelorum ꝛ
ſanctorum. Ecce ergo q̃tu; eſt

vtilis ⁊ laudabilis anime con-
ſcientia a qua aie tāta cauſanṫ
Ag. bona Jō. Hugo. de ſctō victo.
eā in tātū laudat. li. i. de aia di.
Cōſciētia bona titulus eſt reli-
gionis tēplū Salomōis. Ager
benedictionis. hortus aroma-
tū. gaudium angelorū. aureum
reclinatoriū. archa federis. the
ſaurꝰ regiſ. aula dī. camera filij.
habitaculū ſpūs ſancti. liber ſi
gnatꝰ ⁊ i die iudicij aperiēdus.

C l Amie nudauerūt mam
maſ nutrierūt pullos ſu
oſ filia pplī mei crudeliſ
q̄ſi ſtructio i deſerto. Treñ. iiij.
Ferṫ lamiā eſſe ferā adeo crude
liſſimā q̄ ꝓprios pullos natos
ſtatim deuorat ⁊ occidit. Aliquī
tū naturā illā vgēte quoſdā nu
trit. Spūaliter. volūtas pūerſa
cōparaṫ lamie. imo crudelior
cēſetur. Nā lamia ſuū tm̄ pul-
lū occidit: ſed volūtas praua oc
ciſo ꝓprio filio demoliṫ occide-
re alienū. Jō lector diligēter at
tēde q̄ i ſola volūtate peccū gi-
gniṫ. Sed no. duo eſſe in pctō
ſ. cōplacētiā ⁊ hoc ptinet ad vo
lūtatē ⁊ diſplicētiā ⁊ hoc ptinet
ad ꝯſciam. pma ꝯditio cito eua
neſcit. ſecunda vo ſemꝑ manet.
vñ dī modicum ē qd delectat ⁊
eternū qd cruciat. voluntas er
go ꝯſumata ⁊ annihilita dele-
ctatiōe nititur extinguē ꝯſcie ſti-
Fig. mulū ſz ñ vz. Fig. iij. Re. iij. vbi
legimꝰ q̄ due muliēs venerūt
ad regem Salomonē poſtulan
tes iuſtitiā ſibi fieri. Quaꝝ vna
oppreſſo ꝓprio filio dormiens
furata eſt filiū ſocie ſue ſecū dor
miētis iuxta quā collocauit ꝓ-
priū filiū mortuū. Et ſic erat in
ter eas contētio. Nō Salomō
veritatē rei ſcire cupiens acce-
pto gladio diuidi iuſſit īfantē
nudū. hec ꝓpria mater audiēs
dolore ꝑuenta clamauit. Date
illi obſecro infantē viuū. Alia
aūt dicebat nec mihi nec tibi ſz
diuidaṫ. ⁊ hec nō erat mater. co
gnouit eā tūc Salomō ⁊ reddi
dit matri ſue pueꝝ viuū. Spūa
liter. mater illa que ꝓpriū filiū
dormiēdo oppſſit ſignificat vo-
lūtatē q in ſōni ſ pcti ⁊ culpe dor
miēs delectatiōnē cōſumit cito
labitur. cito tranſit. fugax pctī
delectatio voluntatis: ſed rema
net alterꝰ matris filꝰ. ſ. remor
ſus ꝯſcie. ſemꝑ ille viuit: ſemꝑ
ille ſanꝰ eſt. Sed de hoc volun-
tas multū cruciaṫ ⁊ dolet. videt
ſe orbatā voluptate ⁊ placeṫ. ⁊
videt ſocie ꝯſcie remorſū rema
nere ⁊ viuere. Jdeo dolet ⁊ af-
fligiṫ valde. Jdcirco illū vellet
occidere. Non. n. vult hunc au
dire ſtimulū. nō cupit hoc mar
tello cōcuti. Et vide qa rogat il
lū diuidi. dicenſ. Nec mihi nec
tibi ſed diuidaṫ. Quelibet hēat
ſuā portionē. Quid ergo ē hoc.
Nota igiṫ q̄ volūtas peruerſa
vellet vt ſtimulus qui ex pecca-

to relictus ē in cōſcīa diuidere tur in hūc moduȝ. vt illa.ſ.medietatē hēret cogitādo.ſ.preteritā delectationē quā in pcō habuit. ⁊ hec portio quā q̄rit p̄ua voluntas vellet ēt q̄ ↄſcia ipa ita ſ.reſtringeret clamorē ſuuȝ vt ab eo ↄtriſtari nō poſſet: ſȝ ipſa ↄſcia nō ↄſentit. Nequaq̄ȝ vult filiū ſuū diuidi: ſed dicit date illi infantē viuū: q̄ſi dicat ſi voluntas vult delectari ex eo qd̄ relinqtur ex pctō ſentiat ēt doloris aculeū: q2 acq̄ſitus eſt in pcō ⁊ hoc iudicat verus Salomon.i. xp̄s vt nūq̄ȝ hō penū cōmittat nec ipm per delectationē cōmemoret qn ſemp trahit ſtimulū ↄſcie ſecū: tāta eſt igit̄ huius filij importunitas q̄ die noctuq̄ȝ
Aug ſuū actorē moleſtat. vñ Aug. ſup Jo. Seru⁹ iqt hoīſ aliqū ſui diū duris iperijs fatigat⁹ fugiēdo regeſcit. ſeru⁹ aūt pci quo fugiat nō eſt. nō fugit ſemetipſuȝ mala ↄſcia nō eſt. quo eat. ſeq̄t ſe imo nō recedat a ſe peccatuȝ qd̄ facit int⁹ eſt: fecit peccatum vt aliquā caperet voluptatē: voluptas trāſit peccatū manet. P̄terijt quod delectat: remāſit qd̄ pungat. Hec Augu.

§ Genuerunt filios ⁊ filias. Geñ. v. magna eſt hoī diuiti cōſolatio ⁊ alacritas hñti multos filios ⁊ bonos loquit̄ de maſculis qui augent parētelā ſecus eſt de feminis q̄ depauperāt domū. Jdcirco pater plures hñs filias ſemp triſtis eſſe cōſueuit vtpote cū magnū ſit periculū illas cū paupertate nutrire. Spūalr. grāde dȝ eē hoī deuoto gaudiū cū mltos p̄ducit actus meritorios: q2 ex his auget̄ ſibi cū angelis ſāctis parentela q̄ mulctat̄ in eterna beatitudine. ſed ecōuerſo dȝ eē dolor peccatori cumulanti ſibi culpam culpe q2 irā theſaurizat ſibi dei i gehēnā. ⁊ etiā q2 ē paup ⁊ oī gr̄a dſtitut⁹ nec valet aīe ſalutē lucrifacere. Jdeo diabolus cupiēs nos celeſtibus diuitijs ſpoliare ⁊ ad inferni tormēta precipitare conat̄ ipſos bonos actus in nobis extinguere vt ſimul extinguat̄ parētela i celis. ⁊ nititur inq̄ātū pōt noſtras culpas augē vt ꝑuos nos poſſideat i gehenna. Fig. Exo.i. Fig. Vidēs pharao pplm iſrael mltū creſcere p̄cepit obſtetricibus vt cū mulieres hebree parerēt maſculos occiderēt ⁊ filias feminas obſeruarent. Dicit magiſter q̄ hec fuit cauſa q2 pharao timebat maſculoſ multiplicari ⁊ multiplicatos ſibi rebelles fieri. Jō illos iubebat occidi feminas aūt reſeruari ad faciēdam ↄcupiſcentiā egyptioruȝ. ſed obſtetrices deū timētes nō cōmiſerunt illud ſcelus: imo viuos obſeruabāt tā maſculos q̄̄ feminas. Spūalr .i nobis ſunt

due obſtetriceſ recipiētes qcqd naſcitur in nobis ſcilicet iraſci bilis ꝛ cōcupiſcibilis quarum vna gaudet de maſculo ſcilicet de bono per nos acto. Alia dolet de femina ideſt ꝺ culpa a nobis commiſſa. his ergo ſuadet pharao ideſt diabolus vt merita ſuffocent ꝛ culpas nutriant. hec pro tāto diabolus cupit ne creſcentibus in nobis meritorijs actibus rebelles ſimus imperijs ſuis ꝛ ſuam fugiam⁹ ſeruitutē. culpas vero nutriri cupit vt per illas nos ad infernū deducat ꝛ quod concupiſcūt erga nos demones libere valeāt exercere. Sed obſtetriceſ bone ſunt ꝛ eaꝝ officia fideliter exercent qꝛ reſeruant vtrunqꝫ. Nihil enim naſcitur in anima boni vel mali quin ſeruentur i ipſis preſentandum fideliter ante tribunal chriſti i extremi iudicij examine. Ideo ſi nobiſ nati fuerūt boni actus erunt hi ſi lij ſicut nouelle oliuarum i circuitu menſe noſtre. Si ꝟo culpas malas nr̄a cōſcientia repſētet cū his deputabimur ad ge
Aug. hennā. vnde Aug. in quodā ſermōe. Quid obeſt illi ſi de illa tabula cū humana vult delē igno rātia. Si eum nunqꝫ de libro viuentium propria delet conſciētia. Nam ꝛ ſi bonum quod de nobis dicitur in mente non inueniſ magnam in nobis dꝫ generare triſtitiam. Econuerſo ſi malum quod de nobis dr̄ in nobis nō inueniſ in magnā debemus proſilire letitiam.

f Iiij hois ſpeculatorem dedite. Eze. iij. Perſona volēs in die feſti cū nobilib⁹ cōuerſari cōſueuit ſibi faciē lauare ꝛ ſpeculo ſe inſpicē ꝛ videre ſi aliquid i ea deforme appareat vt illō ſtudeat reformare. Spūaliter. cum intram⁹ eccliam accedim⁹ ad cōuerſandū cum deo ꝛ angelis eius ſanctis. Ideo debem⁹ in ſpeculo ꝓprie conſcientie nos aſpicere ꝛ per conſeqnens nos lauare ne quid culpe ineniaſ in nobis ꝙ pulchritudinē diuine maieſtatis offendat. vel qꝺ decorem angelorum ſanctorū in aliquo valeat cōturbare. Fig. Exo. xxxviij. In itroitu tabernaculi erat labiū eneū de ſpeculis mulierū ꝛ iuxta tēplū erat piſci a aque. Et ſic introeuntes poterant ſpeculari ꝛ lauari ſi opus erat. ſpiritualiter ante ingreſſum future vite ꝺbemus ſpeculari faciē aie noſtre i ſpeculo forti ꝛ eneo in quo oia clare ꝛ lucide repſentanſ. hoc ſpeculū noſtra eſt conſcientia q̄ adeo enea ꝛ fortis eſt ꝙ morientibus nobis nequaꝙꝫ frangitur. ſed ſtat eternaliter ad gaudiū bonoꝝ ꝛ cruciatū damnatoꝝ repreſentans bona bonis ꝛ peccatoribuſ mala que G Fig.

fecerūt. Et nota ꝙ tūc non erit lauari poſſibile q̄ꝛ nulla ē aq̄ lachꝛymaꝝ in futura vita vtil' ad lauādū. Speculabit̄ ergo pctōꝛ ſoꝛdes ſuas fedas in ꝓpͣ ꝯſcia in quib⁹ ſibi ſūme diſplicebit. ſ; nequaq̄ȝ aquā inueniet ad lauādum. ꝑus ergo q̄ȝ illic diſcedamus: ſpeculemur faciem nr̄am ⁊ aquis lachꝛymaꝝ quib⁹ oīs macula debet̄ ōbem⁹ nos lauar̄ hoc eſt ꝙ ſcūs ille Job tūc appetebat agere an̄ moꝛtꝫ hoꝛā. ſciēs ꝙ apud inferos nulla ē redemptio. vn̄ dicebat iob. x. dimitte ergo me vt plāgā paululū doloré meū an̄q̄ȝ vadaȝ ⁊ nō reuertar ad terrā tenebꝛoſā ⁊ optaȝ moꝛtis caligine terrā miſerie ⁊ tenebraꝝ vbi vmbꝛa moꝛtꝫ ⁊ nullus oꝛdo ſed ſēpiternus hoꝛroꝛ inhītat. cōſcia ergo nos dirigat aduerſus deū qm̄ ipſa nūq̄ȝ mētit̄. Si nos nobis ſoꝛdidos idicat ſtudeam⁹ nos mūdare. Si vero nos puros eſſe idicat i tuto ſum⁹ de glia. vnde Sen̄. Cōſciētia nr̄a ianitoꝛes appoſuit. Si.n. viuimus vt dep̄hēdi ſit ſubito aſpici. Quid aūt pōt recūdere ſe ⁊ hoīuȝ oculos aureſq̄ȝ vitare: bona ꝯſcia turbā aduocat: mala aūt ꝯſcia anxia eſt atq̄ȝ ſollicita. Hec Seneca. Ergo ꝯſcia nos dirigat ne careamus in agibilibus.

Cape lr̄as tuas. Luce.
N a xvi. Miles hn̄s reddē rationeȝ de magno theſauro frequēter dꝫ libꝝ ſuū aſpicere an̄ diē rōnis reddēde. ⁊ videri ſi tn̄ hꝫ q̄ȝtū eſt oblatus ad ſoluēdū. Alioqn ſuo creditoꝛe ſubito ꝑuent⁹ min⁹ ſibi inueniēs q̄ȝ ipſi creditoꝛi debebat poſſet carceri tradi ſine vllo remedio. Spūaliter. nos ſumus debitoꝛes xp̄i de theſauro inextimabili q̄ꝛ ipſe nos redemit de nr̄a praua ꝯuerſatione. nō auro nec argēto coꝛruptibili: ſed ſuo ſanguine precioſo. Vult igitur a nobis ſatiſfieri ⁊ recipere qđ dare poſſum⁹ ꝙ ſi facim⁹ ſuppererrogat nobis vitā eternaȝ. Si aūt a nobis exiget qđ illi ħ debet̄ ꝑſoluem⁹ in toꝛmētis. iō aſpiciēdus eſt liber nr̄e ꝯſcie ſi depoſitū dei expendim⁹ in culpa totū in lib. ꝯſcie nr̄e ſcribit̄ ꝓferēdū in die rōnis coꝛā iudice Fig. Eze. xx. vbi liber ſcript⁹ intus ⁊ deforis miſſus eſt ꝓphete per man⁹ cuiuſdā. Et in hoc li. erāt ſcripte lamētatiōes carmē ⁊ veh. Spūalr. liber iſte ꝯſcia ē quā man⁹ iudicꝫ fabricauit apperiēdā in die rōis. vn̄ Ag. de ſctō vict. Cōſcia eſt liber ſignat⁹ apperiēdus in die iudicij. Reperientur ibi remiſſe culpe. lamētationes oēs. creature ēt iſenſibiles ꝯ pctōꝛes. Job. xx. Reuelabūt celi iniq̄tatē ei⁹ ⁊ terra ſurget ꝯ illū ⁊ ibi ꝯtinebūt̄ delectamēta q̄ pctōꝛ exercuit in pcō. Erūtq̄ȝ ibi ſcripta toꝛmēta ⁊ veh. q̄ ne

Fig. Ag.

ceſſe ē pati' p pctō. Apoc. xviij. Quātū ſe glorificauit ⁊ in delitijs fuit: tātū date illi tormētū ⁊ luctū. Et eſt ille liber int⁹ ⁊ foris ſcript⁹ qꝛ ⁊ que peccauimus mēte. ⁊ q̄ peccauim⁹ opere totū manifeſtat ꝯſcie liber. Ergo an̄ diē rōnis nobis ꝓuidēdū ē atq̧ legēdū qd̄ ꝯtinet ibi. ne ſup nos cadat calamitas iprouiſa.

Sen̄. Un̄ Sen̄. de q̄ttuor v̄tutib⁹. Si prudens eē cupis in futura ꝓſpectuſ itēde: ⁊ q̄ pn̄t ꝯtingē aīo tuo cūcta ꝓpone. Nihil tibi ſb ditū ſit: ſꝫ totū an̄ ꝓponas. Naꝫ q prudēs eſt nō dici nō putaui hoc fieri qꝛ nō dubitat ſed expectat. non ſuſpicatur: ſed cauet.

¶ De compunctione.

A. Ꝺlit lēticulā olei ⁊ effudit ſup caput ei⁹. i. reg. x. No. ꝙ oleū multū eſt dilatatiuū ⁊ penetratiuū. Naꝫ parua olei gutta cadēs ſup pānū mltū circūquaq̧ dilatat. Et ē penetratiuū qꝛ cadens calidū per porros carnis ſubintrans accedit vſq̧ ad neruos a qbus motis indignationib⁹ ex frigiditate cauſatis mēbra pri⁹ ſuis motib⁹ p̄uata recipiūt ⁊ motū ⁊ opationē p̄ſtinā. Et no. ꝙ oleū de amariori mā efficit tāto amplius ſubintrans hꝫ molificare mēbra eneruata. Sp̄ualiter. p oleū itelligit cōpunctionis ſeu ꝯtritionis lachꝛyma q̄ lꝫ inter ꝯū modicū qd videat dilatatur multū in ꝯſpcū dei ⁊ man⁹ dn̄i que ex nr̄e culpe frigiditate extendi ꝓhibet ad largiēdā idulgētiā: vncta hmōi oleo miteſcit ⁊ recipit p̄ſtinā ⁊ ꝓpriā opationē q̄ eſt miſereri ſp ⁊ pcere. Et no. ꝙ q̄zto lachꝛyme de amariori corde pgrediunt tāto reddūt manū xp̄i ad largiēdū gratiaꝫ ꝓmptiorē. ps̄. l. Secūdū multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo: ꝯſolationes tue letificauerūt aīaꝫ meā. Igit̄ oleū lachꝛymaꝝ diffuſiuū eſt ⁊ mitigat furorē dei vt a periculis mortis liberet ſimul corpus ⁊ animaꝫ ⁊ gratos deo faciat. Figu. iiij. reg.

Fig. iiij. vbi legim⁹ viduā quādā clamaſſe ad Heliſeū i hac forma. Ecce inqt dn̄e vir me⁹ q fuit ſuus tuus mortu⁹ eſt. ⁊ venit creditor ⁊ vult duos filios meoſ vēdere vt ſibi ſatiſfaciat ⁊ ſic orbata ero filijs vt ſum viro. ⁊ ait illi Heliſeus habeſ ne aliqd in domo tua. Que rn̄dit nihil niſi modicum olei i lechito quo vngar. vade iquit Heliſe⁹ mutuo accipe multa vaſa a cōuicinis ⁊ effūde oleū. Et vendito oleo redemit filios effuſo oleo qd̄ habebat in illis iuxta p̄ceptū prophete ⁊ omnia vaſa illius iplera ſunt ⁊ de precij reſiduo hūit mulier cū filijs vnde viueret. Sp̄ualiter. hec mulier deſtituta viro eſt perſona preuenta peccato, q̄ libo arbitrio p̄uata efficit

ꝑua peti cōtrahit debituꝫ grāde ⁊ obligat ſe diabolo. nec remanet in domo ſua qcq̄ v̄tutiſ: vñ viuē poſſit vita ſpirituali q̄a to/
Be. tū creditoꝛ ſubripuit. Vñ Beda in quodā ſmone. Cuꝫ quis mortalr̄ peccat oīa bona que fecerat in os diaboli iactat ei⁹ ſ/ uus efficit̄ ⁊ ad penā ſe obligat ſempiternā. Exigit ergo creditoꝛ vt vēdat̄ vterq̄ filꝰ. ſ. coꝛpꝰ ⁊ ſpūs. ambo. n. vult diabolus creditoꝛ ille q̄ nobis ſuas credit tētationes ⁊ nos illi obligamur per ꝯſenſū. ſed tūc recurrē dū eſt ad Helyſeum. i. ad xp̄m q̄ petijt an aliquid boni meritorij exiſtat in aīa nr̄a per qđ poſſit aīa ipſa grām inuenire. ſꝫ nihil ē ibi niſi modicū lachꝛyme. ſuadet xp̄s vt vaſa vicini accipiat q̄ ſūt plage eius ⁊ vulnera eius. Claudi igit̄ dꝫ cū illis vaſis infra coꝛ ſuū ⁊ modicas lachꝛymas q̄s hꝫ effūdere q̄ in tātū creſcēt q꞉ p̄cioſe erūt in ꝯſpectu dn̄i. ⁊ q̄ illaꝝ p̄cio ꝓ pcō ſatiſfaciat ⁊ ſibi grāꝫ cōparabit q̄ ſm deū deuote viuet. pꝫ igit̄ virtus lachꝛymaꝝ q̄ magna ſit q꞉ dilatāt mitigant iram dei ⁊ expellūt diabolū ꝯ nos inſultāteſ
Be. vnde B er. in quadā epla. O lachꝛyma humilis tua eſt potētia tuū eſt regnū ante tribunal iudicis intrare ſola non vereriſ. ſi vacua intras vacua nō exibis: ſꝫ q̄cq̄d petieris obtinebis. Accu

ſātibꝰ inimicis ponis ſilentium nō eſt q̄ te accedere ꝓhibeat. magis crucias diabolum q̄ pena infernalis. Quid plura vincis inuincibileꝫ ⁊ ſuperas omnipotentem.

v Ox turturiſ audita ē in terra noſtra. Can. ij. ꝓ/ B
prietas eſt turturis atq̄ colūbe ſemper dare vocē cū gemitu ⁊ ſic mutuo ſe cognoſcunt maſculꝰ ⁊ femella atq̄ ſuo modo loquūtur. ſpūalr̄. penitētis aīe ſemper eſt dare vocē cuꝫ gemitu. ſꝫ hāc vocem optime cognoſcit xp̄s ⁊ eā libenter audit. Ideo poſt v̄ba ꝓpoſita ſtatiꝫ ſequitur. Ueni amica mea ſponſa mea colūba mea. ⁊c. Et hoc ꝓ tāto xp̄s q꞉ nihil nouit negare aīe penitēti mediantibꝰ lachꝛymis. vñ Criſo. ſuper Mat. Ne- Criſ.
mo ad deū accedit flēs aliqñ q̄ nō qđ poſtulauit accepit. Nullus dolēter ab eo beneficiū optauit qui nō ipetrauerit: ipe eſt qui ꝯſolat̄ flētes dolētes curat penitētes iformat. Et iō ſi ꝓmptus eſt audire nos lachꝛymabili voce clamātes debemꝰ cum ꝓphta laboꝛare in gemitu nr̄o
Figu. Leuiti. xiiij. In ſacrificio Fig.
offerebat̄ par turturū aut duo pulli colūbarum: ⁊ illō p̄cipue erat ſcrificiū pauperū qui non habebāt facultatē emēdi agnū aut vitulū. ſpūaliter. ꝑ par turturū aut colūbarū ſubaudi per

oculoꝝ.ſ.cordis ⁊ corporis:⁊ il
lud eſt ſacrificiū pauperū.i.pec
catoꝝ qui ſunt oībus virtutib⁹
deſtituti:⁊ nō pñt ex ſuis merit
xp̄m emere accedentes nihilo
minus ad deū cū hoc duplici ge
mitu largā a dño ꝯſequūtur in
Caſ. dulgentiā.vñ Caſſiod.ſup illo.
ps.Laboraui i gemitu meo.ſic
dicit.Gemit⁹ dict⁹ eſt geminat⁹
luct⁹.ſ.oculoꝝ ⁊ cordis quē me
rito fideles appetūt:qm̄ dolen
tes cōſolat̄:penitētes emēdat:
diabolū fugat:xp̄m recōciliat.
O amaritudo dulcis lachꝛyme
felices ſalutaris afflictio.

C Anima mea ſicut terra ſi
ne aq̄ tibi. ps. cxlij. ne
ceſſe eſt terrā ſemp ee ſte
rilē ad quā nō pōt aqua irriga
tionis dduci ⁊ ſepe perdit̄ ibi la
boꝛ culture nec inde fruct⁹ vti
les cōſequi pñt. Spiritualiter.
aqua lachꝛymaꝝ multū neceſ
ſaria eſt agro cordis nr̄i. imo ſi
illa penit⁹ priuet̄ nequaq̄ʒ valet
fructus bone actionis ſeu ope
rationis ꝓducere. potius.n.ſpi
nas ⁊ tribulos germinabit. Id
circo ſciēs ſe habere aridū coꝛ
ad lachꝛymas:debet illas a dño
poſtulare. No.de illo cui ſuade
bat ſacerdos vt ploraret q non
valēs:itez ſacerdos dicebat pe
te illas a dño ⁊ tunc ille voca
tis notario ⁊ teſtibus ait. facia
tis mihi inſtrumētū publicum
⁊ iſti ſint teſtes ꝙ inſtanter a do
mino lachꝛymas poſtulo ⁊ non
dat mihi ⁊ ſtatim in maximas
lachꝛymas ꝓrupit.inter q̄s ſpi
ritū emiſit ⁊ ſaluus factus eſt.
Si igit̄ lachꝛyme nō habētur d
bent a dño poſtulari. Figu. Jo Fig.
ſue.xv. Suadēte Othomel aſe
vxori ſue vt apud pr̄ez ꝯquere
ret poſſeſſionē habere arentē ⁊
per cōſequēs ſterilē Caleph pa
ter eius dedit ſibi irriguū ſupe
rius ⁊ inferius. Spiritualiter.
Othomel interp̄tat̄ ſignū ⁊ de
notat rōnis iudiciū ſup quod ſi
gnatum dei lumen eſt. hec ſua
det voluntati dicens. Ecce coꝛ
noſtrū aridū eſt ſuade pr̄i tuo.
ſ.xp̄o vt aliū tibi commutet. Et
no.ꝙ caleph interp̄tat̄ oē coꝛ ⁊
bene denotat xp̄m qui eſt oium
cordiū iueſtigatoꝛ. Ad ip̄z igit̄
ſi clamabis dabit tibi irriguū
ſuperius ⁊ inferius. Superius
per contemplationem celeſtiū.
⁊ inferius per meditationē ge
henne. vnde ab vtroq̄ʒ irriguo
deducent̄ lachꝛymarum aque.
irrigantes coꝛ noſtrū ⁊ ad fru
ctus penitētie fecundantes. vn
de Greg.in regiſtro hec verba Gre
tractans ait:irriguum ſuperiuſ
accipit aīa cū lachꝛymis regni
celeſtis deſiderio affligit̄. Irri
guū vero inferius accipit cum
inferni ſupplicia flēdo pertime
ſcit. hec Gregoꝛi. hos igitur ri
uulos nobis dabit dñs qb⁹ ari
dicies cordis noſtri mutabit̄ in

molitiẽ. Ideo ipſe dicit p Eze. xxxvi. Auferã a vobis coꝛ lapideũ ⁊ dabo vobis coꝛ carneũ.
D m Alıter da mihi bibere. Jo. iiij. hõ diu itinere fatigatus libenter declinat ad potũ. nec põt qcq̃ ꝓtũc dlectabilius ꝓpinari ſibi. Spũalr. xp̃s ꝯtinue diſcurrit p coꝛda hoium ⁊ cõſciẽtias fideliũ arguẽdo iſpirãdo ⁊ ſubſtinẽdo ne dficiãt: ⁊ ex tali laboꝛe fatigatus ſit ſalutẽ nr̃a3: ſ3 nihil ei dlectabili⁹ in ſit ſua ꝓpinat lachꝛyma cõpũ
Ber ctiõis. Ber. dulcioꝛes ſunt lachꝛyme penitẽtiũ delicijs. Regnũ. Nã illis inebriat⁹ xp̃s copu
Fig. laf aie. Figu. Geñ. xxiiij. Puer Abrae cognouit Rebeccam eſſe debere vxoꝛẽ Iſaac filij domini ſui ad idriã ⁊ ad ꝓpinatõnẽ aq̃. Et iõ ad aures ſuas appendit donaria multa ⁊ fcã eſt vxoꝛ Iſaac. Spũalr. p abꝛae ẽ ſermo diuin⁹ ꝓuidẽs foꝛe aiam ſpõſa3 filio dei ad coꝛ plenũ lachꝛymar: ⁊ q̃ ẽ parata nõ ſolu3 lachꝛymas ob xp̃i paſſionẽ effundere: ſ3 ẽt ob ꝓximoꝝ ꝯpaſſionẽ. Iõ appẽdit ad aures ſuas donaria maxia: q2 celeſtes ꝯſolatiões. Math. v. Beati q lugẽt⁹ qm̃ ipſi ꝯſolabũt. Efficit ſpõſa Iſaac q iterptat riſus. q2 copulat xp̃o q ẽ riſus ⁊ gaudiu3 oiu3 angeloꝝ. ⁊ ſic p3 q̃ ꝓcioſe ſunt lachꝛyme penitẽtiũ i conſpectu dei. vñ Anſelm⁹ i lib. de meditatiõibus. O pnie lachꝛyma rutilantioꝛ auro. ſplẽdidioꝛ ſole. reſpuis auaritiam. hoꝛres luxuriã. fugis furoꝛẽ. firmas amoꝛẽ. odis malitiam. cogis peccatoꝛem oia confiteri. An.
Ibite ⁊ inebꝛiamini.
b Hiere. xxv. Gentes ſitiẽtes libẽter vadũt vbi credũt bñ bibere. Nã iter oẽs delectationes vite pñtis ſenſibiles magis ẽ ſitire. ⁊ bibere. Spũaliter. xp̃s ⁊ angeli ei⁹ multũ ſitiũt lachꝛymas penitẽtiũ. vñ Luc. xv. Gaudiũ ẽ angelis dei ſup vno peccatoꝛe pniã3 agẽte. Iõ cum ingenti gaudio poſt peccatoꝛẽ vadunt lachꝛymas poꝛtãtẽ coꝛde. Fig. Luc. xxij. Diſcipuli de mãdato xp̃i iuerũt poſt hoie3 poꝛtantẽ amphoꝛã aque ⁊ i domo illius parauerũt paſcha domino. Spũaliter. hõ amphoꝛã aque poꝛtãs ẽ pctõꝛ penitẽs coꝛ lachꝛymis plenũ ferẽs quẽ ſeq̃ntes angeli itrãt ei⁹ hoſpitium: ⁊ parãt paſcha dño. Iõ Ber. ſu p Can. lachꝛyme penitẽtiũ vinũ ſunt angeloꝝ: q2 i ipſis odoꝛ vite. ſapoꝛ gr̃e. guſt⁹ idulgẽtie. ſanitas redeũtis. inocẽtie claritas. recõciliationis iocũditas. conſcientie ſuauitas. Fig. Ber
a Qua exceptiõis ſanctificat. Nume. xxxi. Miniſtri mẽſe pncꝑ

pum ante miniſtrationis offi-
cium debẽt lauari. ⁊ loti mini
ſtratiõis officiũ exercere. aliogn
abhorrẽt eos dñi: ſi vidẽt imũ-
dos. Spũaliter. nos fideles ſu
mus miniſtri mẽſe xpi: q intrã
tes eccleſiã accedim⁹ ad mẽſaȝ
altaris: vt ipſe cõuiuiũ ſuũ pa-
rauit. ſibi. n. miniſtram⁹ oratio
nes nr̃as ⁊ petitiões nr̃as. ſi lo
ti ſum⁹ ⁊ mũdi recipit libẽter.
Si vero imundi ⁊ fedi nos re-
pellit. Iſa. lxv. dicẽs. Recede
a me: nõ appropinques mihi:
q2 imũdus es. Jõ anteq̃ȝ vada
mus debemus abijcere veſtes
imũdas: ⁊ loti aqua lachryma-
rũ accedere ad exercẽdũ mini-
Fig. ſteriũ noſtrũ. Fig. Exo. xl. vbi
pcepit moyſi dñs dicẽs appli-
cabis filios Aarõ ad fores ta-
bernaculi teſtimõij: ⁊ lotos aq̃
indues veſtib⁹ ſanctis: vt mini-
ſtrẽt mihi. Spũalr. moyſes eſt
diuini verbi pdicator q ẽ exe-
cutor ⁊ pnũciator mãdatoꝝ dei.
Aarõ filij ſunt fideles xpi. Hiſ
ergo pdicator ſuadẽ dȝ: vt veni
entes ad hoſtiũ tabernaculi. i.
ad pniaȝ q̃ ẽ eterne vite porta:
ſtudeãt p lotionẽ lachrymarũ
oẽs peccati ſordes detergere ⁊
veſte cãdida a ſacerdote p abſo
lutionẽ veſtiti audacter ad mẽ
ſaȝ dñi accedãt ⁊ ppinẽt laudeſ
debitas atq̃ȝ gratiaꝝ actiones.
qm̃ placidi apparebũt i cõſpe-
ctu dei: ẽt ſi pmo fuerãt multis
ſordibus inuoluti. vñ Petrus Pe
Rauẽnas. Quis i ſeculo pec-
cauit enormi⁹ Paulo. Quis i
regiõe graui⁹ Petro. Jlli tñ p
lachrymas ⁊ pniam meruerũt
conſequi non ſolum miniſteri
um: ſed magiſteriuȝ ſanctitatꝭ.
n Iſi qs renat⁹ fuerit ex
aq̃ ⁊ ſanguie ⁊c̃. Jo. iij. S
Ex calido ⁊ frigido fit
medicina tempata q̃ valde ſa-
natiua noſcit̃ hũani corporis.
⁊ rõ ẽ. q2 ſanitas exiſtit i adeq̃-
tiõe humoꝝ q̃ ẽ q̃dã tẽperies.
Jõ ſimile iducit̃ a ſimili. Spi-
ritualiter ex calido ſanguie ie
ſu xpi: ⁊ ex frigidis lachrymis
fit medicina multũ aie nr̃e ſalu
tifera. Nã tante charitati xpi ⁊
tã caro pcio qs rñdere põt? qs
pſoluet ſibi qđ ei dat̃ tenemur
ſȝ h̃ tẽperãt lachryme cõpũctio
nis. Nã ſi nr̃a peccata ipȝ cru-
ci dãnarũt lachryme nr̃e ipſuȝ
erga nos mitigãt. vñ ipſe ait p
pphetã in q̃cũq̃ȝ die igemuerit
peccator iniqtatũ ei⁹ nõ recor-
dabor ãpli⁹. Fig. Numeri. xix. Fig.
vbi legimus dñȝ pcepiſſe filijs
iſrael. Ois inqt q tetigerit hu-
mane aie morticinũ ⁊ aſpſus ñ
fuerit hac amixtiõe polluet ta-
bernaculũ dñi ⁊ pibit ex iſrael
q2 aq̃ expiatiõis nõ ẽ aſpſus: v
vt pateat clari⁹ expoſitio no. q
ex pcepto dñi adducebat̃ vaca
ruffa ſine macula q̃ nũq̃ȝ porta
uerat iugũ ⁊ extra caſtra i con

ſpectu oĩuꝫ ĩmolabaꝛ̃: ⁊ ex eiꝰ
ſanguine digito ſepties aſpge-
baꝛ̃ circa fores tabernaculi. Jñ
ille q tetigerat aĩe mõticinũ aq̃
mixta cinerꝭ vace ⁊ ꝯbuſte aſp
gi ỏbeat. Spũalr. p hãc vacaꝫ
ſine macľa q̃ iugũ ñ portauerat
ſbaudi pũiſſimã carnẽ ieſu xp̃i
q̃ nec maculata potuit eẽ actua
li pcõ nec iugũ portauit origia
lis pcti. hãc igr̃ ꝯmẽorari debe
mꝰ extra hierľꝫ ductã: ⁊ i mõte
caluarie imolatã ꝑ nob̃ i ꝯſpcũ
oium. Spẽs.n. aſpgũꝛ̃ ſãguie
illo tabnaculi: qꝛ ſi diſtricte ⁊ or
diate ꝯfitemur fores ſeptẽ pctã
capitalia deſcẽdẽt i nos ſeptem
ꝑncipalia ⁊ ſci ſpũs dona: ſꝫ aſ
ſumẽda ẽ aq̃ lachrymaꝝ ſi debe
at fieri expiatio ⁊ ꝓpitiatõ pro
pctis: qꝛ niſi peniteat vite pteri
te noua ichoari ñ põt: ⁊ q ñ flet
qꝺ dꝫ nõ obtinet qꝺ vult. Req
riꝛ̃ cinis .i. imitatio hũilitatis
xp̃i q dicit. Diſcite a me qꝛ mi
tis ſũ ⁊ hũilis corde. Jgiꝛ̃ qcũ
qꝫ tetigerit morticinũ anime.i.
pctm̃ mortale. ⁊ ſic nõ fuerit aſ
perſus ſanguie videlꝫ ⁊ aq̃ peri
bit de pplõ xp̃iano: ⁊ delebiꝛ̃ de
libro vite. ergo cũ imũdos nos
eẽ cognoſcimꝰ ad remediũ paſ
ſiõis lachrymãtes recurramꝰ
Ber ⁊ curabimur. vñ Bern. paſſio
tua dñe ẽ vltimũ rmediũ ſingu
lare refugiũ deficiẽte ſapia iuſti
tia nõ ſufficiẽte ſubcũbẽtibꝰ me
ritis illa ſuccurrit. cũ ergo deſe

cerit vtꝰ mea ñ ꝯturbabor ñ diſ
fidã: ſcio qd faciã calicem. ſ. la-
chrymaꝝ ſalutariſ accipiã ⁊ no
mẽ dñi invocabo.

D Eſicauit dñs aq̃s marꝭ. D
Joſu. ij. tpe magni eſtꝰ
cito deſicaꝛ̃ aq̃ ẽt ſi magna aq̃ꝝ
pceſſerit iundatio. tãta.n. ẽ vis
caloris ſolis deſup vt aq̃s ꝯgre
gatas cito deſiccet. Spũalr. tpe
lachrymaꝝ fluxꝰ q̃ effundũꝛ̃ ex
pcti amaritudie: aduenies ca-
lor diuini amoris p idulgẽtiã.
Aia ſic mad efacta lachrymis
rgiꝛ̃ recipiẽs ꝯſolationes beni-
gnas. apoc. vij. Et abſterget ds
oẽm lachrymã ab oculꝭ coꝝ. Fi. fig
iij. Re. xviij. Cũ Helyas con-
ſtructo altari ⁊ oppoſito ſacrifi
cio: appoſitiſqꝫ lignis tribꝰ vici
bꝰ aquã ifudit: ⁊ fuit tã magna
q̃titas aq̃: vt repleret ex ipſa
vna magna fouea: ⁊ tũc coraꝫ
mľtitudie iuocato auxilio dñi
ſtatiꝫ deſcendit ignis ⁊ ꝯſũpſit
oia: ⁊ adeo aquã ſiccauit vt ibi
nullũ aq̃ veſtigiũ videꝛ̃. Spũa-
ľr. p Helyã ſubaudi xp̃i fidelẽ
q p patiẽtiã aduerſoꝝ ſeipm̃ ſa
crificiũ pbet ſuſtinẽdo tẽtatões
paupratis ⁊ iniurie effũdit tri-
plex lachrymaꝝ genꝰ. ſ. ex deſi-
derio celeſti regni. ⁊ timore in-
fernalis ſupplicij. ⁊ ex recorda
tiõe ſui pcti. Clamat igiꝛ̃ ꝑ xp̃i
auxilio ꝯpũcto corde: ⁊ illꝺ ſa-
crificiũ acceptãs deꝰ mittit ſpũs
ſci grãm de celis excludẽte oẽs

ↄſflictiões ⁊ penas ⁊ ↄferentez
Ber. ſpũales ↄſolatiões. Ber. d cõ
tẽptu mũdi. Felices igr̃ lachry
me q̃s benigna man⁹ ↄditoris
abſtergit: ⁊ btĩ oculi q potu⁹ eli
gũt liqueferi talibus q̃ȝ eleua
ri i ſupbia q̃ȝ oc̃ ſublime vide
re q̃ȝ auaritie ⁊ petulantie fa
mulari.

I Volo mũdari. Mar. j.
v ſũme reprehenſibilis ẽ
grauĩ morbo laborãs ⁊
cognoſcẽs medicinã ſuo mor
bo neceſſariã ſi illã nõ exercet.
Null⁹.n.ↄpati tenet̃ ſibiipſi ñ
ↄpatienti. Spũalr. petõr labo
rat mortali egritudie: ⁊ tñ co
gnoſcit illã poſſe ſanari ⁊ mun
dari lachrymis ↄpũctiõis ⁊ pe
nitẽtie, put exẽplarit̃ videt, p il
lã ſiles ⁊ maiores lãguores fuiſ
Am. ſe purgatos. Amb. ſup Lucã.
Lachrymas petri lego. ſatiſfa
ctionẽ nõ lego. ſȝ qđ defẽdi nõ
pt: ablui põt. fleuit amar̃ vt la
chryme lauarẽt delictũ. Nõ iue
nio q dixerit: ſed q fleuit. hec
Amb. ⁊ nihilomin⁹ pctũ petri
maximũ fuit: q2 xp̃m negauit:
ergo debem⁹ ad lachrymaꝝ aq̃s
accedere: ⁊ oĩum pctõꝝ nr̃oꝝ
memores exñtes lachrymas p
ſingula effundẽ: ⁊ ſic purgabit̃
Fig. ⁊ mundabit̃ aĩa nr̃a. Figu. iiij.
Reg. v. vbi legim⁹ q Naamã
ↄ puella iſrael ſerua vxoris ſue
ſuaſus iuit ad Helyſeum Sa
mariaȝ ⁊ precepto illius deſcẽ
dit in iordanẽ ⁊ ſepties ibidẽȝ
totus mũdat⁹ eſt: ⁊ reſtituta eſt
caro eius ſicut caro pueri puu
li. Spũalit̃. Naamã leproſus
denotat pctõrẽ q pcti lepra per
cuſſus eijcit̃ de ſctõꝝ ↄſortio. hȝ
tñ puellã ſeruã ex iſrael p quaȝ
ſignificat̃ ↄſcĩa. h.n. videt oĩa.
Interpretat̃.n. iſrael vidẽs de
um. h.n. ſuadet dñe ſue. i. aie:
vt cor accedẽs ad cuſtodiã do
ctrine ſacre accedat ad ꝓphetã
Helyſeũ q interpretat̃ de⁹ me⁹
⁊ denotat ſacerdotez: qui gerit
vicẽ dei ſuper cõfeſſiõe pctõris.
igit̃ ſuadet pro peccatis dolere
lachrymaſq̃ȝ effundere ꝓ illis
ſepties. i. per capitalia vitia diſ
currendo: vt ſic aĩa eius inocẽ
tie reſtituat̃ per lachrymas re
nouata. Unde Gre. in morali. Gre.
Qui neſcit lugere qđ grauat, p
ferre nõ valet qđ ſubleuat vex
compũctiõis poros aperit cor
dis ⁊ pennas virtutuȝ fundit.
Cũq̃ȝ ſe ſtudioſe mẽs de pugne
vetuſtate redarguit alacri nouĩ
tate inuaneſcit.

d Iminute ſunt aq̃. Geñ.
viij. videm⁹ ciuitatẽ ob k
ſeſſũ nõ eẽ tutã cum illi
hoſtes poſſunt aquas prohibe
re. Nã ſitis ferro ſeuior eſt et
ſeuius ferro pugnat. Põt.n.
hõ ictũ ſagitte vitare ſcuti ꝓtec
tiõe valat⁹: ſȝ cordis arriditatẽ
potu deſtitutuſ ſedare non põt.
Spũaliter. Aia noſtra in vita

pſenti multipliciter eſt obſeſſa. Ber. Ber. in quodã ſermone. Heu me dñe qd faciã quo me vertã vndiqꝫ bella vndiqꝫ tella volãt. eſt tñ in tuto hñs lachrymas cõ pũctiõis. Nã per illas extinguñ tur ardẽtes hoſtis tẽtationes. His vo ceſſãtibus areſcũt vtu tes ⁊ nequeũtes aiam defende re aia ẽ in periculo tradẽdi ſe i Fig. manus diaboli. Fig. Judit. vij. Cũ Holofernes obſideret be tuliã nihil valuit ꝯ ipſam quo uſqꝫ ciuitas habũdauit aq̃. ſed Holofernes iueſtigata ſubter ranea canalia fec̃ obturari. Et ſic ciuitas priuata eſt aqua. ⁊ tc̃ filij iſrael perterriti deliberaue rũt ſub ſtatuto tpe ciuitatẽ tra dere Holoferni. Spiritualiṫ. per Betuliã quã habitabãt fi lij iſrael ſubaudi aiaꝫ humanã quã habitãt memoria intelligẽ tia. ⁊ volũtas in quibus cõſiſtit imago di ergo q̃ꝫdiu lachryme cõpũctionis fluũt. a corde oẽs ciues fortes ſũt. Sꝫ vide ꝙ Ho lofernes ſtudet obturare cana lia. Nota ꝙ per tria canalia la chryme ad aiam fluunt q̃ ſunt cõſideratio celeſtis glorie. me ditatio infernalis gehẽne. ⁊ re cordatio pterite culpe. His er go canalibus apertis lachryme fluunt qbus tota aie familia ſu Caſ. ſtẽtaṫ vnde Caſſiodor⁹ ſup. pſ. Fuerunt mihi lachryme. m. pa nes die ac nocte ſic dicit. Flet⁹ eſt cibus aiarũ. corroboratio ſẽ ſuũ. abſolutõ peccatoꝝ. refectio mẽtiũ. lauacrum culparum.

P Luuiã volũtariã ſegre gabis de⁹. pſ. lxvij. Ui dem⁹ ꝙ qñ ſtat terra ſi ne pluuia vmes ⁊ ſpẽtes mul tiplicanṫ intantũ ꝙ ſemina de ſtruũt ⁊ aer ex hoc inficitur. ſed magna tũc ſubſequẽte pluuia vermes ⁊ ſerpentes oẽs moriũ tur ⁊ aer purificaṫ. ⁊ peſtis ⁊ in fectio remoueṫ. Spũalr. cũ aia nr̃a ſtat multũ ſine lachrymaꝝ pluuia creſcũt in ipſa vermes ⁊ imũditie voluptatũ: ſerpentes: auaritie ⁊ cupiditatuꝫ. infectio ſuperbie ⁊ iniqtatũ. ⁊ cetera vi tia. intantũ nocẽtia opera bõa ⁊ ſemina bonarũ operationum ⁊ cogitationũ deſtruẽtia. ꝙ aia tota inficitur ⁊ marceſſit. Ne ceſſaria eſt tunc lachrymarum pluuia ad tãta icõmoda reparã da. Figu. Geñ. vj. vbi legiṫ qꝺ Fig. terra erat tota corrupta: itatuꝫ ꝙ dixit deus. Penitet me feciſ ſe hominẽ. Igiṫ miſſum eſt ma gnum aquarũ diluuiũ: ⁊ tũc ex tincta eſt caro vniuerſa q̃ erat ſuper terre ſuperficiẽ. Et man ſit archa in q̃ ſaluate ſunt. viij. perſone poſitus eſt Arcus in fe dus: ⁊ a colũba portata eſt oli ua virens in archã. ſpiritualiṫ. per terrã infectã ſubaudi iferio rẽ ſeu exteriorẽ hoieꝫ q nimiũ deũ grauat voluptatib⁹ ⁊ peccaṫ

tāta īfectio creſcit ex eo ꝙ niſi
vnda lachꝛyme itercedat ñ re-
manebit i aīa qcꝗ̄ boni. ſ; ſi ce
lit⁹ mittat̄ ad coꝛ lachꝛymaru;
diluuiū extinguet̄ oīs caro. i.
carnal' affect⁹ recōciliat̄ deus ⁊
archū ſue ire reuoluit vt ñ poſ
ſit nos ꝑcutē. q̄ꝛ coꝛda v̄ſus ter
rā poſita ſūt. Remanēt. viij. bti
tudines viue i aīa q̄ numerāt̄.
Mat. v. Beati mūdo coꝛde ⁊c.
poꝛtat colūba. i. gr̄a dī oliuā vi
rētē ga pacē ⁊ tranqllitate; aīe
poꝛtat ⁊ ꝯſcie. Ecce bonū q̄d ſe
qtur ex lachꝛymaꝝ inūdatiōe.
Cri. Vñ Criſ. ſup Mat. ſic p⁹ vehe-
mētes hymbꝛes aer mūdus ⁊
purus efficit̄: ita ēt poſt lachꝛy
marū pluuias ſerenitas mētis
ꝯſequit̄ atqꝫ trāqllitas.

M f Luminis ip̄etus letifi
cat ciuitatē dei. ps. xlv
Cōſueuerūt obſides iu
xta ciuitatē caſtrū ligneū erigē
aliqñ eq̄ magnitudinis ⁊ altio-
ris q̄ꝫ ſint muri ciuitat̄. ⁊ tūc ci-
uitas nō eſt in tuto q̄ꝛ in talib⁹
caſtris ſunt ſagittarij pꝛoijcien
tes ſagittas in ciuitatē etiā pñt
ide ꝓijcē ignē ⁊ multa alia le-
ſoꝛia qb⁹ ciuitas poſſꝫ pdi: ſūmū
tñ remediū ē vt ſecrete aq̄ duca
tur p ſubterraneos meat⁹ ad lo
cū vbi illō batifoliū eſt errectū
q̄ꝛ nō hēat fundamētū firmum
ip̄etu aq̄rū dirruet̄: ⁊ ſic libera
bit̄ ciuitas nō habētib⁹ hoſtib⁹
locū vbi poſſint ſe tueri. ſpūalr.
diabol⁹ cupiēs expugnare aīa;
nr̄a; erigit ꝯ nos batifoliu; co-
gitationū malaꝝ ⁊ ibi collocat
ſuos expugnatoꝛes. ſ. ſupbiā: i
uidiā: ⁊ alia ꝑncipalia vicia: ⁊ i
tñ erigit̄ aliqñ erga nos ꝙ aīa
nr̄a nō ē i tuto: q̄ꝛ ſagittas igni
tas cupiditatis aliqñ ſagittant
ad aīa;: aliqñ imūditiā carnali
tat̄: aliqñ lapides ire ⁊c. Que q
dē ſi per cōſenſū feriāt volūtatē
ciuitas aīe ꝑdita eſt ſummum
ergo remediū ē clā p oculos coꝛ
dis lachꝛymaꝝ flumē emittere
ꝙ ſi attingit ad caſtrū fundit⁹ il
lud dirruit ⁊ capiet̄ ibi diabol⁹ i
aſtutia ſua ⁊ capiet̄ ⁊ ꝯfundet̄.
Fig. Nau. ij. vbi vidit ꝓph̄a ere Fig.
ctū edificiū ad modū tēpli ⁊ ap
te ſūt fluuioꝝ poꝛte. ⁊ tēplū ſta-
tim diruptū eſt. ⁊ miles ibi aſſi
ſtēs captiuus duct⁹ eſt. Spūali
ter. ſubaudi per illō edificiū cō-
gregationē tētationū quā ſtu-
det diabol⁹ erigē iuxta coꝛ nr̄;
⁊ ibi moꝛat̄ diabol⁹ cū exercitu
vitioꝝ vt capiat aīa; p ꝯſenſu;.
ſ; ſi fluuiū lachꝛymaꝝ circa ip̄;
mittam⁹ mūitōes ei⁹ diſſipam⁹
⁊ ip̄; ſub laq̄o captiuam⁹. Exē-
plū hēm⁹ d̄ magdalena ꝯ qua;
diabol⁹ magnū ꝯſtruxerat ꝓpu
gnaculū. Illa tñ oīa lachꝛymā
do deſtruxit. vñ Cypꝛian⁹ in li. Cy.
d̄ agēda pnīa. Abſterge lachꝛy
mis tuas cicatrices ſic pcñ mu
lier illa in euāgelio ⁊ fetoꝛē ſui
erroꝛis abſterſit: ſic clpā diluit

⁊ omnibus qui volunt veniã ꝓmereri magiſteriũ p̄ſtitit.

Nubes tráſierũt. ps. xvij.

N n õq̃ aliquádo nubes ex materia amara generẽtur vt patet de vaporibus eleuatis ⁊ in nubes condenſatis. nihilominꝰ virtute celeſti nubes ille in pluuiã redacte dulciſſime ſunt ⁊ fecundant terram. Spiritualr. cor pcõris cõparaꝛ mari. Iſa. lvij. Cor impij q̃ſi mare feruẽs igiꝛ cor pctõris amariſſimũ ẽ peccati amaritudine. verũ eſt ꝙ iterdũ virtute radij ſolis. i. diuine gr̃e eleuanꝛ vapores. i. ꝯſiderationes cauſantes doloris nubes ⁊ amoris. ⁊ redacte in lachrymarũ pluuiam dulciſſimã fecũdãt agrũ aie. vt ꝓducat fructus bone operationis deo acceptos ⁊ gratos. Fig. iij. Reg. xviij. Nubecula parua aſcendebat de mari ⁊ ecce celi contenebrati ſunt. ⁊ facta ẽ pluuia grãdis ſine qua fuerat terra tribus annis ⁊ menſibuſ. vj. ꝓpter qꝺ fuerat eſuries magna ⁊ nũc facta eſt abundantia magna. ſpũaliter. Nubecula ꝺ mari aſcẽdit qñ cõpũctio de peccatis conſurgit. ⁊ tenebranꝛ celi. qꝛ aie ꝟtutes celeſtibus ſimiles cõtriſtanꝛ vt eſt memoria itelligẽtia ⁊ volũtas. Cõuertiꝛ i pluuiã nubes eleuata qñ cõtritio ꝺ corde vſq̃ ad oculos perueniẽſ reſoluiꝛ in lachrymas. Fecũdatur aia virtutibꝰ ⁊ bonis operibus que ſterilis ſteterat. vi. miſericordie operibꝰ. ꝓpter. iij. mala qbꝰ fuerat occupata. ſ. ꝯcupiſcẽtia carniſ oculoꝝ: ⁊ ſupbia vite: pꝫ ergo ꝙ dũ cũ amaritudie pctã nr̃a pẽſanꝛ a nobis ⁊ duꝫ i pluuiã ꝟtunꝛ ocli ob dei tiorẽ q̃t: ſubſeqtur in nobis cõſolatio ⁊ dulcedo. vñ Ber. in ſuis meditationibꝰ ecce inqt me miſerũ multis meroꝛibꝰ plenũ dum vitã meã timeo: dũ pcã mea ꝯſidero: dũ iudiciũ tuuꝫ formido: dum horã morꝭ cogito: dũq̃ h̄ ⁊ alia mecũ lachrymabilr pertracto ꝯſulaturꝰ ades ſolita pietate. ⁊ iter has q̃rellas nimioſq̃ ploratꝰ atq̃ ꝓfunda ſuſpiria cordis aſſumis meſtã atq̃ anxiaꝫ aiaꝫ meã ⁊ mẽtẽ ſup alta mõtiũ deducẽs. locas inter paſcua paradiſi qbꝰ tũ refocillatꝰ diuitiis miſeriaꝝ oblitꝰ i te vera pace requieſco Hec Bernardus.

Fig.

Ber.

¶ De detractione.

F f Oris canes ipudici ⁊ venefici Apoc. xxij. Aliq caneſ adeo ſunt imundi vt ſemp turpioribꝰ veſcanꝛ ⁊ reſumũt vomitũ ⁊ oẽm imũditiaꝫ comedũt. ſũt ẽt cũ h̄ ꝓditores. qꝛ oibꝰ blãdiẽtes inſidianꝛ eis vt mordeãt eos retro. ſpũalr. canes imũdi denotãt detractores quoꝝ ligua ad turpia ꝓximoꝝ ꝓferẽda ſemp ꝓmpta ẽ blãdiũtur in facie ⁊ retro mordẽt. ⁊ ſe

pe replicāt mala que pandunt.
Fig. Figurati ſūt p canes q comede-
rūt Jezabel.iiij. Reg.ix. Jeza-
bel interpretat ſterquilinium ꝛ
ibi comedūt ꝛ veſcunt ſemp im-
mūdis. Nō.n.narrant bona q̄
viderūt.ſed ſoluz ſeruāt turpia
q̄ ꝓferāt turpiores ſūt purgan-
tibꝰ latrinas qꝛ iſti poꝛtāt ſtercꝰ
in ſpatuliſ iſti vero in ligua gar-
riūt hi canes neminē dimittūt
illeſum nō eſt qui ſubterfugiat
Val. morſū illoꝝ.vñ Vale. maxi. li.
iij. Nulla tā modeſta felicitaſ ē
q̄ malignitatꝫ dētes vitare poſ-
ſit:diuites enim ſunt alienis ia-
cturis locupletes alienis cala-
mitatibꝰ:imoꝛtales funeribus.

Rit vobis clauꝰ in ocu-
B c lis ꝛ lācea i ſpatulis.nu-
meri.xxxiij. No.ꝙ ſcoꝛ-
pio anterioꝛibꝰ brachijs blādit
ſed carnes diſponit ad vulnus
cauda vo q̄ſi aculeo pugnat iſū-
dēs venenū moꝛtiferū. ſpūalr.
detractoꝛ blandit vt ſcoꝛpio qꝛ
in facie ꝛ retro percutit. diſpo-
nit etiam aures audientiū aliq̄
virtuoſa illius cui vult detrahē
vt inducat audiētes ad creden-
dū venenoſa que cupit ꝓferre.
Vbi gr̄a.talis eſt pꝛudens ꝛ ſa-
piēs:verū eſt ꝙ eſt latro ꝛ filia.
Fig. Figu.Jud.iiij.Jael.i.ꝓbuit lac
ſiſare ꝛ eo doꝛmiēte cōfixit capi-
ti ſuo clauū.ſpiritualiter.ligua
detractoꝛis pmo leuia ꝛ ſuauia
ſub fraude miniſtrat vt poſſit li-
berius moꝛtiferam detractionē
ꝓferre. Jō tal' ligua bñ acuto ia-
culo cōparat Ber.in quodā ſ- Ber
mone. Nūqd nō lācea ē ligua
detractoꝛis ꝑfecto acutiſſima q̄
tres penetrat ictu vno.ſ.cui de-
trahit ſeipſū ꝛ audientes.

Edit terra eoꝛum ra-
D nas. ps. ciiij. Not. ꝙ
rana exiſtēs in luto C
noctis tempoꝛe multū clamat
tpe lucis tenet tacet. Dicit.n.io-
ſephus ꝙ tres ſūt ſpecies rana Joſe
rū: q̄ꝝ vna ſtat in luto:alia i ter-
ra ꝛ vocat rubeta ꝛ eſt venenoſa
valde.alia vo minuta eſt ꝛ bre-
uis ꝛ ſolet tpe magni eſtuſ poſt
pluuiā appē i tra ſiue i puluer.
ſpūalr.p ranas mltū clamoꝛo-
ſas ſubaudi detrahētiū liguas
q imerſi ſunt i luto pcti vſqꝫ ad
gutur ignoꝛātes/ fetoꝛē ꝓpꝛiuz
ꝛ alios detractionū clamoꝛibꝰ i-
quietāt. Tacēt i die.ſ. cū eoꝛū d-
tractiones pñt dephēdi mēda-
ces garriūt aūt in auribꝰ eoꝛū
a qbꝰ ſe vidēt libēter audiri.tri-
plex eſt detractoꝛis ſpēs. Aliq
in aq̄ ſupficie clamant qa ſupfi-
ciem peccati ꝓximoꝝ vidētes ſb
cum detractionibus ꝛ adulatio-
nibus pandunt dicenteſ ꝛ affir-
mantes verū eſſe quod neſciūt.
Aliqui vo occulte ſimulāt ꝛ ſo-
num faciūt dulcioꝛem cōponē-
tes ex malignitate falſa crimi-
na ꝓximis fraudulēter impo-
nunt. de his ꝓpheta loqtur. vñ

ps. Sepulchrum patens ē gut-
tur eorum. l. s. d. a. Alia ē spe-
cies ranarum minutaꝝ: ſꝫ mul-
tū fedāt aerē: hi ſunt detracto-
res q interdū ⁊ ſi nō mētiūť de-
trahēdo. Fedi tñ ſunt inſuꝑ lu-
brica q̄ ꝓferūt obſeruādo. Nō
arguūt ꝓximū ď pctō: vt ꝓuēt
charitatꝭ ꝑceptū. ſꝫ corā oībus
murmurāt: vt corā oībꝰ delin-
quētē īfamēt. Iſte ſunt rane q̄
Fig. fedauerūt egyptū. Fig. Apoc.
xvi. vbi beatꝰ Ioānes vidit de
ore beſtie tres ſpūs imundos
exire i modū ranaꝝ. ſpūaliter.
per hāc beſtiam ſubaudi dialo-
lum per cuius flatū ſeu anelli-
tum detractores loquūť. Et hi
qui libenter audiunt detracto-
Ber res. Ber. in li. de conſideratio-
ne. detractor inqt ⁊ liberus au-
ditor vterqꝫ diabolū portat au-
ditor i aure. ⁊ ďtractor i ligua.

D d Euorabunt eos aues
morſu amariſſimo.
Deutero. xxxij. No.
q̄ ſunt q̄dā aues co-
medentes grana: ⁊ ſunt mūde
⁊ humano vſui vtiles: vt ſunt
colūbe ⁊ turtures. Alique ve-
ro comedentes cadauera vt ſūt
corui ⁊ vultures. ⁊ he aues ſūt
imūde. Iō i ſacrificio pōi nō po-
terāt. vt pꝫ i leuiti. Aues vero
munde in ſacrificio ponebanť.
ſpiritualiter. per aues mūdas
ſubaudi ſimplices ⁊ ſanctos re-
frenātes linguā ſuam: ⁊ nō ape-
rientes os ſuū in dolo ꝓximi.
ſunt. hi. n. ſacrificium deo acce-
ptū. Iſti aſcendent i montē ſan-
ctum dñi: ⁊ ſtabunt in loco ſan-
cto ſuo in eterna beatitudine.
per aues vero immundas ſubau-
di detractores carnes ꝓximo-
rum comedentes ⁊ lacerātes.
Et merito dicunť imūdi: quia
omnium hoīum imūdiciā por-
tant in lingua illa veſcuntur. ⁊
ſuper illa requieſcunt. Nam ſi
in vno ⁊ eodem homine aſpici-
ant multas virtutes nullamqꝫ
earū capiunt obſeruant: ſi quic-
q̄ꝫ peccati videre poſſint ſuper
illo quieſcūt. illud lacerāt. illď
proferunt ⁊ ampliant. ⁊ per il-
lud omnia bōa acta extinguūt.
⁊ ſic lacerāt carnes proximoꝝ
amariſſimis morſibus ⁊ aliis
ēt lacerando proponūt. Cōtra
tales loquitur ſap. ꝓuer. xxiij.
Noli inquit eē in conuiuiis po-
tatorū. neqꝫ comedas cum eis.
qui carnes ad veſcendum pro-
ferunt. Que verba exponens
Grego. in mora. ſic ait. carnes Gre
ad veſcēdū conferre eſt in collo-
quutione derrogatiōis vicīm
ꝓximoꝝ vitia enarrare. Hi igi-
tur velut imundi ſpernūt mū-
da ⁊ amplectuntur ſtercora. Fi Fig.
gura. Gene. viij. de archa fue-
runt miſſi coruus ⁊ columba.
Igitur coruus inuento corpo-
re ſuper illud conquieſcēs nō
amplius ad archam reuerſus

eſt. Colūba ꝟo reuerſa eſt portans ramū virentis oliue. ſpiritualit. volāt ꝑ hāc vitā ſimplex ⁊ detractor hicinde. Sed detractor inuenta putredine culpe alicuius reſidet ibi ⁊ in illa paſcitur ⁊ quieſcit oblitus redire ad cōſortiū dei ⁊ ſanctorum. ſuper illa nō reſidet columba. i. ſimplex ⁊ rectus. ſed inuētis ꝟtutibus ⁊ bonis operibus in ꝓximo illa imitari ſtudet ⁊ cū virēte charitate vadit ad xp̄z cū angelis. Sed nota ꝙ aues paſto auide capiunt ibidē ſepe qꝛ circa illa occultus eſt laqueus vel ſagitarius. ⁊ ſic capitur vel feritur ſic contingit de detractore. Auidus. n. de detractione interdū nō aduertit corā quib⁹ loq̄tur ⁊ quid loquat. Et iō ſepe in mēdatio cap⁹ vituperat ⁊ confunditur. vnde Hie. ad ruſticū monachū. Sicut inqt ſagitta ſi mittat ꝯ durū nōnunq̄ reuertitur in mittentē ⁊ vulnerat vulnerantē; ita detractor cū viderit triſtem faciē audientis imo nō audientis: ſed obturātis aures ſuas ne audiat ſaniē: illico contriceſcit. palet vultus. herēt labia ſaliua ſiccatur.

Hie.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad liguā doloſam. Sagitte potentis acute. ꝑs. cxix. Cū videt hō feram ſuper ſe aperto ore venientem: debet ſi poteſt a diſtantibus illam percutere ſagitta vel lancea. Ideo optime faciunt ſagittarij per nemora ſilueſtria arcū vel pharetrā portātes. Spūalr. detractor cōparatur fere qꝛ apto ore lingua doloſa paratus ē ad ꝓximorū voracitatē. habet dētes ad laniandū carnes oēs. Unde Caſſiodo. ſuper. ꝑs. Dentes dicti ſunt a demēdo qꝛ ſicut dentes demūt partes ciborum. Ita ⁊ iſti opiniones hominum corrodūt. Summū igit remediū eſt feris talibus ſagittas acutas dirigere: per has ſagittas ſubaudi increpationes multiplices detractores ferientes. vnde cuz detractor cupit aures boni viri replere proximoꝝ peccatis: debet audiens illum digna reꝓhēſione percutere: ſic legim⁹ nos Chriſtū phariſeis feciſſe cū detraherent ſancte diſcipulorū ſimplicitati ꝙ vz non lauabant ſibi manus cum comedere debant ⁊ xp̄s eos repercuſſit grauiori ſagitta cum eos de tranſgreſſione diuini mādati increpauit. ſ. de inhonoratione parētū. Sic igit percutit ſagitta veritatis detractor cū i ꝓprio peccato arguitur. Non. n. ceſſat detrahere paribus ⁊ maioribus. Super hec habet figu. de vtroq̄ Geñ. iiij. Chayz occidit abel fratrem ſuum ſed ſagitta Lamech interfectus eſt perſequut⁹ eſt Saul regem Dauid maiorē Caſ. Fig.

ſe primi Reg. vltimo ſed ſagittarioꝝ vulnerat⁹ ſagittis a ꝓpo armigero occiſus eſt. Spūalit. detractoꝛ fratri n̄ parcit nec patrē agnoſcit oēſ lacerat pareſ ⁊ maioꝛes vt dcm̄ eſt. Jō vt fera peſſima repercuſſus vulneraṫ. Jtē ſagittis increpationū3 plagaṫ cū in ꝓpꝛia detractiōe ſubcūbēs ꝯfundiṫ. vn̄ ſup illud. ps Cōpꝛehendanṫ in ꝯſilijs qbus cogitant. dicit quedam expoſitio veritatis notitia innocētia3 ꝓtegens ei⁹ quē detractoꝛis linguā nitebaṫ percutere repercuſſus cōfuſione detractoꝛ lāguet palēt vult⁹. hrāt labia. caput d̄ponit. lingua inuoluiṫ. crura deficiūt. cadūt bꝛachia. neſcit qd ꝓferat factus tanꝗ̄ vas ꝑditū audiēs vituperationē mltoꝝ. i. videns ſe vituperari a multis.

¶ De diabolo.

A d Jxit inimic⁹ ꝑſequar ⁊ cōpꝛehēdā diuidā ſpo. ⁊ rep. a. m. Exo. xv. Cū n. homo cū inimico ſuo pactu3 ſeu cōuentionē inuenire nō pt niſi totaliter ſe ſubijciat poti⁹ d3 ſe moꝛti exponere defendēdo ꝗ̄ ſic viliter ſe tradere ſuituti. vn̄

Tul. Tulī⁹ de queſtionib⁹. Cū iquit temp⁹ ⁊ neceſſitas poſtulat. decertandū eſt manu ⁊ viribus ⁊ moꝛs ſeruitutis turpitudini eſt anteponēda. Nā occidi pulchꝛi⁹ eſt ꝗ̄ ignominioſe ſuire. Spiritualiter. diabolus eſt inimic⁹ crudeliſſim⁹ ⁊ valde male ei ſuientes tractat Greg. in omel. Gr. Jniuſtū eſt ſeruire diabolo qui nullo placaṫ obſequio: ergo potius debent moꝛi fideles ſe defendēdo eiꝗ̄ reſiſtendo diſponere ꝗ̄ per cōſenſu3 peccati illi ſe ſubijcē. Mic. in ep̄la ad lucianū: quid nequs: qd nr̄o aduerſario malignius in paradiſo poſuit bellū. Jn celo fraudē: odiū inter ꝑmos fratres ⁊ in oī opere nr̄o zizannia ſeminauit: na3 in comeſtione gulā. Jn gn̄e laſciuiā. Jn accuſatione accidia3 in coꝛrectione iracūdiā: in gubnatione auaritā: in dn̄atione ſupbiā: in oꝛe locutiones falſas: in coꝛde cogitatiōes iniq̄e: h̄ letos mouet ad diſſolutiones triſtes ad d̄ſperatiōes: ⁊ vt breui⁹ loqr oia mala mūdi ſua ſūt ꝑpa uitate cōmiſſa. Figu. Numeri. Fig. xxi. vbi legim⁹ ꝙ filij iſrael venietes de egypto ⁊ eūteſ ad terrā ꝓmiſſionis opoꝛtuit eos neceſſario ire per terras ⁊ ꝑ fines vrbiū Seon regis amoꝛreoꝝ. Ad quē miſſis legatis ⁊ daṫ ꝓmiſſionib⁹ nihil tangendi d̄ pertinentib⁹ ad ipſu3: etia3 nec guſtā aque de ciſternis ſuis nō valuerūt obtinere vt tantum via3 regiam graderentur. Sed rex ille Seon parato exercitu inuaſit illos filios iſrael omnes eos cupiens capere ⁊ expoliare ⁊ occidere. Quod videntes filij

iſrael aſcenderunt in Jaſa ⁊ vi
riliter dimicauerũt ⁊ obtẽta vi
ctoria fugauerunt Regez ⁊ gẽ
tes eius. ⁊ vrbes illas combu-
ſerunt. Spiritualiter. rex ſeon
ſignificat diabolum q̃a Seon
interpretatur elatus: ⁊ ipſe dia
bolus dicitur rex ſuper omnes
filios ſuperbie: filij iſrael ſũt fi
deles chriſti qui in mari rubro
baptizati exierunt egyptuz ori
ginalis peccati. ⁊ per deſertum
huius vite peregrinantes ten-
dunt ad terraz promiſſionis ce
leſtis tranſire oportet per huius
vite preſẽtis multas illecebras
vbi. Seon. i. diabolus regnat.
mittimus legatos cum ꝓmiſ-
ſionibus. quando in baptiſmo
omnib⁹ operib⁹ Sathane abre
nunciamus ⁊ ꝓmittimus fide
pura tranſire ſine omni ei⁹ fa-
cultate. ſed ad id pactũ diabo-
lus ſtare non vult: nõ eſt eo cõ
tentus expoliare te: vult virtu
tibus ⁊ occidere peccato. quid
faciendum eſt. aſcendamus in
Jaſa que interpretatur mãda-
ti impletio. Aſcendamus igit̃
ad dei mandata ſeruanda com
plendo omnia per charitatem.
⁊ ſtatim hic hoſtis conflictus ⁊
omnis eius exercit⁹ euaneſcit.
Caſ. vñ Caſſiodorus ſuper. ps. Cha
ritas eſt mors criminum ⁊ vius
pugnantium palma victorum
concordia mentium ⁊ ſocietas
electorum.

Quanta malignatus ẽ ini
micus in ſancto. ps. lxx
iij. Conſiderantes ſe ha D
bere hoſtem proditorem ⁊ ple
num caliditate nunq̃ ſe debẽt
adeo tutos credere quin ſũma
diligentia ſibi caueant. multo
plures aliq̃n proditione q̃ gla
dio ſubſternũtur. Spiritualit̃.
Nos habem⁹ hoſtem prodito-
rem qui videns nos ꝓficere in
virtutibus die noctuq̃ nos im
pugnare nõ ceſſat. ⁊ quos non
poteſt palam ſuperare oculte ⁊
ꝓditorie conat̃ decipere. Aug. Aug
in libro ſoliloquio. diabolus i-
quit nunc hic nũc illic nũc agnũ
nunc lupum nũc tenebras nũc
lucem ſe oſtendit. ⁊ ſingulis q-
buſcunq̃ qualitatibus locis: ⁊
temporibus ſecũdũ varias re-
rum mutationes varias exhi-
bet tẽtationes. Nam vt triſtes
efficiat triſtatur. ⁊ ipſe. vt gau-
dentes illudat fingit ſe. ⁊ ipſe
gaudere vt ſpirituales defrau
det in angelum lucis ſe transfi
gurat. vt fortes opp̃mat appa-
ret agnus. vt mites deuoret ap
paret lupus. ⁊ ad hoc quis ido
neus recognoſcere? quis reue-
lauit ſpeciem veſtimenti eius ⁊
girum dentium eius agnouit?
hec Auguſtinus. Cauenduz eſt
igitur ab aſtutia talis hoſtis ne
incautos nos inueniens crude
liter nos perdat. Figura. Jud. Fig.
xviij. vbi legimus q̃ trib⁹ dan

cū terrā ,ppriā nō haberēt miſerunt. v. exploratores in mōtes effraym inde venerunt i lachis ⁊ cōſiderata inepta cuſtodia ciuiū erga ciuitatē redeuntes ad ſuos dixerunt. eamus ad poſſidendū ciuitatē optimā. vbi nihil deeſt ō his que naſcunť i terra nō erit labor ipam capere cū gentes diſperſe ſint hincinde p agros nec vlla viget i ciuitate: cuſtodia. cōgregato itaq; exercitu venit Dan in lachis ⁊ icautam ciuitatē ⁊ ſine cuſtodia reperiēs debellauit ⁊ cepit ⁊ pcuſſit gētes eius ⁊ ſuccēdit eā igne quo facto eam rehedificauit de nuo ⁊ ipam vocauit ciuitatem Dan ⁊ ſic poſtmodū vocata eſt. Spūaliter. p Dan ſubaudi ipſ diabolū qui forte diſtributiōis inter filios iſrael. i. inter angelos dei nullā habet poſſeſſionez vnde cum beatuſ Jo. de tribub⁹ oībus iſrael beatos nominaret Apoc. vij. non ibi noiauit ō tribu Dan. Eſt igiť iſte inimicus viatoꝝ fideliū inſidiator per innumerabiles tētationes. Geñ. xlix. Fiat Dan ſicut coluber in via. ⁊c. Igiť mittit. v. exploratores in lachis q̄ interꝑtať filia leōiſ q: aīa hūana redēpta ē ſanguine vincentis leonis ō tribu iuda. v. explora tores ſūt. v. ſenſibiles appetit⁹ per quos diabolus ineſtigare nitiť de aīe cuſtodia. Alio aūt modo nequaq; ſcire pōt diabolus hmōi ciuitatis intrinſeca. Augu. in libr. de diffinitionibus occultaꝝ dignitatū. Internas ingt cogitationeſ aīe ne diabolum nō videre ſcimus ſ; motu eas corporis ab illo: ⁊ affectionū indicijs colligi didicimus experimēto. Cuȝ igitur iſte hoſtis malignus aīmā vacantē ceperit ⁊ ciues eius ſ. memoriā. intelligētiā ⁊ voluntatē p agrū voluptatū terrenaꝝ diſpſas nec eſt in aīa qui hos exploratores itrare vſq; ad cor ꝓhibeat per diſſēſū cōgregāś magnū vitioꝝ exercituȝ accedit ad illā quā ſine ꝯdictiōe capiēs ciuibus percuſſus. i. bonis operibus ſuccēdit. perdit aīa nomen ꝑmū quo dicebať filia xp̄i ⁊ ſuccēſa igne ꝯcupiſcentie vocať ciuitas Dan. i. diaboli vſq; in ſēpiternū. ergo fatuū eſt nō adhibere cuſtodiā inter tales inimicos mortales. Vñ Aug. in ſolliloq. peſſima inſania noſtra q: cū ꝯtinue videam⁹ ꝯ nos draconē ore aperto paratū ad deuorādū nihilominꝰ dormim⁹ ⁊ laſciuimus in pigricijs noſtris tanq̄ ſecuri añ euȝ qui nihil aliud deſiderat q̄ȝ vt nos pdat inimicus iſte vt occidat ſemꝑ vigilat abſq; ſōno ⁊ vt nos cuſtodiam⁹ nolum⁹ nos vigilare a ſōno. Aug. Aug

Jeciſti eos dū alleuiarētur. pſ. lxxij. prudentes exercituū duces ſtudēti c

prelijs inimicos ꝑuenire ⁊ eos
inuadere anteq̄ ſint in acie or/
dinati. Interdū.n. anteq̄ ꝯgre
gari poſſint ſūt pauci ⁊ inermeſ
⁊ habiles ad ſubcūbendum. de
bēt igitur tunc inuadi. optima
eſt.n. victoria que ꝓpriam gen
tē ſaluat. Spūaliter. diabolus
inimic⁹ humani generiſ ꝯtinue
nos infeſtās cōtinue nobis pa/
rās inſidias ꝯtinue circuit q̄rēſ
quē deuoret: ergo añq̄ i aciem
ꝯ nos exercitū ſuū paret debe/
m⁹ ipſū inuadere ⁊ gētē ſuā per
cutere añq̄ creſcat. gentes enī
⁊ pugnatores diaboli. ſū pcā. q̄
ꝯgregāti in aciē per hūc modū
ꝑmo immittit malas ſuggeſtio
nes. ſecūdo ſuadet malos ꝯſen
ſus. ⁊ tertio iducit ad mala ope
ra. vltimo ligat victos ſuos ma
la ꝯſuetudīne. ⁊ ſic occidit ⁊ ma
ctat. ſi ergo ipſum vis ꝓſtrare ⁊
vincere primā aciē inade añq̄
ſecūda ſuccurrat: q2 ſi expectas
ſecundā victus es. Si primam
inuadas victor es. ſtatim liber
Fig. es a diabolo. Fig. Exo. xij. pha
rao ſtatī dimiſit filios iſrael cū
auro ⁊ argēto exire egyptū li
bere percuſſis primogenitis ab
homine vſq̄ ad pecus. Ipe vo
cū egyptijſ remanētib⁹ in luctu
⁊ plāctu. Spiritualiter. per pha
raonē ſubaudi diabolū. ꝓ pri/
mogēita ſua ſubaudi malas co
gitationes quib⁹ percuſſis vic/
tores xpi fideles ſunt. ⁊ ſaluo v
tutū eoꝝ exercitu ꝑgūt libē ad
ꝓmiſſionis terrā. ⁊ diaboluſ cū
ſuis remanet in triſticia. Sed
no. ꝙ debent iterfici ab hoie vſ
q̄ ad pec⁹ primogenita diaboli
q2 ſuggeſtiones q̄s ad corp⁹ ⁊
ad aiam mittit dbēt gladio diſē
ſus occidi. ne in aliquo mō per
cōſenſum in nobis creſcere poſ
ſint. vnde Hier. in quadā epl'a Hie
Dū inquit paruus eſt hoſtiſ oc
cide illū. vt malitia elidatur i ſe
mine ⁊ ſic ꝓſternetur diabolus
anteq̄ creſcat.

ſ Inite paruulos venire
ad me. Mat. xix. Vide S
mus ſenſibiliter in arbo
ribus ⁊ plantis q̄ ſi ledanť i flo
ribus totus eius fructus ſeq̄ns
lediť. ⁊ rō eſt q2 flos eſt princi/
pium ex quo fructus egrediť.
Spūaliter. quod ſuo mō diciť
de arborib⁹ methaphorice notā
dū eſt ⁊ in hoibus. Nam in ho
mine ſeminanť ⁊ plantanť bo/
ne inſpirationes a deo. cū inci/
pimus bona cogitare vel bona
⁊ ſācta monita a predicatore au
dire. Florēt enim cū illa ꝑ volū
tatē ⁊ cōſenſum incipim⁹ ama/
re cū deliberatione cōplēdi ⁊ ex
ercendi per opus: ſed ſi debiles
ſunt iſti concept⁹ ⁊ non ſunt fir
mati in arbore per cōſuetudinē
facile pñt cadere: leuis tētatio
nis vent⁹ illos pōt delere. Ideo
diabolus illoꝝ cognoſcēs infir
mitatē multum inſidiať illiſ ve

creſcant qꝛ iam firmos ſic dele-
Fig. re nō poſſet. Figu. Exo. i. vidēs
pharao populū iſrael i egypto
ꝑficere timuit ne nimiū creſce
ret: τ ideo ordinauit paruulos
ſuffocari in aquis. Spūaliter.
per pharaonē ſubaudi diabolū
qui pplm xp̄i conaꝛ detinere in
peccatis. Cu3 .n. aſpicit ꝟtutes
creſcere in nobis conaꝛ extin-
guere primos bonos conceptus
vt nō creſcat per opus τ ꝯſuetu
dinē. τ hoc cupit facere in aqs
delitiarum mūdi in qbus ſepiſ
ſime moriunꝛ τ ſubmergunꝛ ꝓ
ma bona ꝓpoſita. Jdeo cū ſum
ma diligentia cuſtodiendus eſt
ager anime noſtre ne dominu3
inimicus ledat aīe nr̄e fructꝰ in
primo flore quibus aſſidue inſi
Pe. diatur. vnde. Petrꝰ Rauēnas
ſuper Math. Diabolus inqt
ſemper primordia bona pulſat.
captat rudimēta virtutū ſi ſan-
cta ſunt in ipſo ortu feſtinat ex-
tinguere ſciens ꝙ ea ſubuerte-
re funditus non poſſet.

E p olluerūt tēplū ſanctum
tuu3. pſ. lxxviij. Crude
lis hoſtis ꝺuicta τ capta
ciuitate ipſam deſtruit munitio
nibus ne amplius apta ſit eidē
reſiſtere: τ ſic ꝓſtratā eā dimit-
tit vt non ad reſiſtendum ſ3 ad
patiēdum ſit apta. fit ergo im-
mundior qꝛ diruptis muris atrij
bruta muralia intrātia totū de
turpant. Spūaliter. diabolus
eſt tyrānus crudeliſſimus. Ma
ꝯ animā noſtrā ſi poteſt obtine-
re victoriā ad illā intrās oēs ꝟ
tute ſubripit τ exterminat mu-
ros cordis τ ante muralia. i. ſē
ſus τ cogitationes diruit vt ibi
brute eius tētationes morētur.
Figu. iiij. Reg. xxv. vbi legimꝰ Fig.
ꝙ nabuzardan ꝑnceps exerci-
tus Babilonis obtēta vi Jeru
ſalē expoliauit tēplum. τ illa q̄
inde abſtulit dicunꝛ hoc fuiſſe
candelabrū luminis altare au-
reū. mēſas ꝓponis. coronas fa
ciet templi vaſa incēſi. vaſa aq̄
ſacrificij veſtes ſacerdotales: τ
poſtmodū oēm ſpurciciam idu
xit in tēplū. Spūaliter. diabo-
lus vincens aiam noſtrā intrat
tēplū cordis τ mentis noſtre. τ
primo extiguit cādelabri lumē
i. excecat iudiciū rōnis. Secun
do ſubripit altare aureu3 p qd
charitas notaꝛ. Tertio menſas
panis ꝓpoſitionis euertit ac de
ſtruit. per quas ſubaudi ꝑdica-
tiones verbi dei quod dī panis
ſpiritualis aie. Quarto coronā
faciei tēpli remouet: qꝛ delet de
facieꝰ verecūdiam: τ ruborē pec
candi vt aia efficiatur quaſi me
retrix ſine fronte. Quito ꝺſtru
it vaſa incenſi per que notatur
orationes deuote. Sexto vaſa
aque ſacrificij qꝛ peruertit cor
τ oculos ne ibi inueniri poſſit
lachrymarū contritio per qua3
fit deo acceptū ſacrificiu3 nr̄m.

Ultimo lacerat veſtem ſacerdo
talē.ſ.innocentie paliū qd no-
bis xps acquiſiuit ⁊ qd accepi-
mus in baptiſmo. his igiſ ex-
poliatis miſer homo qui erat tē
plū dei efficitur diaboli poſtri-
bulū ⁊ receptaculū gētis babi-
lonis.i.demonū infernaliū. vn
Aug de Aug. in ſolli. ipſi inquit obſ
uauerūt me ⁊ deſpexerunt me
videntes ſine te. diuiſerunt ſibi
veſtimenta mea qbus honora-
ueras me. fecerunt ſibi viā per
me. ſub pedibus ſuis ↄculcaue
rūt me. fecibus peccatorū pol-
luerunt tēplum ſanctum tuuz.
Poſuerunt me deſolatuz tota
die merore ↄfectū: ibā poſt eos
cecus ⁊ nudus ⁊ illaqueat⁹ fu-
nibus pctōrū trahebāt me poſt
ſe in circuitu de vitio in vitiuz:
de luto in lutū. ⁊ ibā abſqʒ forti-
tudine ante faciē ſubſequētis.
Seru⁹ erā. ſeruitutē amabā: ce
cus erā cecitatē deſiderabā: vin
ctus erā: vincula nō horrebam.
Amarum dulce: ⁊ dulce amarū
putabam. miſer hec non cogno
ſcebam quia ſine te eram.

f a Abſtulit dñs oēſ magni
ficos meoſ d medio mei
Treñ.i. Tyrān⁹ obtinēs
ciuitatē ſtatim ſtudet pdere no
biliores ⁊ potentiores. ⁊ illos
quos ſuſpicaſ poſſe ſibi ciuitatē
rebellare. vulgus. dimittit ſed
occidit potētes. Spūalr. diabo
lus eſt Tyrānus crudeliſſimus
iō capta aia noſtra ſtatim virtu
tes potētes. ſ. acta pnie perimit
per quas pcipit poſſe aiam ca-
ptam amittere. Figu. Hiere. lij Fig.
vbi legim⁹ φ nabuchodonoſor
poſtqʒ cepit hierlm ⁊ ipaz igne
ſuccēdit: ipſe apprehendit ſede
chiā regem ⁊ apphēdit oēs pri
cipes iuda. ⁊ iterfecit illos. poſt
modū filios regis ante oculos
pris occidit quo fctō eruit ocu-
los regis ⁊ detulit eum cecū in
babilonē. vbi poſuit eū in carce
rē vſqʒ ad diē mortis ſue. Spi
ritualiter. per nabuchodono-
ſor ſubaudi diabolus. Iſte igiſ
poſtqʒ pugna peccatorū vicit hie
ruſalē. i. aiaz. Ipe occidit prici-
pes iudas iterptaſ ↄfeſſio. pnci
pes.n. confeſſionis ſunt tres. ſ.
contritio cordis. manifeſtatio
oris. ⁊ ſatiſfactio operis. hos igi
tur principes in capta ⁊ debella
ta anima diabolus conatur oc
cidere. quoniā ſi illi viuerent ci
to ciuitatē diabolo rebellarent
occidit vlteri⁹ oēs filios regis
qr omnes anime fruct⁹ ⁊ vtuo-
ſa opera extinguūt que fuerūt
facta in ſtatu gratie. Excecatur
Rex. ſ. rōnis lumen ⁊ ſic miſer
peccator de rege factus ſeru⁹ ex
cecatus ducitur in babilonez. i.
in confuſionem ⁊ ignominiam
⁊ vinculis peccatorū ſuorū liga
t⁹ vel ut fortiſſimis cathenis per
ſeuerat in manu diaboli. Unde
Aug. in li. cōfeſ. Suſpirabaz ī Aug

quit ligatus nõ alieno ferro ſ3 mea ferrea voluntate. Velle. n. meum tenebat inimicus. ⁊ de il lo mihi cathenã fecerat ⁊ ꝯſtri xerat me. Ex voluntate facta ē libido: ⁊ ex libidine facta eſt cõ ſuetudo: ⁊ ex cõſuetudine facta eſt neceſſitas. Sola gratia dei liberat hominem.

S n Olite tangere xp̄os me os. pſ. ciiij. Tãta eſt ra bies ⁊ nocẽdi auiditas aliquorum aialium ꝙ ſi poten tia rñderet voluntati nullũ re maneret aial mãſuetum. Sed natura talia aialia fecit apta ad conteri ⁊ mactari: qꝛ nõ muni unt ea viribus: ſed ꝯſtrauit de bilitate: vt pꝫ de ſcorpione: qꝛ l3 plenus ſit veneno mortifero ni hilominꝰ facile occidit. pꝫ hoc ēt de quibuſdã breuibus ſerpē tibus quoꝝ morſus ſimul cum morte eſt. Spũaliter. tãta ē aui ditas nocẽdi demonũ inferna lium ꝙ niſi maieſtas diuia eos ꝯſtraſſet: ⁊ illis vires accepiſſ3 nocẽdi vix vnus iuſtus remãe ret in mundo. ſed cohibet coꝝ voluntas ne qđ cupiũt ꝯpleãt.

Aug aug. ſr pſ. diabolꝰ plerũqꝫ vult nocere ⁊ nõ põt: qꝛ ptãs ſua ſub ptãte dei eſt. Nã ſi poſſet tantũ nocere diabolus quãtuꝫ vellet aliquis iuſtoꝝ nõ remanẽt. Fi

Fig. gura. Gen̄. xxxiij. Cuꝫ Jacob rediret de meſopotamia cuꝫ fa milia ⁊ armẽtis multis cõtigit ipſum habere obuiaꝫ Eſau fra trem ſuũ qui ei multũ indigna batur, ꝓpter bñdictionē quam ſibi ſubripuerat. veniebat ergo Eſau multũ iratꝰ aduerſus fra trē ſuuꝫ Jacob cũ exercitu ma gno. Sed ꝓhibitus eſt a deo ne illi faceret quicqꝫ mali. Spũa liter. Jacob interpretat̄ ſupplã tator ⁊ denotat virꝫ iuſtum qui ſupplãtat diabolũ: pcipue qꝛ il li ſubripuit bñdictionē ⁊ pmo geniturã. Nã l3 diabolus crea tus eſſet primogenitꝰ reſpectu hominis vt obtineret bñdictio nem celeſtis hereditatis: tñ qa inde p ſuperbiã cecidit ⁊ homo p humilitatē aſcēdit: priuatus eſt illa gloria: ⁊ hõ ditatꝰ eſt in ea. Ex hoc. n. diabolus multa vallatus inuidia cõgregato vi cioꝝ exercitu vadit obuiã iuſto qñ p viã pñtis vite peregrinat̄ ad pãiam plenus virtutibꝰ ⁊ bo nis operibꝰ vt ipm ſpoliet ⁊ oc cidat. ſed ꝓhibet diuinũ ſubſi dium ne nobis plus inferat qꝫ id qđ portare poſſumus in ſu is tentatiõibꝰ vt illud ſit nobis ad meritũ. vñ Aug. ſup illđ pſ. Aug. Si tñ inquit admittitur tẽtare diabolus quãtũ tibi ꝓdeſt vt ex erceearis. probaris. n. vt qđ ne ſciebas a teipſo inueniaris.

p P Ercuſiſti caput đ domo impij. Abac. iij. Cupi ens de hoſtibus feliciter triumphare primũ videt de in

terpretatiõe capitis ſeu ducis. Nã mortuo totus exercit⁹ eua neſcit. Spũaliter. xp̃s venit in hunc mundũ redẽpturus hũanum genus de manu hoſtiũ infernaliũ. Jõ primo cõſiderauit interitũ ducis eoꝝ.i. principis tenebrarũ.i. diaboli. Nã ꝓſtrato illo oẽs ſalui facti ſum⁹: ⁊ de
Fig. manu inferni liberati. Figura primi Reg. xvij. vbi legimus Goliã ſpuriũ obſediſſe hieruſalem cum exercitu philiſtinorũ. ibat certator ille oĩ die circuendo muros ciuitatis exprobans ⁊ increpãs ſuã fortitudinem eo ꝙ nõ eſſet qui cum illo vellet deſcẽdere ad ſingulare certamen tandẽ Jſay. qui in monte habitabat cõpaſſus trib⁹ filijs ſuis qui obſeſſi erant in hieruſalem miſit filiũ ſuũ paruulũ obſeſſos fratres viſitare qui deſcẽdens ciuitatẽ intrauit: ⁊ refecꝫ fratribus refectiõe quã de monte portauerat vidit Goliam exprobrantẽ more ſolito ⁊ vociſerantez filios iſrael. turbat⁹ ait. Quis eſt ille incircũciſus q audet maledicere populo dei: ⁊ ſi ñ eſt qui pugnet ꝯ illũ. ibo ego ⁊ contra. ⁊ increpabãt eum fratres ſui dicentes. Nouim⁹ ſupbiã tuã ⁊ preſumptionẽ tuã. declinauit pauliſper ab eis iterãs p̃ſtina verba que cũ rex iſrael audiret vocato eo dixit ei. Nõ potes pugnare cum illo cũ puer ſis. Qui ait occidi leonẽ ⁊ vrſum cum vellẽt oues p̃ris mei quas cuſtodiebã rapere: ⁊ voluit ipſũ Saul armare armis ſuis qui ait nõ poſſum ſic incedere. Et proiectis armis illis accepit quinqꝫ lapides limpidiſſimos de torrẽte: ⁊ accedens ad preliũ vilipenſus ẽ a philiſteo: ſed accepto lapide ⁊ voluẽs fũdam percuſſit philiſteũ in fronte: ⁊ ꝓſtratũ in terram decapitauit gladio illius cũ nullũ hẽret gladium: ⁊ ſic liberata eſt ciuitas obſeſſa: ⁊ exterminat⁹ ẽ philiſtinoꝝ exercitus mortuo eoꝝ duce. Spũaliter. p ciuitatẽ obſeſſam ſubaudi nãm humanaz quã diabolus ſola inuidia ſic ꝓſtrauerat. ipſãqꝫ bonis gratuitis mediante peccato priuauerat. vñ Aug. in quodã tractatu Aug.
hoſtis humani gñis diabolus caput ſcelerꝝ princeps vitiorũ: ſuaſor malaꝝ cogitationuz: inuentor mortis. Intuitus eſt videre hominẽ de terra pariter ⁊ ad imaginẽ dei creatũ: innocentia veſtitũ: tẽperantia ꝯpoſitũ: charitate ornatũ: ſe aũt cũ eſſꝫ angelis oib⁹ his priuatũ: ſtatiꝫ inuidere cepit inſaciabilis homicida: ⁊ nos noſtroſqꝫ parentes his talibus ⁊ tantis bonis ſpoliauit pariter ⁊ peremit. ſic iſte paradiſi apoſtata ſpũ⁹ immundus: humanã nãm obſeſſam detinẽs irridebat. ⁊ expro

brabat. querens qs ex homini bus auderet deſcẽdere ad ſe liberanduʒ de ſuis carcerib⁹. ſciebat. n. nulla naturali cognitiōe priuari⁹ ſe naturā humanā expoliaſſe gr̄e veſtimēto. Ex quo ſciebat hoies ſe iuuare nō poſſe: qꝛ q facit peccm̄ ſeruus eſt pecti. Mouerat tn̄ deū potētiſſimū ⁊ d ſue volūtatiſ arbitrio hoīs morbo poſſe adhibere remediuʒ. ſed diem expertus iuſtitie pſciebat hec nō poſſe fieri niſi adeſſet iuſtus qui dānū ſolueret fraudis facte. Igit̄ diabolus ex his premiſſis cōcludebat affirmans q̄ neqꝫ deus qui pati non poterat neqꝫ hō qui erat ipotēs ſatiſfaceret: ſed icuruatus mēte nō aduertebat q̄ ex hoie qui pati pōt ⁊ ex deo q eſt potēs fieret vnus. Ideo mirabat̄ cū ſacra ſcriptura illi de xp̄o ꝓmiſſo minabat̄. quinimo ſanctos in limbo q̄ʒ plurimū deridebat ⁊ ſic ſup flumina babilonis eductos iterrogabat verba cantionum. vbi ſūt dij veſtri in quib⁹ habetis fiduciā. ⁊c. Sed Iſai. de mōte. i. pater de celo ſciēns tres filios ſuos obſeſſos miſit filium ſuum. ⁊c. Subaudi per tres filios tres aie v̄tutes. ſ. memoriā. intelligētiā. ⁊ volūtatē. In his. n. cōſiſtit ymago trinitatis. Uenit. n. paruulus dei filius qui ſeipſuʒ exinaniuit ⁊ refecit primo frēs ſuos. ſ. iudeos refectione celeſtis doctrine. ⁊ cū ipſe ſe diceret expugnatorem ꝓ humano genere increpabant eū dicentes. iſte blaſphemat. ⁊ volebant eū lapidare. Tandē ipſe affirmās deieciſſe leonem ⁊ vrſum de celis volentes rapere oues patris. i. angelos paradiſi. ⁊ miraculis cōfirmādo ſe filiū dei eſſe voluerunt ipſuʒ munire armis regis qn̄ vʒ voluerūt ipſum regē facē ⁊ abſcondit. ſe nō poſſum inqt cū talib⁹ armis accedere ad bellum. nō eſt inquit regnū meū d hoc mūdo: ⁊ collegit tē qnqꝫ lapides fortiſſimos. ſ. incarnatiōnē. paſſionē. ſurrectionē: aſcēſionē: ⁊ ſpūſancti miſſionē. Et ſic incedēs mortalis ſimul decepit Goliā. Et lapide illū ꝓſtrauit illū percutiens. Et crucem quā ipſe diabolus iuda ⁊ iudeis mediātib⁹ preparauit ēt iterfecit. ⁊ ſic liberata ē humana natura ⁊ exterminat⁹ eſt demonuʒ exercit⁹: ꝓſtrato ac debellato ac decepto diabolo per xp̄m. quem diabolus excecat⁹ nō deū ſʒ purū hominē eſſe credebat. Ideo ſecum in ſocio ac perfido ꝓditore illo aſſumpto diſcipulo ſe ad pugnā ꝯ xp̄m ingeſſit a quo digne expugnatus eſt. vnde Leo papa in ſermone de tentatione diaboli deſcribens diaboli cecitatē ⁊ eiuſdē ꝓditoris ſocietatē ait. Nec ipſe diabolus intellexit q̄ ſeuiendo in xp̄m ſuū de- Leo

ſtrueret ꝓncipatū'q antiq̄ frau-
dis iura non perderet ſi ſe a dn̄i
ſanguine cōtineret. Sed mali-
tia nocēdi auidus audax dū in
dn̄m irruit: rūit. dū capit capt⁹
eſt. ⁊ dū perſequit̄ mortalē inci
dit in ſaluatorē. Inuenit ſane
cū illo molimine prudētis au
dacie dignū cooperatorē dignū
q̄ꝫ cōſortē cū impius iudas ma
luit magiſter eē diaboli: q̄ꝫ xp̄i
apoſtolus. quē nō timore pertur
bationis deſeruit ſꝫ pecunie cu
piditate diſtraxit: hec Leo.

Reci⁹ eſt inimicus. ⁊c.
J c Treū. i. Tyrannus poſ-
ſidens iniuſte aliquā ci-
uitatē ſemper timet illā perdē.
Jō cū aliquem fieri percipit tra
ctatū a ciuib⁹ ſtatim illos quos
ſuſpicatur ſibi tollere ciuitatē
exterminat ⁊ perdit. Spūalr.
diabol⁹ tyrānice poſſidet aīam:
pctōris. q2 nō ē ſua poſſeſſio: ſꝫ
templū xp̄i. Jdeo qn̄ videt ſcās
inſpiratōes ⁊ dei v̄bi p̄dicatōes
audire libēter: in aīa ſtatim ex
terminat principales virtutes
aīe q̄s ſuſpicat̄ ſibi poſſe aīaꝫ ſb
ripere ⁊ dare xp̄o. vn̄ memoriā
eleuat de recordatione paſſiōis
xp̄i ⁊ eā diſpergit ad cōmemorā
das huius vite vanitates. In-
telligētiā remouet a ſupnoꝝ cō
tēplatione ⁊ inducit ad intuen-
dū mūdi ſupbiā: volūtatē v̄o ab
amore dei ⁊ ꝓximi ꝓhibet ⁊ ip-
ſam ad cōcupiſcētiā cupiditatiſ

accendit. ⁊ ſic exterminatis aīe
virib⁹ nō timet diuinas īſpira
tiones ſibi poſſe ſubripere illaꝫ.
Fig. Exo. v. Cū Moyſes p̄mo Fig.
incepit īducē pplꝫ ad exitū egy
pti. Pharao pplm p egyptum
diſpſit ad colligendū lutū ⁊ pa-
leas. Spūalr. per Pharaonē
notat̄ diabolus vt ſepe dictū ē.
per Moyſen ſubaudi p̄dicato-
rē pplm xp̄ianū inducētem ad
exitū peccati. Diabolus igit̄ h̄
ſentiēs diſpergit illū per memo
riā vanorū p ꝯtēplationē pom-
paꝝ ⁊ per amorē diuitiaꝝ ⁊ per
huī⁹ mūdi tenebraſ. Grē. i. mo. Gr:
Antiqu⁹ hoſtis ex ꝓprio certa-
mine dū ſe ſubcūbere cōſiderat
ad alia tētationū bella reſtau-
rat. Intuet̄ hūani generꝭ vniuſ
cuiuſq; mores cui vitio ſint ꝓ-
pinq ⁊ illa ponit an̄ faciē ad q̄
facili⁹ nouit inclinare mentē.

Inſidiat̄ vt rapiat. pſ. ix
i Inter oīa que a prudē- k
te duce ſūt attēdēda in
bello ſūt cauēde ſūmope īſidie
inimicoꝝ. q2 tunc pauca genſ
⁊ inermis magnā ⁊ fortē gentē
incautā vinceret. Jdeo conſue-
uit ſupordinari aliquis cautus
qui hꝫ p exploratores inimico
rū vias inueſtigare. Spūalr.
nos ſumus in cōtinua pugna ꝯ
diabolū ⁊ peccata: ⁊ vbi non vꝫ
nos aperte ſuperare ip̄e nobiſ i-
ſidiat̄ occlte vt draco. Jō ſemp
debet eſſe in nobis lumē verbi

dei a quo diſcamus ⁊ cognoſca
mus inſidias ⁊ occultas ei⁹ ten
Fig. tationes. Figura.iiij. Reg.vi.
rex ſyrie poſuit inſidias iuxta
torrentē iordanis filij iſrael. ſʒ
Helyſeus ꝓpheta hec regi in-
dicans ppl̄m liberauit. Spūa-
liter. ſyria interpretat̃ humecta
q̄ſi lubrica. Rex igit̃ ſyrie ē dia
boluſ qui loca inhabitat hume
ta ⁊ turpia: ibidē latens ad de-
cipulam fideliū. Job. xl. Sub
vmbra dormit in ſecreto cala-
mi in locis humētib⁹. Iſte igit̃
occulte filijs iſrael.i.pplo chri
ſtiano ponit inſidias. Job.xv-
iij. abſcōdita eſt in terra pedica
eius ⁊ decipula eius ſup ſemi-
tam. Expone ꝑ terrā vitā acti-
uam: ꝑ ſemitā vo contemplati
uam circa quā diabolus arden
tius ſtudia deceptiōis pōit. Jō
bene dr̄ q̄ iuxta torrētē iorda
nis rex ſyrie ſuas ponit inſidi-
as. Jordanis.n.eſt fluui⁹ elec-
tus ibidē ſteterunt pedes ſacer
dotū: qꝛ vita ꝯtemplatiua elec-
torum vita eſt. ⁊ pars pfectorū
qꝛ ꝑ ipſam trāſierunt apl̄i ⁊ ſā-
cti. Illi igit̃ vite diabolus ma-
gis q̄ʒ actiue inſidiat̃: qui ñ cō-
tentat̃ hāc cōes niſi conet̃ elec-
tos ſubripere. xl. Job. Ecce ab
ſorbebit fluuiū ⁊ nō mirabitur
⁊ hʒ fiduciā vt iordanis influ-
at in os eius. Debem⁹ ſemp di
uinū verbū libēter audire per
qd̄ dñs nobis denudabit inſidi
as vt ſciam⁹ reſiſtere. Vñ Aug. Aug
i ſoli.c.ix. venit tētator tenebro
ſus vt eſt ⁊ vt eū deſpicerem:
tu me confortaſti. venit tētator
fortis ⁊ vi me nō vinceret. Tu
eum refrenaſti ⁊ me roboraſti.
venit transfigurat⁹ in angelum
lucis vt me deciperet: ⁊ tu eum
increpaſti: ⁊ vt ipſum cognoſce-
rem illuminaſti me.

[V]ade retro ſathana ma- L
v thē.iiij. Nō pn̄t gentes
diuerſorꝫ morꝫ ⁊ ꝯditorū
diu ſimul habitare ſine lite: qꝛ
qd̄ placet vni diſplicet alteri.
Spūaliter. fidelis aīa ⁊ xp̄i ſer
uitio dedicata ⁊ diabolus mul
tum inter ſe ſūt oppoſita ⁊ ipſo
rum act⁹ multū diſtāt adinuicē
qꝛ aīa charitatē diligit: ⁊ diabo
lus eā ſūme odit: ⁊ ſic eſt d̄ oib⁹
operib⁹. Igit̃ nūq̄ʒ eſſet in pa-
ce aīa cū diabolo habitādo. Dʒ
igit̃ q̄ʒ celerius deſerere ⁊ ſe in-
quantum pōt ab eo elongare ſi
vult in pace qeſcere. Fig. Gen. Fig.
xiij. vbi legimus q̄ aſcēdente
Abraā de egypto ibat poſt illū
⁊ Loth. Erat.n. Abraā diues
auro ⁊ argēto. Loth vo beſtia-
rum armētis. Igit̃ facta ē ma-
gna ꝯtētio iter paſtores Abra-
am ⁊ paſtores Loth. qd̄ vidēs
Abraā dixit ipſi Loth. Obſe-
cro ne ſit iurgiū inter me ⁊ te.
ecce terra in cōſpectu tuo. vade
quo vis q̄ñ nō poſſum⁹ ſimul
habitare. Si tu ibis ad dexterā

ego ad ſiniſtrã pergam. Sed tu ad ſiniſtram. & ego pgam ad dexterã. Quõ audiẽs Loth perrexit ad terrã illorum peſſimorum. ſ. ſodomorum. Abrahã aũt venit i chanaã. Spũaliter. Abrahã cui facta fuit rpromiſſio de xpo ſignificat fidelẽ q coheres xpi ordinat⁹ eſt. Igit hũc fugiẽtẽ d egypto peccati pſequit Loth. i. diabolus. hz Abrahã aurũ & argẽtũ q2 inuit⁹ in aĩa ſpũales hz virtutes. ſ. fidẽ ſpẽ. & charitatez. & hz corpales virtutes p exteriora miſericordie opera. Diabol⁹ do hz brutorum deſideriorum armẽtũ q vult ipſũ paſcere in agro abrahã. qd paſtores Abraaz. i. pſcie clamoreſ nõ pñt ſuſtinere iõ dicit iuſt⁹ cũ magro ſuo xpo ipſi diabolo. vade retro ſathana nõ poſſum⁹ ſimul habitare. qm volo benefacere: tu do mala ſugeris. ſi tu ibis ad dexteraz i. ſi tu me tẽtabis de mũdi pſperitatib⁹: ego pergã ad cõtemplãdũ ſiniſtrã gehẽne iferni q̃ ppatur ſeruientib⁹ tibi atq3 obtẽperantib⁹. Si aũt tu ibis ad ſiniſtrã. i. tẽtando me per aduerſa vt feciſti btõ Job cui ſiniſtra & aduerſa plurima dediſti ego ad ptẽplationẽ dextere celeſtis glie pgam quã deus repromiſit his qui pſecutionẽ & penã ſuſtinẽt ob eius amorẽ in vita pñti hec audiẽs victus fugit & vadit ad terrã peſſimorum. i. demonum nequiens amplius debellare iuſtũ vel vincere in alio pcõ i quo debellat⁹ eſt vñ Orige. ſup Jeſu naue puto inqt q ſcti qq3 repugnãtes aduerſus tẽtatores peccatorum ſpũs & vincẽtes eos atq3 vnũquẽq3 eorum ſuperantes imminuant exercitũ demonũ & velut equos plurimos eorum interimant. verbi gratia vt is q caſte pudiceq3 vincẽdo fornicationis ſpiritũ ſuperat non vltra phas ſit illũ ſpũm qui ab illo ſctõ vict⁹ eſt iterũ aliũ hoiez ipugnare Ori.

a Uerte oculos meos ne videãt vãitatẽ. pſ. cxviij M
No. q eqtãtib⁹ per viaz magnarũ rupiũ periculuz magnũ iminet ſi equ⁹ ſit luſcuſ oculo illo q eſt verſus altitudinem qa putãs ponere pedẽ in firmo iterdũ põt ponere in vacuo & ſe & militẽ precipitare. Non. n. tale periculũ eſſet: ſi alter oculus cecus eſſet qui eſt verſus terraz planã q2 cadẽs non poſſet ledi multũ. Spiritualiter. noſ ſum⁹ cuiuſdã piculoſi itineris viatoreſ. ſ. vite pñtis & ẽ maxia altitudo ex vna parte: q2 a celo vſq3 ad ifernũ. Jõ qui cadit cãu illo nõ põt ampli⁹ ſubleuari. Job. xvi. Semitas per q̃s nõ reuertar ambulo ex alia parte põt hõ cadere & ſurgere. ideo neceſſe ẽ habẽ oculũ apertũ dſus iſtã altitudinẽ. ſed nota q habemus duos oculos. ſ. dextrũ & ſiniſtrũ

ſed oculū dextrū.ſ.mētis ꝛ cor
dis debem⁹ ſemꝑ hēre verſus al-
titudinē celeſtē ut videam⁹ne
pedes affectionū ꝛ operationuꝫ
nr̄arū ponam⁹in deuio:qꝛ ſi per
dito celo deſcēdim⁹ad infernū
nulla eſt ampli⁹ibi redēptio: o
culus vero ſiniſter.ſ.corꝑalis no
bis datus eſt ad exercēda ope-
ra vite humane:in quibus ope
ribus ſi aliquā cadim⁹ꝑ pauper
tatē per tribulationē nō ꝑiclī-
tatur aīa. Jō ſolū eſt periculuꝫ
de oculo dextro ne ille excecet.
Jō diabolus cognoſcens tātuꝫ
periculum aīe ꝯſiſtere in oculo
mentis omni ſtudio illū oculū
excecare ſatagit. Jō debem⁹ſꝑ
cum ꝓpħa clamare. Auerte o-
Fig. culos meoſ ꝛc. Figura.i.Reg.
xi.vbi legim⁹ ꝙ quidā prauus
tyrānus noīe Naas infeſtabat
nimium viros Jabes nec ali-
quo mō requiem ſeu paceꝫ ſpo
pondit illis niſi ſub hoc pacto
ꝙ erueret oculum dextrū oīuꝫ
Spūaliter. Naas interpretat̄
coluber ꝛ bn̄ denotat diaboluꝫ.
Eſt.n.coluber ſerpens diuerſo
rum colorū. ſed quot habet co-
lores tot habet venēa. Sic dia
bolus eſt plenus diuerſaꝝ ten-
tationum quarū quelibet mor
tale continet virus. Hic ergo i
feſtat viros Jabes.ſubaudio ꝑ
Jabes qui interpretatur calor
ſeu ſiccitas viros charitate ple
nos qui deſiccati ſūt ab humo

re carnalis ꝯcupiſcentie. Hos
igitur diabolus nō ceſſat mole
ſtare vt eoꝝ ciuitates.i.eoꝝ ani
mas ſubripiat. ꝛ hoc eſt ꝙ dn̄s
in euangelio de ipſo diabolo di
cit. Querit inquit ꝑ loca iaquo
ſa vbi requiē ſiue manſionē ſi-
bi acquirat. Nitit̄ ergo eruere
oculum cordis ꝛ rōnis lumen
extinguere:quo facto aīa ceca
remanēs nō videt vbi pōat cor
dis affectū. Jō cōcupiſcens va
na ꝑcipitat̄ ad illa nec idē ſur-
gere pōt. Gre.lib.moraliū.per Gre.
tractans illud Job.xxxi. Pe-
pegi fedus cū oculis meis. pre
ceps inquit aīa dū aīi non ꝓui
det ne incaute videat qḋ ꝯcupi
ſcat ceca poſtea incipit deſidera
re qḋ vidit ſanctus vir vt cogi-
tationes caſte deſiderare potuiſ
ſet fedus cum oculis ſuis ꝑpi
git ne ꝑus incaute reſpicet qḋ
poſtmodū inuitus amaret.

d Jxit inimicus ꝑſequar
ꝛ ꝯꝑhēdā. Exo.xv.no. N
Cattus nō pugnat nec
ꝑcutit murē captū iuxta ſe exn̄
tem. imo cū ipſo ludit modicū
tāgēs eū. ſed fugiētē īſequitur
vulnerās ipſuꝫ vngulis denti-
buſqꝫ. Spūaliter. diabolus nō
affligit captū pctōrē quē iuxta
ſe hꝫ vngulis tētationū ſuarū.
ludit.n.ſecū monēs eū ad pctā
vt idē ſolatiū faciat. ſꝫ volētem
via pnīe fugē ad xp̄m cū oī ten
tationū gn̄e illuꝫ inſeqt̄. Jdeo

Ecc. ij. Fili accedēs ad ſuitutē
dei prepara animā tuam ad tē-
Fig. tationem. Figu. Gen. xxxi. Dū
Jacob eſſet apud Laban nō eſt
ab eo pcuſſus licet multipli-
citer deluſus ſed fugientem ab
eo perſequutus eſt Laban ipm
Jacob cū ſeruis munitis ⁊ ar
matis: vt vi reduceret expolia-
tū ad ſeruitutē eius. ſ. Labā de
us tū illū prohibuit. Spūalr.
per Laban qui multiplr deluſit
Jacob ſubaudi diabolū qui li
cet derideat peccatorē nihilomi
nus nō percutit ipſum in ſtatu
peccati ſed fugientē per pniam
Gre ipſum perſequit toto poſſe gre.
xxiiij. moralium: hoſtis nr quā
to magis nos ſibi rebellare cō
ſpicit: tanto ampli9 expugnare
contendit. Eos eni expugnare
negligit quos q̄eto iure ſe poſ-
ſidere ſentit.

De diuitijs.

A o Peruerūt ſupficiē ei9
ſpine. puer. xxiiij. No.
qꝫ arbores domeſtice ma
le fructiferāt inter ſpinas. rō ē.
quia p magnitudinē ſiccitatis
earum ſugunt circūqꝫ humo-
rem terre. Iterum propter ex-
tenſionem radicū earū reddūt
terram nimiſ cōglutinatā vt cul
tiuari cōmode non poſſūt: nec p-
tes terre pnt bene adinuicē ſe-
parari. Ideo arbores ppter hu
moris inopiam beneficio cultu
re priuate ſteriles ibi remanēt
⁊ īfecunde. Spiritualiter. ſcḋꝫ
Chriſti ſententiā ſpine ſignifi-
cant diuitias ſeculi hui9 iter q̄ſ
viri ſpūales ⁊ deo dūoti ſteriles
remanēt ⁊ abſqꝫ bonoꝝ operum
fructib9. Et rō eſt. qꝫ ſicut ſpine
vt dictū eſt ſugūt humorē terre
⁊ ipſā reddūt aridā: ita diuitie
exhauriūt amorē cordis vt ni-
hil poſſit amari pter illas a poſ
ſidentib9 eas. ⁊ reddūt cor lapi
deū ⁊ durū ad ſuſcipiendū ſe-
mē verbi dī. ⁊ ad oē bonū op9: ⁊
⁊ ſic q inter illas cor ſuū per af
fectū plantabit ſterilis remane
bit. Jō a ſanctis viris ſunt hu-
iuſmodi ſpine penit9 fugiende.
Figu. Judi. ix. vbi q̄dā metha- Fig.
phora legit. qꝫ ligna ſiluaꝝ req
ſierūt in regē oliuā ficū ⁊ vitē q̄
noluerūt. ſed hmōi regnū peni-
t9 renuerūt. Dixit Oliua nolo
deſerere oleū meū quo vtunt dē
us ⁊ hoīes. ſic9 aūt nolo deſerē
dulcedinē meā. vitis dixit etiā
nolo dſerere ſuauitatē meā. i. vi
ni mei qḋ letificat deū ⁊ hoies.
ſpūalr. p ſiluestria ligna ſubau
di diuitias q̄ cōtinue alliciūt vi
ros ſpūales. vt relīq̄ntes ſtatū
ſalutiſ iperēt illſ. Sꝫ aīa aduerte
qꝫ fraudulēter dicūt impa nob
qꝫ hō n̄ ē eaꝝ iperator. ſed ipſe
iperāt potius hoi ⁊ in peſſimā
inducūt ſeruitutē. Raban9 ſup Ra.
Matth. O opeſ malīgne ſemp
bonis aīs deteſt. ide quid illeſū
quid inconcuſſū diuitijs vos

gen⁹humanū ꝯfudiſtis? vos di
ſcipulū comitē xpi ab apoſtola-
tu ꝑcipitaſtis? vos milites cu-
ſtodiētes ſepulchꝛū captiuaſtis
nunqd nō bñ dictū eſt ꝙ pecu-
nie obediūt oīa? Imperatrix ē
igitur pecunia hominū non do
mo pecunie. debet igiẜ renuere
vir dei hanc ſeruitutē moleſtaꝫ
ꝛ dicere. ego ſicut oliua fructife
ra nō poſſū nec volo pinguedi-
nē humilitatis mee relinqre q̄
vngiẜ deus iratus ꝛ miteſcit in
illa ꝛ efficiẜ pater benign⁹. Et
homines hac humilitatis pin-
guedine vncti exaltanẜ coram
deo. Itē dꝫ dicē cū ſicu ego ar
boꝛ bona dulces fruct⁹ charita
tis producēs quō inter diuitia-
rū ſpinas pūgētes per cupidi-
tatē ꝛ auaritiaꝫ ſeruare poſſem
hāc meā dulcedinē? Naꝫ radix
eſt oium bonoꝝ Charitas. ꝛ ra
dix oiuꝫ maloꝝ cupiditas. ꝛ am
be ſimul eē nō pñt. Rñdeat cuꝫ
vite. ecce aia mea ſponſa xpi ſi-
cut vitis abundās in domo ei⁹.
ꝛ per cōſiderationē vite future
dicas quō carere poſſem ꝯtem-
platione eterne glie que inebꝛi
at ꝯtēplantes ꝛ eos reddit inſen
ſibiles vite pñtis. ſic igiẜ illarū
imperiū cōtemnētes liberi⁹ va-
cabim⁹ deſiderio eterne glie cui
oēs mūdi tā diuitie q̄ꝫ dlitie cō
parate pondus ꝛ pena ſunt. vñ
Ber. Ber. in quadā epl'a illō ē verū
ꝛ ſolū gaudiū qō nō de creatu-
ra ſed de creatore ꝑcipitur. ꝛ qō
cū poſſederis nemo tollet a te.
ꝛ cui cōparata ois aliūde iocū
ditas meroꝛ eſt ois ſuauitas do
loꝛ ē oē dulce amaꝝ ē oē decoꝝ
fedū eſt oē poſtremū quodcūqꝫ
aliō delectare poſſit moleſtū ē.

V Eni in altitudinē maris
ps. lxviij. Debēs tranſi
re nauigio maẜ magnū
duo dꝫ attendere. ſ. ꝙ ẜm arteꝫ
nauticā nauim gubernet acu ꝛ
calamita: qꝛ aliter poꝛtum iue-
nire neſciret ad quē tendit: eo
ꝙ aliqñ diu ſtaẜ in mari ꝛ ter-
ra nequaqꝫ vẜ. Aliud eſt ꝙ Na
uis nō graueẜ nimio pondere.
Semp. n. eſt ꝑponēda ꝑſonarū
ſalus diuitijs ꝛ mercibus. ſpi-
ritualiter. nos habem⁹ tranſire
mare magnū pñtis vite nimis
tempeſtuoſuꝫ. Vbi ſunt fluctus
eleuātes homines ꝑ ꝓſpera vl
qꝫ ad celū: ꝛ deprimētes per ad
uerſa vſqꝫ ad abyſſum. Iō hec
duo ſunt nobis neceſſaria. pri-
mo debemus cordis noſtri affe
ctionem tangere petra. i. xpo. ꝑ
nobis paſſo ac moꝛtuo ac nr̄o
remunaratore: ꝛ ipſe ſtatiꝫ diri
get nauim aie noſtre verſus ce-
lum vbi eſt poꝛtus pacis ꝛ q̄e-
tis. ſecūdo. nō debet aia nr̄a ho-
nerari nimiū: eſt eni anima no
ſtra nimiū. honerata ꝛ ſubmer
ſionis periculo expoſita cū per
affectū nimis adhereẜ diuitijs.
Ideo ꝑponenda eſt ſalus aie oi

diuitiaꝝ multitudini. cum igiť ſentimus nauim noſtrá his in terdũ grauari debemus illas di ſpergẽdo dare pauperibꝰ: ⁊ na Fig. uim noſtrá exonerare. Fig. Jo ne. i. vbi legimus qꝫ inualeſcẽ tibus fluctibꝰ erga nauim poſt q̄ȝ oi arte nautica naute vſi ſũt: ꝓiecerũt merces: demũ Jonaz imiſerũt in mari: ⁊ facta eſt trá quilitas magna. Spũalr. per nauim ſubaudi aíam noſtram que dũ nimis onerať diuitijs: aleuiáda eſt ꝑ elemoſynaꝝ lar gitioné ⁊ affectꝰ cordis: inde re mouendus eſt ⁊ ponendus ad ꝯſiderationé amaritudinis paſ ſionis xpi: ⁊ ſtati erit nobis via pñtis vite tranquilla. Sed dẽbe mus iuocare nomé dñi dei nři ſicut ſuadebát naute Joná face re vt nos de illo tam metuẽdo mari educẽs oſtẽdat portũ vbi Aug. eũ poſſimus videre. Vñ Aug. i lib. ſoli. videns ſe in hoc furibũ do mari ac grauibꝰ ꝑiculis ple no auxiliũ xpi pauidus iuocat di. Infelices inq̄ȝ nos miſeri ꝑ huius magni maris fluctꝰ pro cellaſq̄ȝ voragines nauim tra hentes: ⁊ ignoramꝰ an ad por tum valeamꝰ ꝑuenire ſalutis. Infelices inq̄ȝ quoꝝ eſt vita in exilio: via in ꝑiculo: ⁊ finis in dubio: qꝛ oía in futuꝝ reſernať incerta ⁊ ſubdit eiũ. O patria nřa ſecura a lóge te videmus. ab h̄ mari te ſalutamꝰ. ab hac valle te ſuſpiramus: ⁊ nitimur cũ lachrymis ſi quo mõ ad te ꝑ ueniamus. Et iteruȝ ſubdit. O ſpes gñis humani xpe deus de deo refugiũ noſtrũ ⁊ virtꝰ: cuiꝰ lumẽ a lóge iter caliginoſas te nebras ⁊ nebulas ac maris ꝓ cellas q̄ſi ſtellaꝝ mittis radios: oculos nřos irradia vt diriga mur ad portũ. guberna nauim nřaȝ tua dextera. Trahe nos ab iſto pelago ad te ſolamẽ nřm: quẽ a longe q̄ſi ſtellá matutiná vix lachrymátibꝰ oculis in lit tore celeſtis patrie noſ expectá tem videmus.

N On me demergat tẽpe ſtas aque. pš. lxviij. Tẽ pore maximi eſtus debȝ hõ cauere a nimio potu aque ⁊ ꝑcipue cũ magnũ hȝ ſuſtinere laborẽ. Jõ debẽtes pugnare ſi bi cauẽt ne nimiũ ſimul bibát. tutius eſt. n. modicũ ſepiꝰ ſimľ bibere q̄ȝ nimiũ i vna vice. Spi ritualiter. cũ calor. i. affectꝰ di uitiarũ humanũ cor vrget. qñ . ſ. nimiũ ꝑ deſideriũ diuitias ſi tit. tunc ſi nimiũ bibit multum aggrauať: ⁊ ſemꝑ ampliꝰ ſitit: qꝛ qui biberit ex hac aqua ſiti et iterum. Jo. iiij. Jõ Criſo. ſu Criſ. ꝑ Mat. Appoſitio diuitiaruȝ maiorẽ accẽdit flãmá: ⁊ vehemẽ tior fit cupido. Extinguiť eniȝ hiꝰ incendiũ ſi hõ diuitijs vtať ad neceſſitatẽ ⁊ nõ ad ſuꝑfluita tem: qꝛ nã modicis contẽta eſt.

h

voluptas vero immēſā regrit.
Igit cū ſimus pugnatores nō
grauemur diuitiaꝝ nimio appe
titu. qꝛ ſic nō poſſemus obtinerꝫ
victoriā. Tollit. n. hoꝝ grauitas
Fig. facultatē pugnandi. Fig. Jud.
vij. Cuꝫ Gedeon accederet ad
ꝑliū: ppl'm duxit ad aquā ꝛ pre
cepit oibus vt biberēt: quorum
aliqui genibus flexis incurua
bāt ſe vt biberēt verſus aquaꝫ.
Alij aūt accepta aqua manu lā
bebāt ipſam ꝛ hi fuerūt tm̄. ccc.
Igit ex ꝓcepto dn̄i gedeon di
miſit ppl'i multitudinē incurua
tā tanq̄ gentē ineptam ad ꝑliū
ꝛ aſſumpſit. ccc. illos q manu lā
buerāt aquā. Spūalr. in nulla
re eſt hoiuꝫ certior ꝓbatio q̄ in
diuitijs hui⁹ mūdi: ꝛ i illis op
time pn̄t cognoſci qui ſūt boni
milites ſiue miniſtri. Jō q in il
lis vtunt mēſura: ꝛ mō tales ſt
apti vincere oēm diaboli iſul
tū q vero incuruāt ſe ꝛ flectunt
genua pecuniā adorātes vt deū
tales ſubmergūtur cupiditate
ꝛ ſuccumbunt in qualibet q̄uis
minima tentatione. Nā ſicut q
dei ſūt. q̄ dei ſūt faciūt ita q pecu
nie ad nutū obedit de pecunia fe
cit deū cui neceſſe eſt vt in oib⁹
Aū. ſit obediens. Orig. ſup li. Jud.
ome. ij. Anuſq̄ſq; ingt qd ꝓcete
ris colit qd ſup oia imitat ꝛ di
ligit hoc ei de⁹ eſt ſi qd eſt q i di
lectionis lance preponderas. h
tibi deus eſt.

Dm interierit nō ſumet
c oia. xlviij. Dicūt medi- D
ci q hn̄s ſtomachū fri
gidū multū appetit ꝛ modicum
digerit. iō ſi iterdū nimis ſumit
illud cū anguſtia euomit. Spi
ritualr. coꝛ hn̄s affectū ad diui
tias: frigidū hꝫ digeſtiuā ad bn̄
faciēdū pauperib⁹. Nā ſicut ci
b⁹ indigeſtus nō diffūdit ꝑ mē
bra ſic cupidi pecunia nō diſp
git per pauperes q dicūt mem
bra xpi. Sed nec ēt ſibi ꝓſunt.
ſicut nec cib⁹ in ſtomacho frigi
do qꝛ diſponit ad ydropeſiꝫ. Se Se.
ne. Auar⁹ nulli eſt bon⁹: ſibi āt
eſt peſſim⁹. Nō comedet ergo q
ꝯgregauit ſibi qꝛ morte irruen
te deuorabūt alieni laborē ſuū.
Figu. dan. xiiij. vbi legit q cuꝫ Fig.
rex babilonis feciſſet appoi co
rā ydolo baal multa ꝛ diuerſa
cibaria ꝛ aſportata ꝛ deuorata ꝑ
miniſtros ydoli ꝛ illoꝝ familiā
putabat rex ydolū comediſſe.
Sꝫ Daniel cognoſcēs regē de
ceptū ſeminauit cineres i atrio
ydoli. ꝛ mane facto vna cuꝫ re
ge vadēs viderūt oia ꝓus appo
ſita ꝯſūpta ꝛ clamauit rex ma
gn⁹ eſt de⁹ baal q tāta comedit.
Sed Daniel tenēs regem ait.
aiaduerte rex cui⁹ veſtigia hec
ſunt ꝛ oūdit ſibi in pauimento
ſup cineres formas pedū viroꝝ
ac mulieꝝ ac pueroꝝ ac ſenū ꝛ
cognouit rex ſacerdotū falaciā
ꝛ iuſſit eos oēs iterfici ꝛ ydoluꝫ

baal ↄſtruē.tradidit Dan̄.ſpūa
liſ.baal īterp̄taſ vēt⁹ ⁊ſignificat
hūanū corp⁹ iob vēt⁹ ē vita mea
Jlle ergo miſ hō ↄgregat mul
ta bona i annos plīmos deuorā
da. Sed fallit q̄ꝛ vt dictū eſt ir-
ruēte morte furibūda relinquet
aliēis ſuas diuitias vis apte co
gnoſcē qd̄ dſ aiaduerte ſſ cine
ris.i.ſup cimiteria fouea ⁊ ſepl
turas ⁊ cōſidera quoꝝ vel q̄ruȝ
veſtigia ibi ſī. ⁊ videb ymagies
potētū diuitū ⁊ ſapiētū milituȝ
regū baronū magnoꝝ ⁊ puero
rū quēadmodū illic cōgregata
deuorauerint. Jta ⁊ tu diues de
uorabis q̄ ↄgregaſti in malum
aie tue. ſi ergo ſic ſup hmōi cine
res aſpexeris trades ydoluȝ.i.
corp⁹ tuū ↄterendū ⁊ mortificā
dū rōnis iudicio. ⁊ vētrē tuū nō
coles vt deū ſup hos cineres q
dā phs ſpeculabaſ veſtigia iam
dicta q voluit vidē cuiuſdā ipe
ratoris cadauer i tumulo vt po
Aug. nit Aug. di. Jntuit⁹ ſū cadauer
Ceſaris iperatoris i ſepulchro
⁊ vidi eū liq̄do colore ornatuȝ:
putredine circūdatū: alueū ei⁹
diruptū: ⁊ v̊miū cateruaſ p illō
tūſeūtiū diſcurrebāt p illō aſcē
dētes ad os. ⁊ duo famelici pa
ſcebāſ i foueis oculoꝝ crines n̄
adherebāt capiti. dētes patebāt
labijs ↄſūptis. ⁊ releuatū erat
nariū fūdamētū. ⁊ dixi. Ubi eſt
nūc Ceſar chor⁹ puellaꝝ magni
tudo diuitiaꝝ? ſimilitudo d̄licia
rū? caterua baronū? acies mili-
tū? Ubi ſunt canes venanteſ eq̄
veloces? aues rapaceſ? thalam⁹
depict⁹? lectus eburne⁹? aurea-
tū atriū? Ubi ſunt mutatoria di
uerſa? varia cibaria? cātica lire
ſon⁹ organi. Dolor aromaticus
te verebanſ hoies. timebāt pn-
cipeſ: colebāt orbeſ: quo iuit tāta
potētia: ⁊ tā p̄clara magnificen-
tia. ⁊ rn̄dit mihi hec oia defece-
rūt mihi qn̄ defecit in me ſpūs
me⁹ ⁊ relinquerūt me miſeꝝ ca
ptiuatū in hoc ſepulchro circū-
uolutū putredine carnis mee.
c Omede qd̄ ſufficit p̄v. C
xxv. fatuū ē magnā fa-
cere prouiſionē p victu ↄ
hn̄tibus facere iter breue ⁊ p̄ci
pue tēdētib⁹ ad locū vbi oia re-
periūſ habūde. ſpūalr. Nos ha
bem⁹ facē iter breuiſſimū. ſ. vite
p̄ntis q̄ paucis dieb⁹ finiendū
ē. Job. breues dies hois ſunt.
Nō eſt ergo faciēda magna p̄
uiſio neq̄ꝫ ſupflua acq̄ſitio rerū
tpaliū. ⁊ p̄cipue cū illa nobis n̄
ad p̄fectū ſed ad detrimētuȝ fo-
rēt niſi.n. illa relinquam⁹ p ſb-
tractionē voluntatis ⁊ affectus
xp̄i gl'iaȝ nō poterim⁹ obtinere
deo dicēte. Luc. xiiij. Niſi quis
renūciauerit oib⁹ q̄ poſſidet nō
pōt meus eē diſcipulus. Renū
ciem⁹ ergo diuitijs p affectū. ⁊
firmem⁹ cor ⁊ mētē noſtram in
xp̄o ⁊ ſic p̄ueniem⁹ ad p̄miſſaȝ
gloriā. Fig. exo. xvi. Filij iſrael Fig.

exeūtes de egypto nō receperūt māna p deſtuz abulātes niſi qñ fuit ɔſūpta farina quā ſecū portauerāt ō egypto. ɔſūpta ṽo venerūt i Helim. xxx. die. ⁊ ibi ſixeft tabnacula ſeu māſiōes. vt dicit magiſter. ⁊ ibi receperunt māna. Spūalr. filij xpi exeuntes de pctō ⁊ veniētes ad xp̄z p viā hui⁹ vite deſti pegrinari nō debēt de farina egypti. i. de diuitijs vite pñtis magnā gerē volūtatē aut ſollicitudinem eo qḋ

Se. via breuis ſit vt dcīū ē. vñ. Se. i li. ō. morib⁹. qd'ingt abſurdi⁹ vt dici ſolet ꝗ quominuſ reſtat vie eo plus viatici qrē. ⁊ via ðſiciēte viaticū augere. Nec ð'bēt curare fideles de corruptibili ſba qñ expectāt i breui accipeꝭ eternā beatitudinez. Sȝ venire debent in Helym que interꝑtaꝭ de⁹ me⁹. ħ eſt xp̄s. In ipo igiꝭ figam⁹ māſiones nr̄as. ſ. cordis ⁊ mētis. Et ꝭcipiem⁹ māna dulcedis celeſtis. ⁊ hoc p⁹. xxx. dies. ſ. tridenas q: relictis operibus mortuis ⁊ occioſis ꝭmonib⁹ ⁊ prauis intētionib⁹: diſpoſiti erim⁹ ad ſupna q̄ ñ ſecū patiū

Ber tur caduca ⁊ vana Ber. in ſer. lxxvij. ꝑoccupatū qppe ſecularib⁹ deſiderijs aium delectatio ſancta ðclinat nec miſceri poterūt vana verisꝰ eterna caducis. ſpūalia corporalib⁹: ſūma ymiſ vt pariter ſapias que ſurſū ſūt ⁊ que ſunt ſuper terram.

f Anes peccatoꝝ circumplexi ſūt me. p̄s. cxviij. Interdū ſit noduſ adeo fortis ꝙ poti⁹ franguntꝭ funes ꝗ ſolui poſſit nod⁹. Spiritualiter. aliqñ adeo fortiꝭ inodatur aīa cū diuitijs tpalibus per affectū ꝙ potius aīa ipſa frāgiꝭ a corpore per mortē ⁊ ab eodē ſeparaꝭ: ꝗ poſſit a diuitiarū affectionib⁹ ſolui. ⁊ hec rō eſt ꝙ trib⁹ funib⁹ hō ligaꝭ ab eis. Nā diuitie ſtringūt i acqrēdo fune cupiditatiſ ſtriugūt in retinēdo laquea auaritie. vrgēt in poſſidēdo affectiōis ſapore. Iō ſcriptuȝ eſt. Iſaie. xxiij. Funiculus triplex difficile rūpiꝭ. ⁊ ſic hoiem ligatū iſolubilr ducūt ad interitū. Figu. Iudi. xvi. Sanſon ſeductus a dalida ligat⁹ eſt a philiſteis. ⁊ excecat⁹ ⁊ perductus i carcerē. Spūaliter. ſanſon qui ſeduciꝭ a dalida denotat illuȝ q ſeduciꝭ a pecunia. iacēs. n. i gremio ei⁹ per affectū ligaꝭ a ōmonibus ⁊ excecat⁹ duciꝭ in carcerē pcī i quo miꝭabilr moriꝭ ſine remedio. peſtifera ergo res eſt auaritia ⁊ cupiditas rez tēporaliū in hoie que quāto pluſ creſcūt in hoie tāto plus tenēt forti⁹. Sen. in quadā epl'a. Fortiſſima peſtis eſt cupiditas que ſolet egenos facere quos capit dū finē q̄rēdi nō inuenit. Nā altera cupiditas ex alterius fine naſciꝭ. Et iō fortior eſt q cupidi Fig. Sen.

tatē vincit: q̄ꝫ qui ſubicit hoſtē.
Jcut aqua effuſus ſum.
H ſ ps.xxi. Erit⁹ dū ſub pe
tra ꝓtegiť. ſtās in ſe re
collect⁹ in tuto eſt ab oi fera. eſt
enim exteri⁹ aculeis armatus.
Jta vt nec poſſit ledi ſed itrans
aq̄ dilatat ſe. quē canes viden-
tes dilatatū capiūt qn̄qꝫ per pe
dē qn̄qꝫ per aurē aliqn̄ p gulā ꝛ
ſic captū occidūt. Spūalr. q̄ꝫ-
diu iuſtus ſtat in ſui cōſideratō
ne: ꝛ recolligiť ſub petra que ē
xp̄s ꝓtegiť a xp̄o. armať. n. acu
leis ořonis ꝛ v̄tutib⁹. ꝛ nulluꝫ
ferale peccatū pōt aliquo modo
ad illū appropinq̄re. Sed itrāſ
aquā mūdialiū rex per affectuꝫ
dilatať per deſideriū ad illa. Jō
ſtatiꝫ parati ſunt infernales ca
nes ꝛ vn⁹ accipit eū per aureꝫ.
ſ. v̄ba ocioſa audiēdo. Ali⁹ vero
per manū praua opera exercē-
do. Ali⁹ vero p guttur ꝯfeſſionē
tacēdo: ꝛ ſic hō miſer relinq̄ns
deuꝫ ꝛ carnalia opera exercens
moriť ꝛ occidiť in labilib⁹ mū-
di reb⁹ relicto loco i quo ſe tue-
Fig. bať ab hoſtib⁹. Figu. Gen̄. vij.
Multiplicatiſ diluuij aqs exti
cta eſt ois caro que erat ſuper
terraꝫ. Spūaliter. hoies relin-
quētes xp̄m ꝛ ipſi⁹ doctrinaꝫ ꝛ
multiplicatiſ aqs diuitiarū cir
ca cor per affectū moriunť i pec
cato ꝛ ſubmerguntť in ipſis di-
Gre uitijs. vn̄ Gre. in mora. Carna
les hoies dū de rerū abūdantia
ꝛ diuitiaꝝ affluentia extolluntť
hora qua neſciūt: ſbito capiūť:
ꝛ dū pedes fixiſſe credūt repen
tino motu ad yma laci d̄ſcēdūt
❡ De eccleſia.
Udi filia ꝛ vide ꝛ iclina A
a aurē tuā. ꝛob. po. ꝛ. d. p.
t. qꝛ ꝯcupiuit rex ſpēm
tuā. ps. xliiij. Sic ille bnūs dꝛ q
hꝫ vxorē bēignā ꝛ māſuetā ꝛ bo
nā. ita ꝯ̄pē triſtitia hn̄ti mulieꝫ
obſtinatā ꝛ neq̄ꝫ. Nūq̄ꝫ. n. hꝫ bo
nū. vn̄ meli⁹ eēt hitare iter ſ̄pē
teſ q̄ꝫ cū mlīē obſtiata i malitia
ſua. Tal'. n. oio ř̄pudiāda ꝛ a cō
ſortio cuiuſcūqꝫ valēt̄ viri peni
t⁹ excludēda. Spūalr. ſynago-
ga iudeoꝝ ſp fuit peſtifera: vxor
q̄ ſup ꝓpriū viꝝ alios iduxit tur
piſſimos amatores. ſ. diuerſa
ydola ꝛ diuerſa pctā. p⁹ q̄ ibat
dn̄i dei ſui oblita Jſa. lvij. ſuſce
piſti adulterū hūiliata es vſqꝫ
ad iferos i multitudine vie tue
laboraſti. Nō dixiſti qeſcā mē-
tita es ꝛ mei nō es recordata. iō
h̄ ſynagoga mērtrix tātū deo in-
grata obſtiata i ſua cecitate me
rito a xp̄o rege celi repulſa ē ꝛ
eccl'ia hūil' ꝛ obediens q̄ auditu
auris audiuit dn̄ꝫ coronata ē i
ſponſā. Figu. Heſter. i. vbi legi- Fig.
m⁹ q̄ rex Aſſuer⁹ inito cōuiuio
maxio itio āno regni ſui cunc̄
p̄ncipib⁹ ſuis ꝛ pplo vocauit re
ginā vaſti vt oſn̄dēt magnitudi-
nē glīe ſue q̄ illā decorauerat. vo
cauit eā p. vij. eunuchos vltimo

die ꝯuiuij qn̄ fuit ꝓlarioꝛ q̄ ve-
niri contēpſit. Jō hito ac delibe-
ꝛo ꝯſilio dedit ſniam. vt vaſti nō
eſſet ampliꝰ regina nec vlteriuſ
videret faciē regis. ⁊ ſic factū ē.
Et introducta eſt heſter que nō
erat de pplo ſuo quā ipſe ſūme
adamauit ⁊ ipſa loco vaſti re-
gnauit. Spiritualr. Aſſuerꝰ q i
terꝑtaꝛ beatitudo ſignificat dn̄z
deū nr̄z Jeſum xp̄m benedictuz
q tā pplis gentium q̄z ꝑncipibꝰ
ſuis. ſ. iudeis venit tertio anno.
ſ. tpe grē facere ꝯuiuiū ⁊ paſca
redēptiōiſ humane. Sz vltima
die ꝯuiuij qn̄ vinū illud mera-
ciſſimū ſanguinis ſui ſic fuit ꝓ
oium ſalute copioſe diffuſū: qꝛ
ipſe dn̄s ꝓlarioꝛ ⁊ ꝓpitioꝛ ad
īdulgentiā effectꝰ rogabat pꝛez
īdulgē pctōꝛibꝰ: tūc p. vij. ſacra
que de ſui coꝛpoꝛis latere exieꝛt
vocauit ſynagogā vt oñdēt glo
riā illiꝰ. i. ꝓphetiaſ ⁊ ſcripturaſ
illius eē cōpletas. ⁊ noluit veni
re cucurrerūt oia ad iſtud cōui
uiū. Lapides ꝑra ſol ſepulchꝛa
velum tēpli oia conſitētia ⁊ cla
mātia vere filiꝰ dei eſt iſte. Et in-
grata ſpōſa terga vertēs deſpe-
xit illū. ⁊ iō lata eſt ſnia ſup ip-
ſā ⁊ ſup oēs filios eiꝰ vt cecitate
percuſſi nō ꝓficiāt. ps. obſcurēt
oculi eoꝝ ne videāt: ⁊ doꝛſū eoꝝ
ſemꝑ incurua. Sed tūc iuēta ē
heſter abiecta q̄ nō erat de pplo
ſuo. q̄ dn̄ vocaret ſtatiz relictis
pplo ⁊ parētibꝰ obediuit regi ⁊
humilr adheſit. Heſter q̄ interꝑ-
taꝛ abſcōdita denotatꝰ xp̄i eccle-
ſiā que de puluere ignoꝛātie ac
gentilis cecitatis per doctrinaz
apl'oꝝ educta ſtatiz reliqt ydo
latriā. ⁊ vite pn̄tis vanitate ex-
poliata ſecutaꝰ ē ſuū redēptoꝛez.
⁊ ipſe illā ſūme amauit ⁊ oꝛna-
uit donis ⁊ miraculis. apēdēs
ad aures illiꝰ ꝑcioſiſſimas gem
mas ſpei: qbus ſecura eſt thala-
mū ſuperne patrie introire ſine
oi deceptione vel fraude. vn̄ Ri Ri.
car. li. i. de trinitate. vtinā atten
derēt iudei vtinā aduerterēt pa
gani cū quāta ꝯſcie ſecuritate ꝓ
hac parte ad diuinū iudiciū po
terimus accedere. Nōne cuz oi
ꝯfidētia deo dicere poſſumꝰ dn̄e
ſi erroꝛ ē a teipſo decepti ſumꝰ.
Nā illa tantis ſignis ⁊ ꝓdigijs
confirmata ſunt ⁊ talibus q̄ nō
niſi ꝑ te fieri pn̄t ⁊ certa a ſūme
ſanctitatis viris ſūt nobiſ tradi
ta cū ſūma ⁊ auctētica ateſtatōe
ꝓbata teipſo coopāte ⁊ ſmonē
ꝯfirmante ſequentibꝰ ſignis.

a Rcha ſanctificatōis tue
ps. cxxxi. Prouidꝰ pa- B
terfamilias paratū ſem
per hz panē ⁊ refectionē filioꝝ
in archa ne illos ꝑmat eſuries.
verū ē q̄ ibi duplex eſt refectio
ſ. ꝓ diebꝰ vſualibꝰ ⁊ ferialibꝰ: ⁊
ꝓ diebꝰ feſtiuis. in qbus fami-
lia ꝯſueuit abundantiꝰ ⁊ altiuſ
refici. Spiritualiter. Xp̄s ē pa-
terfamilias omnium fideliuz.

Ideo optimá fecit illis ꝓuiſiones in archa eccleſie ꝺ ſpirituali annona: qa ibi h3 paratū pané qui ꝺe celo ꝺeſcendit. Itez ſacrá ſcripturam que eſt aíe ſacte cib⁹. Itez ſacramētū pnie quo ꝺeficiētes recōciliant ꝺeo. ſ3 iſte eſt cibus ferialis ꝛ viatoꝝ ſ3 cū3 ꝑuenicm⁹ ad feſtū eterne beatitudinis ꝛminiſtrabit nob panis nobilioꝛ q̄ mō credimus ꝛ qꝺ ſola fide ſumim⁹ videbim⁹ facie ad faciē. Fig. Fig. In archa teſtamenti erat mána tabule teſta mēti virga Aaró que floꝛuit vt ponit Apo. ad Heb. ix. Spūaliter. in ecclia eſt mána celeſtiſ panis. ſ. coꝛpoꝛis xp̄i ꝯtinētis oē3 ſuauitatē gratie. Sūt etiá tabule noui ꝛ veteris teſtamēti vł legis ſacre. vñ infoꝛmamur ꝛ inſtruit ꝺe via que ꝺucit ad celos. Tertio eſt ibi pnie ꝺiſciplina q̄ refloꝛet aía nr̄a ꝛ ꝓducit fruct⁹ ſapidos i ꝯſpectu ꝺei qb⁹ mereamur abūdantiá indulgentie. ſ3 cū ꝑuenerim⁹ ad feſtū fruemur abūdātiuſ: qꝛ qꝺ hic ſeminam⁹ recolligem⁹ ibi ſpecioſius ꝛ ꝺulci⁹ Gre. Gre. In quadá omc. ſancta eccleſia ꝺuas h3 vitas. vná qua merceſ colligit: aliá in qua ꝺ receptis munerib⁹ gaudet atq3 i vtraq3 vita ſacrificiū offert. hic v3 ſacrificiū cōpunctionis. illic ſacrificiū laudis.

C q Ui ꝺeſcendunt mare in nauib⁹. pſ. cvi. Quádiu nauis agitat fluctib⁹ nante nō fruunt lucri ꝺulcedine: qꝛ eſt intētio eoꝝ ad artem nauticam ꝓpter innumerabilia pericula q̄ non poſſunt intendere ad aliud ſed tracta naui ad poꝛtum ꝛ venditis mercibus: tūc percipitur lucri m̄ltitudo ꝛ quiete gaudēt ſuper his que ſudoꝛe ꝛ laboꝛ ac q̄ſierūt. Spūalr. q̄diu ſum⁹ in pn̄ti vita nauigam⁹ in ecclia militante circa quá tot ſūt tētationis ꝓcelle q̄ ſatis eſt poſſe ipſaſ vitare. ita q̄ non poſſum⁹ plene vacare cōtēplationi celeſtis lucri. ſed cū nauis hec poꝛtū itrabit cū plenitudine fideliū eterne beatitudinis. Tūc fruent fideles fructu quē percipiet ꝓ laboꝛe quē paſſi fuerint. ꝛ ceſſabūt fluctus vite huius aduerſitatis. Fig. Gen. viij. Ceſſátibus Fig. aquis ꝺiluuij: archa q̄euit i mōte excelſo. ad quem etiam aque ꝺiluulj ꝑus archá eleuauerant Spūaliter. per archa3 ſubaudi militátem eccliam quam aque multiplicis turbationis quāto amplius cōcutiūt tanto ampli⁹ in fidei foꝛtitudine firmant ꝛ cōſtantioꝛem efficiunt. vnde Hilarius. vij. ꝺe trini. hoc habet ꝓpꝛium in ecclia: qꝛ ꝺum perſequ tur floꝛet. ꝺum compꝛimit creſcit. ꝺu3 contēnitur pꝛoficit. ꝺū leditur vincit. ꝺum arguitur itelligit: tunc ſtat cu3 ſuperari videtur. Igitur eſt ſemper in ago Hil.

ne quouſq; impleat numerus
electorum. Quo completo req
ſcet in mõte dñi ⁊ loco ſctõ ei⁹.
Gre vnde Gre. in epiſtola ad Jeſa/
nũ. Archa iquit ceſſãte diluuio
in monte quieuit qꝛ huius vite
corruptione ceſſante cũ maloꝝ
operũ fluctus trãſierint in cele/
ſti patria ſancta eccleſia velut in
excelſo monte requieſcet.

D ſ Pecies celi gloria ſtella
rũ eccleſiaſtici. xliij. no
tandum ꝙ eſt quedam
ſtella in celo quam vocant polũ
⁊ eſt immobilis. vulgo eniz di/
citur tramontana: ⁊ circa illam
ſunt. viij. ſtelle circũeũtes ſem/
per illam nec vnq̃z eam deſerũt
⁊ vocãt eas arturũ vulgo dicũ/
tur curr⁹. Spiritualiter. eccle/
ſia militãſ aſſimilat ſtelle ſupra
dicte ĩmobili ꝑꝑ firmitatẽ ⁊ cõ/
ſtantiam fidei qa nulla ꝯcuſſio
ne vnq̃z potuit remoueri a xp̃o
cui ſit cõiuncta eſt: imo quanto
amplius ꝯquaſſatur firmioꝛ ef
Gre ficit. vñ Gre. in moralibus. tũc
ſancta eccleſia: valẽtius in ꝟtu/
te efficit: cũ ardẽtius pro verita
te fatigat. habet. n. circa ſe. vij.
ſtellas. i. ſeptẽ ꝟtutes. tres theo
logicas ⁊ q̃ttuoꝛ cardinales. q̃
in voce p̃dicatoꝝ circũferũtur i
eccleſia ⁊ nunq̃z ipſam deſerunt
Fig. Figu. Apoc. i. vbi beatus Jo. in
medio. vij. candelabroꝝ aureo
rũ vidit ſimilẽ filio hois qui ha
bebat in dextera ſua. vij. ſtellas.
Spũalit. per hũc filio hois ſimi
lẽ ſubaudi eccleſiã que ſimiles
mores ſponſi moribus habet q̃
⁊ ſi ſtella nũcupet ⁊ ipſe ſpon/
ſus ẽt ſtella dr eo teſte. Apoca.
xxij. Ego inqt radix ⁊ genus.
Dauid ſtella lucida ⁊ matutia.
Igit hꝫ eccliã. vij. ſtellas i dxte
ra ſua. qꝛ hꝫ. vij. prenominatas
virtutes quib⁹ omnẽ conat na
tionẽ dirigere. Nã in fidelib⁹ n̄
credentibus lumẽ fidei chari/
tatis ⁊ ſpũs ſcẽ trinitatis doctrine p̃
bet vt ipſos ad ſuuz iducat gre/
miũ. Fidelib⁹ ꝟo qui ſãcte trini
tatis articulo in gremio ecclie
requieſcũt quattuoꝛ cardinaliũ
virtutũ largitur diſciplinaz: vt
morib⁹ decorent humanis. ⁊ vt
reddat oẽs atq; faciat vni⁹ mo/
ris habitãtes i domo: omnes co
natur ſuo ſtudio adiuuare. Jõ
Gre. in mora. ſup Job ꝑtractãs Gre
illud verbũ. Qui facit arcturuz
⁊c. ait eſt in arcturo ꝙ conſi/
deratius poſſum⁹ intueri. In ſe
ptẽ quidẽ ſtellis voluit: ⁊ mo/
do qdẽ tres ad ſũma eleuat at/
q; ad ima quattuoꝛ iclinat. mõ
ſuperi⁹. q̃ttuoꝛ erigit. ⁊ tres in/
ferius premit. Sic ſancta eccle
ſia modo infidelib⁹ trinitatis no/
titiã: modo fidelib⁹ q̃ttuoꝛ ꝟtu/
tes quaſi rotatu p̃dicatõis ſtat⁹
ſui ſpeciez quodãmodo mutat.

n Auis operiebat fluctib⁹
Mat. viij. Not. ꝙ ſunt t
quattuoꝛ p̃ncipales ven

ti in mari.ſ.oriēs:occidēs: auſter:ꝛ aquilo.quoꝝ cōmotione causatur maritima peſtis. Nã mare nō fluctuat niſi cōcuſſiōe ventorū. Spiritualiter. Erga nauim eccleſie per huius mariſ proceloſi navigātē. q̃ttuor nationes tempeſtatem non modicam causarunt. Nã ab ipſis cu nabulis nō ei dfuit perſequtio. pmo vt ita dicā percuſſa fuit ã iudeoꝝ colegio tanq̃ ab orientali plaga fluctuante ꝛ furente ſup dñm ꝛ creatorē ſuum. ps. Omnes fluctus tuos induxiſti super me. Secūdo a pplo gentilium quorū inſipiētia velut frigidi ꝛ ſicci a veri ſolis lumine ꝛ charitate diſtātes fuderunt ſanguinē ſanctoꝝ ſicut aquā. Tertio a ſecta hereticoꝝ qui auſtrali fecunditate ſacre ſcripture accipientes fructus ſuo peſtifero flatu ꝯuertebant in fluctus. Quarto poſſum⁹ dicere ꝙ a falſis xpianis quorum diuiſio eccleſiam multo tēpore nō modicū cōturbauit. vel poſſumus dicere ꝙ iſta quarta concuſſio reſeruat̃ fienda tēpore antixpi iã occidēte preſentis vite luce. ex
Fig. ſupradictiſ habetur. Fig. Danielis. vij. vbi ipſe Daniel vidit q̃ttuor vētos pugnare i mari magno: ꝛ poſt eoſ vidit quattuor beſtias exeūtes de mari. quarū pma erat ſicut leena habēs alas duas q̃bus depoſitis in terram. cecidit ꝛ pedib⁹ ãbulauit. Alia erat ſimilis vrſo ꝛ habebat tres ordines dētiū ꝛ comedebat carnes plurimas. Tertia vero ſimilis erat pardo ꝛ habebat q̃ttuor capita. Quarta vero nomine ñ cognoſcit̃. ſed erat oibus diſſimilis omnia cōminuēs. ꝛ habebat dētes ferreos. ꝛ qḋ dentib⁹ nō cōminuerat pedib⁹ conculcabat. Spñaliter. He q̃ttuor beſtie ex q̃ttuor procedentib⁹ ventis q̃ttuor ſunt pſecutiones ſuperius nominate. nã per leenã duas alas habētem ſubaudi ſynagogam decoratā lege ꝛ ꝓphetia q̃bus velut alis ad ſuperiora volauit. Sed cito illis depoſitis cecidit in terrã ꝛ ꝯmixta eſt iter gentes per cupiditatē ꝛ nequitiam. ꝛ didicit opera eoꝝ per ydolatriam ꝛ maliciã. hoc fecit illud peccatū ꝛ ſcelus nephãdiſſimū qḋ cōmiſit fures cōtra ſaluatorē ſuū cōtra quē facta ē ſicut leo in ſilua ꝛ nō ſolū i caput ſed ēt in mēbriſ peccauit. Jō punita cōtritione valida in ſe ꝛ filios ſuos iuxta dñi vaticiniū. Secūda vero beſtia fuit natō gētiliū cū triplici pctōꝝ genere. ſ. ꝯcupiſcētia carnis: cōcupiſcentia ocloꝝ: ꝛ ſuperbia vite: peccātes multa martyrū milia interfecerūt. ſ ceuanuit eoꝝ rabies ꝓuēta fidei lumine. Nã multoꝝ ſcōꝝ miraculis ꝛ prodigiis viſis depoſita feritate hūeros ſup

poſuit in go xpi. Tertia vero beſtia pdo filiis: fuit ſecta hereticorũ q depicti ⁊ decolorati diuerſorũ colorũ. ſ. error simplicees decipiebãt. Et no. ꝙ dr beſtiã pdictã habuiſſe quattuor capita: qr hi heretici vrſipelles colorabãt hereſes ſuas doctria quattuor euãgelior. Sed hãc beſtiã fugarũt ſcti doctores a pfinib' eccle. qrta vero terribilis hec ẽ diuiſio xpianor q nullo noiaẽ noie: qr nulla eſt cã curtalis feralis iniqtas iter xpianos vigere debeat. Et hec di cit ſine nomine: qa nomina eorũ qui caracterẽ hnt' beſtie portãt in fronte deleta ſunt de libro vivẽtiũ. habet naqz hec beſtia dẽtes ferreos quib' mltas carnes duorat: qr xpianor grex huius beſtie ſubditus dẽtib' ferreis. i. enſe ⁊ gladio ſeipm dilaratuit. Job. xiij. Quare lacero carnes meas dẽtib' meis. Sed qd non lacerat dẽtib' pculcat pedibus. qr qdã qb' nõ eſt licitum arma ſubripere ꝯ pximos affectioib' ⁊ volũtate feriunt ⁊ occidũt. Et ſic phdolor fluctuãt corda pluo rũ xpianor qſi mare feruẽs circa nauiz petri vt ipſa videat operiri fluctib' ⁊ pcellſitis ⁊ diſcordie filior: imo nõ filior: ſz puor ſpurior peſſimor. quos tota trinitas ſcã excludet ab herditate
Au gfiliorũ. vñ Aug. de verbis dñi. q in pace nõ erit inuent' a pãe ab dicabit a filio: exheredabitur a ſpirituſãcto alienus efficietur: nec ad hereditatẽ dñi poterit puenire q teſtm pacis noluerit obſuare. Poſſem' tñ per qrtaz beſtiã antixpm itelligere q ipe ſuo de fidelib' eccle magnam faciet ſtragẽ ⁊ niſi abbreuiarentur dies eius nõ fieret ſalua omnis caro.

Edes tua deus in ſeclm ps. xliiij. regia ſedes in qua ſolet ſedere rex rũſur' pplo ſp eſt emiẽtior ⁊ ornatior alijs put decet regiã maieſtatẽ. Spũaliter. ſedes eterni regis eſt ſancta eccla. nã ad illã ppls ꝯuenit xpianus p ſuis cauſis ſuo regi locuturus. Job ſedes fulget decẽti decore vt ex illa appareat regis magnificẽtia. Fi. iij. Re. x. vbi legim' qd Salomon fecit in domo libani tronũ d ebore grandẽ ⁊ veſtiuit eũ auro puriſſimo. Et tron' habebat ſex gradus ⁊ ſumitas troni rotũda erat. In pte poſteriori erãt due manus tenẽtes ſedile hinc atqz inde: ⁊ duo leones ſtabãt iuxta man'. ⁊. xij. leonculi ſtabãt iuxta. vi. gradus. ⁊ illo trono ſedebat rex Salomon ⁊ ad illũ accedebãt pncipes iſrl ad loqndũ regi. Spũalr. p hũc tronũ ſubaudi ecclam militantẽ que pro tãto dr de ebore pp ſi dei puritatẽ. Et cãdorẽ qui acqrit in fronte bapuſmi. Cañ. iiij Quã pulchra es amica mea ⁊

macula nõ eſt in te. Veſtita ẽ auro puriſſimo: qꝛ fulget luce charitat̃. ſ. dei ⁊ ꝓximi. h3. vi. grad⁹ miſericordie opera qbus electi gradiunt̃ ad requiẽ eterne beatitudinis. Et ſũt ibi. xij. leõculi: qꝛ articulis fidei decorat̃ ⁊ dotatur. ⁊ ꝓ tãto dñr ſuper gradus illos ſtare. qm̃ que miſericorditer facimus fidei robore firmãtur. Sũt ibi due man⁹ regẽtes qꝛ natura diuina ⁊ natura humana in vno xp̃o exiſtentibus eccl'ia ſuſtentat̃. Sunt ibi iuxta man⁹ duo leones. ſ. antiquu3 ⁊ nouũ teſtm̃: quoꝝ rugitu ſãcta eccl'ia ab ĩfidelib⁹ defenſat̃. Nã iudei latrantes ꝯ eccleſiã cõfundũtur a veteri teſtamento. ſicut p3 de Iſaya clare ⁊ lucide euãgelizãte paſſionẽ ⁊ ĩcarnationẽ ⁊ mortẽ xp̃i. hoc idẽ p3 d̃ Hieremia ⁊ oib⁹ alijs ⁊ d̃ pr̃iarcharũ geſtis que omnia ꝯtingebãt in figuris xp̃i. hereticos v̈o lacerat teſtm̃ nouum vbi ſimplex puritas euangelij apertã declarat veritate3. Sed erat ſumitas troni rotũda qꝛ cu3 ꝑueniet̃ ad ſuperne glie dignitatẽ reperiet̃ eterna ꝑfectio omni excluſo defectu. Ad hãc igit̃ regiã ſede3 fideles ex infidelibus facti veniũt cãs ſuas. i. delicta ⁊ peccata dño ꝯfitẽteſ. ⁊ ab ipſo pluſq̃3 ſperẽt recipiunt in eade3. vnde Aug. de cõſecratione in quoda3 ſermone eccleſi. Eſt inqt eccl'ia oĩum credentium mater q̃ natos ad mortẽ regenerat ad ſalutem. per qua3 chriſtus plus reſtituit in gratia q̃3 perierit in natura. ⁊ Ade tranſgreſſoris degenerẽ ꝓlem in adoptionem diuine paternitatis aſſumpſit ⁊ de paradiſo exheredatos celi reddit coheredes.

Aug

Omum tuã decet ſanctitudo. pſ. xcij. tripliciter ſolet ornari palatiu3 regis. ꝑmo de pulchro ĩtroitu vbi ꝑmo cõueniũt gentes. ſecũdo d̃ pulchro ⁊ decẽti atrio vbi ſiſtũt ad loquẽdũ. vltimo de ameniſſimo thalamo vbi eſt qes regia. ⁊ vbi iterdũ ſecretã cu3 magnis familiaribus habet locutionẽ ⁊ cõſiliu3. Spũaliter. Eccleſia eſt domus optime ordinata. qꝛ ibi eſt introit⁹ lat⁹ ⁊ magnus ꝑ copiã indulgentie vt oĩum volentiũ intrare multitudo ad xp̃m largã inueniat benedictione3 ſiue ſint infideles per baptiſmũ ĩtrãtes ſiue ſint fideles ꝑ lachrymas redeũtes. ſcd̃o h3 atriũ ſecurũ. vbi ꝯueniũt fideles ad loquẽdũ xp̃o regi ſuo per d̈uotas oꝛ̃ones. vt cũ iuſta petierint nequaq̃3 dubitẽt exaudiri. vltimo eſt ibi thalamus ſecretioꝛ. i. ꝯtẽplatõis act⁹ ĩ quo etern⁹ rex cũ pauciorib⁹ familiarib⁹ loqt̃ vbi ſũt repoſiti theſauri regiſ meliores. Fig. leui. In introitu tẽpli erat piſcia vbi lauabãt̃ aialia ſa

D

Fig.

crificij. intus vero prius venie-batur ad altare incenſi. vltimo erat locuſ qui dicebatur ſancta ſanctoꝛ. ad quā ſolus ſacerdos ſumm⁹ ſemel i anno accedebat. Spūaliter. Subaudi per piſci nā aquā baptiſmi. ⁊ aquam lachꝛymarum. nā ꝙ vna facit infidelib⁹ alia facit peccatoꝛibuſ fidelibus. Nā qḋ fecit aqua baptiſmi paulo: lachꝛyme fecerūt Petro. Nā vt aque baptiſmi excluſerunt Paulo perſecutionis notā. ita lachꝛyme Petri diluerūt in ipſo negationis macula. Unde Leo papa in ſmōe

Leo cene dñi de lachꝛymis Petri ait. Felices īquit ap̄le ſancte lachꝛyme tue. que ad diluendam culpā negationis: virtutē ſacri habuerūt baptiſmi. ſecūdo inueniẜ ibi altare incenſi per qḋ ſub audi ppl'oꝝ oꝛonē que tāto acceptioꝛ eſt in ꝯſpectu dñi q̄to a plibus ſimul cōgregatis in dei

Am. laude fuerit egreſſa. vñ Ambꝛ. li. ḋ pnia. multi minimi dū congregant vnanimes fiunt multi ⁊ multoꝝ p̄ces ipoſſibile eſt ꝯtē ni. Ultimo inueniẜ ſancta ſanctoꝝ per quā ſignaẜ ſupernoꝛuꝫ ꝯtēplatio. Sed no. ꝙ ad locuꝫ illū ſolus ſacerdos ingrediẜ. qꝛ ille q excluſis ſecularib⁹ negotijs deū q̄rit liberius ipſum inuenit. vñ ſciendūꝫ eſt ꝙ ſacerdos dẜ ſacra dans: Sacramētū. n. i nobis ꝙ deus ſibi dandū accepṫat eſt coꝛ nr̄m. de quo ipſe per ſapientē ꝫ dicit. Fili p̄be mihi coꝛ tuū. Igiẜ cū libere coꝛ nr̄m dabim⁹ deo expeditū ꝫ ab oī coꝛporali affectione: ſimiles erim⁹ ſacerdoti magno: q turba relicta foꝛis intrabat in ſancta ſanctoꝛū. Aliter. n. ipſe deus nō nobiſcū familiariter cōuerſaẜ nec nobis oñderet ſupne maieſtatꝫ theſaurū niſi rerū mūdialiū abiceremus īpedimētū. Gre. li. v.

Gre moꝛal. Mēs nr̄a nullo modo ad vim intime cōtēplationis rapiẜ: niſi ſtudioſe p̄ri⁹ a terrenoꝝ deſiderioꝛū tumultu eripiatur.

V T poſſitis cōpꝛehēdere cū oībus ſcīs ad Ephe. iij. No. ꝙ oē coꝛp⁹ eſt trine dimēſionis ſm ſuā quantitatē: hꝫ. n. lōgitudinē. latitudinē: ⁊ ꝓfunditatē. hec videm⁹ eē ēt in coꝛpoꝛibus naturalib⁹ ⁊ i coꝛpoꝛib⁹ artificialib⁹. Spūalr. eccleſia fideliū eſt quoddā coꝛpuſ cui⁹ xp̄s caput eſt noſq; ei⁹ mēbꝛa. habet. n. quādā lōgitudinē i. quedā ſeruāda in longitudie vite p̄ntis: habet ēt latitudinē. i. latitudinē ſui gremij vt filioꝝ capax efficiaẜ. habet ēt altitudinē ſuā ad quā alieni vel extranei nequeāt puenire. Fig. Geñ.

Fig. vi. Archa Noe in q̄ tpe diluuij humanū gen⁹ fuit ſaluatū hūit hec tria: qꝛ lōgitudo e⁹ fuit trecētoꝝ cubitoꝝ. altitudo. xxx. latitudo quīq̄gita. ſꝫ i ſūmo ꝯſume

baẗ in vno. Spūalr. eccl'ia dei i
q̀ua per baptiſmū ſaluandi ſal-
uanẗ. h3 lōgitudinē trecentorū
cubitorū. Nā ꝑ h̄. iij. cētenaria
debem⁹ itelligere fidē ſpē ⁊ cha
ritatē. Nā hec tria in lōgitudi-
nē vite p̄ntis ſeruāda ſūt. in ſū-
mo vero vite future fiet cōſuma
tio in vno tm̄: q2 ibi ſolū rema-
nebit q̄ ꝑmanet charitas. Alti-
tudo v̄o ē triginta cubitoꝝ per
has. iij. decenas ſubaudi trini-
tatis articulū q̄ tāte exiſtit alti-
tudis: vt nemo ex̄ne⁹ a fide poſ-
ſit ad illū attingē. ⁊ cōſumaẗ in
vno, ꝓ tāto: q2 l3 in deo ſint. iij. ꝑ
ſone: vna tm̄ eſt eēntia ſeu ſbſtā
tia: latitudo vero ei⁹. l. ē cubitoꝝ
⁊ denotat ſancti ſpiritus gr̄a3 ꝑ
quā dilatatū eſt eccl'ie gremiu3
in multitudine credentiu3 que
quidā grauidata eſt. l. die. a dn̄i
ca reſurrectionis. cui⁹ figurā p̄-
ceſſit datio. ſ. legis poſt. l. diem.
ab exitu egypti. Jō q̄nquageſi-
mus annus iubileus vocatur i
quo oia libertati reddebantur:
q2 qui ad gremiū eccl'ie ꝑuene-
rit per ſacrū baptiſmū: tāta i ip
ſo diffundeẗ gr̄a q̄ de ſeruitute
diaboli deueniet ad adoptionē
filioꝝ dei. patet ergo q̄lr fabrica
ta ⁊ formata ſit eccl'ia ꝓ ſalute
oium fideliū. ⁊ q̄ ex̄ illā reperiē
Aug tur aquis diluuij peribūt Aug.
de fide ad petrū. eccl'ia eſt q̄dam
forma iuſtitie. i. ꝯnex⁹ oiu3 i cōi
orat i cōi opaẗ. ſine eccl'ie caſido
lice ſocietate nec baptiſm⁹ alicui
ꝓdeſſe p̄t: nec opera miſericor-
die. niſi forte vt minus torq̄aẗ.
Uam magna multud.
q t. d. q. ab. t. te. p̄s. xxx. I
Nō pōt ſēſus q̄ſq3 iudi-
care d' alieno obiecto q̄n ſepe d
cipiaẗ ⁊ erret. Nā ſi hō viſu iu-
dicet de ſapore fallitur q2 inter-
dū iudicabit dulce amaꝝ ⁊ ecō
uerſo. ſimiliter nō pōt ligua lo
quēs deſcribere viſa ad plenu3
vt auris capiat per auditū q̄ ſūt
viſu cernēda q̄ lingua nō ſuffi-
cit oia deſcribeẗ. Spūaliter. ter
rena generatio ⁊ a ſpūalib⁹ alie
na nequaq̄3 capere pōt quāta ſit
ſuperioꝝ dulcedo. Nā q̄ d terra
eſt: de terra loq̄tur. vn̄ Greg. in Gre
mora. Carnales hoies p̄ntē vi-
tā diligūt q2 q̄3ta ſit eternitatis
gl'ia, nō attēdūt: vt dū perhēni-
tatis eternitatē nō ꝯſiderāt cur
ſum ſtationē ⁊ res mobiles fir
mū habitaculu3 arbitranẗ. S3
cū guſtauerint dulcedinē vber
tatis xp̄i ⁊ q̄ ꝓmiſſa ſunt diligē
tib⁹ deu3: vileſcūt oia que finis
anguſta: hinc igiẗ reges terre
audiētes voces apl'oꝝ ⁊ ſancto-
rū narrare ꝓmiſſa. eo q̄d ſuper
humanos ſēſus eēnt credē non
valebāt: ſ3 viſis miraculis ⁊ gu
ſtatis gratijs ſanatū eſt palatū:
⁊ cucurrerūt admirari ad tam
ſuauē ſaporē relinquentes oia
amara mūdi. Et ſic cōgregata ē
eccl'ia ex natiōib⁹. Fig. iij. Re. i. Fig.

Cū regīa Saba veniſſet cū ma
gna familia ad videndū ſapiaȝ
Salomōis: quā ſola fama iter
ra ſua audierat in tātā īcidit ad
mirationē vt fieret in extaſi vi-
dens videlȝ ordinē ſeruientiū
⁊ ciboꝛ miniſtroꝛ menſarūque
eius. Jō ait. Nō credebā narrā
tibus mihi hec. ſȝ nūc vt video
nō fuit mihi narrata medietas
Beati ſūt ſerui ⁊c. Et dedit mł
titudinē auri opum ⁊ aromata
multa. ⁊ rex regine imenſa do-
na largitus eſt vt narrat magi
ſter. Spūaliter. regina ſaba eſt
eccleſia. vñ Aug. in quodā ſer-
mone de ꝯſecratōe ecclie. Eccle
ſia inqt eſt regia q̄ venit a ptib⁹
ethiopie audire ſapiam Salo-
monis. Sȝ h̄ nō ex vna regiōe
ſed ex diuerſis mūdi ptibus re
ges pitura cōuenit. Uenit igiť
ad redēptorē ⁊ eruditorē ſuū:
vt ſtultitia erroris doctrinā pci
Aug. peret veritatis. hec Aug. Hec
igiť regina pmo audiuit a pro
phetis ⁊ ſanctis magnalia que
xp̄s operaturus venerat i mū-
dū circa gen⁹ hūnaū hoꝝ nāqȝ
doctrina imbuta venit ad xp̄m
greſſib⁹ fidei. ⁊ applicata Hie
ruſalē ad viſionē regis pacifi-
ci locuta ē ei q̄cq̄d hēbat i cor-
de. Sic illa venit ad xp̄m ad p-
cipiēdū ſacre ſcripture dogma
ta de geſtis aduēt⁹. ⁊ icarnatio
Aug. nis ⁊ paſſiōis xp̄i. vñ Aug. vbi
s̄. Jn figura regine h⁹ venit ec-
clia ex gētib⁹ ⁊ a finib⁹ terre i-
ponēs fines vitijs cupiditati-
buſqȝ frenis audire ſapiaȝ Sa
lomōis. i. pacifici dn̄i nr̄i Jeſu
xp̄i q fecit vtraqȝ vnū. ſoluens
inimicicias inī deū ⁊ hoies in
carne ſua. venit audire ⁊ diſceř
de filij dei illuminatiōe ⁊ iudicio
futuro de aīe imortalitate: ⁊ de
ſcē reſurrectōis glia. h̄ Aug. ⁊ Aug.
cū oia illa p ſacrā ſcripturā di
dicerit a pphis narrata: a xp̄o
ꝯpleta: p ap̄los p̄dicata. his ōa
fidei adheſiōe adhēns ait. Nō
credebā narrātib⁹ mihi hec: ſȝ
vt video nihil audierā reſpectu
ei⁹ q̄ ē. vñ aug. vbi. s̄. vidit igr Aug.
eccl̄ia ſapiaȝ xp̄i ⁊ accepit doc-
trinā ſalutꝭ: īſpexit ſpūaliū mi-
rabilia bonoꝛ. Agnouit verū fa
bricatorē celi ⁊ terre ⁊ potētiſſi
mū hūani gn̄is ꝯditorē. Uidit
⁊ domū quā hedificauerat. i. i-
carnationē hois aſſūpti. vidit
cibos ei⁹. i. altaris ſacr̄a. vidit
oꝛonū ſupplicationūqȝ myſte-
ria ⁊ obſtupuit. vbi vidit inexti
mabiles diuitias dn̄i ſui: dixit
q̄ ad regē. ver⁹ ē s̄mo quē audi
ui i t̄ra mea: vincūt māifeſta q̄
cerno dulcedinis magnitudi-
nē cogitatōis mee ſēſū ſupat. h̄
aug. Sȝ tūc regia h̄. i. eccleſia:
mūera clemētie dōauit xp̄o re
gi. i. v̄tutū theſauros ⁊ aroma
ta deuote pnie. vñ Aug. vbi. s̄. Aug.
Tē illa exhibēs exēplū dō ſuo
p̄fert digna celo ⁊ valitura ce-

ſiũ multiplicia munera. gẽmas miſicordie. Juſtitie margaritas: diuerſoꝝ odoramẽta meritoꝝ. i. aromata ↄpũctõis: ⁊ ſuauc olẽtis balſamũ caſtitatis. Ꝺ aug. ſ; a rege multa maioꝛa recepit: q2 oĩo icõphẽſibilia ⁊ ineſtimabilia. vñ aug. vbi. ſ. Reuera id qđ ꝑparat de⁹ diligẽtibus ſe fide nõ ↄphẽdit̃ ſpe ñ attingit̃: charitate nõ capit̃: deſideria ⁊ vota tranſgredit̃: acqri põt: eſtimari non põt.

¶ De elemoſyna.

A a Ccipe lr̃as tuas. Luc. xvi. mercatoꝛes exiſtẽtes in p̃ria đ q̃ nullus audet extrahere pecuniã ⁊ ide recedeꝛe eos oꝫ: ⁊ ad ꝓp̃a remeare: ↄſueuerũt ↄponere cũ mercatoꝛib⁹ illis q ſocietatem hñt i p̃ria ad quã iſti tẽdũt. Dãt igit̃ pecuniã illis ſub cirographo recepturi ipſã i ciuitatẽ ipſoꝝ: ⁊ Ꝺ mõ mł̃tũ lucrãt̃: q2 plus recipiunt q̃ʒ tribuãt. Spũalr̃. Nos ſum⁹ in q̃dã p̃ria in q̃ nõ ẽ poſſe exhere aurũ vel argẽtũ vel pecuniam aliquã: Ꝺ p̃ria pñs vita ẽ. Nã i exitu oꝛdinati ſũt ſcrutatoꝛes q neq̃q̃ʒ inde exhi ꝑmittunt.

Ber. Ber. i quodã ſmõe. mũd⁹ iniqtatẽ talẽ ↄſtituit ianitoꝛẽ vt inde nihil aſpoꝛtari ꝑmittat de facultatib⁹ mundi: verũtñ culpa ⁊ vitiũ meritũ ⁊ virt⁹ ipſã inuiſibilẽ aĩam ↄſequunt̃: nec vꝫ Ꝺ poꝛtaꝝ anguſtia detineri. Jgit̃ ſi volum⁹ auꝝ ⁊ argentũ noſtꝝ illeſũ: intactũ: ⁊ augmẽtatũ r̃cipere in p̃ria ad quã tẽdim⁹. i. i futura vita: q̃ram⁹ gẽtes q̃rum ſit illa p̃ria: cũ qbus mercedeꝫ dãtes illis hic que hinc extrahere ñ poſſum⁹: hi mercatoꝛes ſunt pauperes quoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Jllis debemus tꝑalia bona tradere ſub cirographo euãgelij recepturi in patria illa mł̃tiplicata cẽtuplo. Figu. Thob. vi. Thobias cum eſſet diues ꝓſtauit gabello in ciuitate rages decẽ talẽta ſub cirographo. Fact⁹ aũt paup ⁊ cecus miſit Thobiã filiũ ſuũ cũ cirographo ducatu angeli q nõ ſolũ decẽ talẽta rẽcepit: ſed ⁊ filiam raguelis cũ hereditate ei⁹ in ſpõſã obtinuit: ⁊ reuerſus p̃ri viſũ reſtituit ⁊ ſimul cũ eo feliciter habitauit. Spũaliter. Thobias q dat gabello. x. talenta ſub cirographo eſt diues qui abundanter elemoſynas pauperi largitur ſub ſpe euãgelice ꝓmiſſõis: tũc ille deuenit ad pauptatẽ ⁊ cecitatẽ cũ moꝛte ꝓuẽt⁹ expoliatur bonis tem poꝛalibus ⁊ ꝓuatur ꝓſentis vite luce. Jgit̃ pergit Thobias iunioꝛ cũ cirographo qñ ſpiritus relicto coꝛpe cũ ſpe retributiõis aſcendit ad xp̃um angeli ſancti gubernatõe. Hic nõ ſolũ recipit bona quãta fecit vel tribuit: ſʒ efficit̃ vite beate ſpõſuſ ⁊ xp̃i coheres in glia. Fig.

demum ad corp⁹ proprium̄ redi- turus illuminabit̄ p glorifica- tionē: ⁊ ſimul in illa beatitudi- ne feliciter habitabit. Ecce q̄ꝫ bonū eſt cū pauperib⁹ mercari
Aug. vñ Aug. in quadā epiſ. Si vis eſſe mercator optim⁹ fenerator egregius: da qđ nō potes reti- nere vt recipias qđ non potes amittere. da modicū vt recipi- as centuplū. da tpalē poſſeſſio nem vt recipias vel conſeq̄ris eternaleꝫ hereditatem.

B c Eſuriui ⁊ dediſtis mihi māducare. Mat. xxv. hō tpe famis hn̄s puu- los ⁊ paup exn̄s plus gaudet accepta bucella panis q̄ꝫ ſi tpe abundātie daretur ſibi equus. Spūaliter. dū ſumus in hac vi ta eſt xp̄s paup ⁊ eſuriēs: ⁊ hꝫ multā ſecum eſurientē familiā .ſ. multitudinē egenoꝝ. ps̄. ix. Tibi derelictuſ eſt paup orpha no. ⁊c. Igitur vadit p corda fi- deliū diuitū hoſtiatim mendi- cando. Apoc. iij. Ego ſto ad ho ſtium ⁊ pulſo ſi quis mihi ape- ruerit intrabo ad illū ⁊ cenabo cum illo: ⁊ tranſiens miniſtra- bo. Et ſibi d̄negat corpalis ſeu carnalis affectio, puidere de eo q̄ ipſemet largitus eſt nobis. Jō aiaduertendū eſt ne incur- ramus negādo ſibi ſua idigna- tionē ſuā: vt cum furore bonis omnib⁹ expoliatos nos tradat
Fig. in eternalibus penis. Figu .i. Reg. xxv. vbi legim⁹ q̄ cū Da uid electus eſſet ad Saul ⁊ va gus atq̄ꝫ pfugus cū multiſ pue ris habitaret in nemore miſit nuncios ſuos ad Nabal cū pe- cora tondebant: vt ſibi ⁊ puer de aliq̄li victu ſubueniret. Cui Nabal vilipenſis atq̄ꝫ deiectis cum rubore pueris Dauid rn̄ dit. ergo ego dabo cibaria que pparaui laboratorib⁹ meis Da uid ⁊ pfugiſ q cū eo ſūt abſit: h̄ audiēs Abigail vxor ei⁹ timēs furorē Dauid ſtatim onerato aſino pane aliiſq̄ꝫ refectionib⁹ occurrit Dauid iam in via ve- nienti ad exterminanduꝫ Na- bal ⁊ oīa que illi⁹ erant. Placa uit Dauid illa: ⁊ mutauit iram eius in amorē: intantū q̄ inde ad paucos dies decedente viro ſuo Nabal aſſumpta eſt in ſpō ſam a Dauid. Spūaliter. p na bal diuitē ingratū deo ſubaudi p Dauid xp̄m qui deiectus eſt a mundo cū pueris ſuis. i. pau peribus. Requirit diuitem vt modicū tribuat ſpondens ſe il li multa redditurū. Aug. ō ver Aug bis dn̄i. Dicit tibi xp̄s da mihi ex eo qđ dedi tibi. De meo q̄ro da ⁊ redde: habuiſti me largito rem fac me debitorē: habeā te feneratorē. Tpalia mihi das ⁊ eterna tibi reſtituā. teipſuꝫ tibi reddaꝫ. Sed vide quid rn̄deat carnalis homo ⁊ corporalis di ues cuius deus venter eſt. cui⁹

dñs aurum eſt. Ergo ego dabo
iſtis pultronib⁹ ꝙ meis filijs i
tāto laboꝛē ꝯgregaui: excitat igi
tur xp̄s ad irā vt iuſti,ſup vindi
ctam malefactoꝛis intēdat ⁊ ſi-
bi rebellē puniat tā in perſona
ꝙ̄ in rebus. Sed ſolicita aīa lu
mine rationis illuſtrata onera
to coꝛpoꝛe miſericoꝛdie opib⁹
Dauid obuiare nō differt. i. xp̄o
di. dñe ne in furoꝛe tuo arguas
me. Quo facto depoſito coꝛpoꝛe
i moꝛte efficiet̄ xp̄i ſponſa. Ec-
ce ꝙ̄ bonū p̄miū reddet miſeri
coꝛdia: Petr⁹ ra. clamat de⁹ mi
ſericoꝛdiā volo. qui qḋ vult de⁹
deo denegat a deo qḋ deſiderat:
vult ſibi negari. petit deus miſe
ricoꝛdiā nō ſibi ſ; tibi humanā
miſericoꝛdiā petit vt largiat̄ di
uinā ac paternā tibi miſericoꝛ-
diā aſſume per quā liberari poſ-
ſis qui patrocinio miſericoꝛdie
cert⁹ eſt ḋ venia ſit ſecurus ḋ ab
ſolutione ⁊ nō dubitet de miſe-
ricoꝛdia. qꝛ nō ſolum eam p̄ue-
nit ſed etiam ſentētiā; reuocat.
Edde ꝙ debes ⁊ Matth.
r xviij. Qñ dñs in regiōe
ꝓpꝛia viam ſecurā tenet
⁊ pontos aptos ad trāſeundum
flumina ꝓfunda cōſtruit debite
pōt a tranſeuntib⁹ poſtulare pe
dagia ⁊ pꝛecipue ſi illa magnis
ſūptibus pꝛeparauit. Spūalr̄.
via p̄ſītis vite erat adeo pericu-
loſa an̄ xp̄i aduētū vt nullus p
illā poſſet trāſire illeſus. pſ. xli.
Quis eſt hō qui viuet nō vide-
bit moꝛtē: aut qs eruet aīa; ſuā
de ma. in? Sed veniēs xp̄s pōti-
fex futuroꝝ bonoꝝ ſuis ſumpti
b⁹ ⁊ expenſis. i. ſuū effūdens ſā-
guinē notā ⁊ ſecurā fecit nobis
viā vite. Jō ipſe oꝛdinauit peda
gia ſolui a tranſeūtib⁹ illā cuiuſ
colectoꝛes pauperes ſūt. Fig. iij Fig.
Re. x. Salomō ſub cui⁹ regno
tot⁹ mūdus erat in pace ex quo
vocat⁹ eſt rex pacific⁹. Jpſe oꝛ-
dinauit gētes q̄ colligerēt a ve-
ctigalib⁹ que tenebant̄ regi ⁊ re
cepta illa p̄ſītabant regi. Spiri
tualiter. Salomō rex pacificus
fuit xp̄s ſub cuius regno oꝛta
abundātia pacis inter nos ⁊ de
u;. Jpſe gr̄ vt dictū eſt nobis
fecit ſemitas ſecuras ducentes
recto tramite ad celū. ſed oꝛdi-
nauit gētē ſuā. ſ. pauperes p̄ſē-
tantes illi q a tranſeuntib⁹ diui
tib⁹ recipiunt̄. Petr⁹ ra. Quic Pe.
quid pauꝑ receperit mox repo
nit in theſauris celi. Man⁹ pa-
uperū eſt cirographū xp̄i. quia
qcqd pauper recipit xp̄s acce-
ptat. da ergo hō pauperi terra;
vt recipias celū. Da numu;: vt
recipias regnū. Da micā vt re-
cipias totū. Da pauperi vt det̄
tibi. quia qcqd pauperi dederis
tu habebis: ⁊ qḋ pauperi non de
deris habebit alter. Reqrit igi
tur parū pontis factoꝛ ille q no
bis tātis ſumptib⁹ viam pꝛepa-
rauit ad vitam. Quis igit̄ ſuffi

ciens inueniet ad retribuendū pro his que ipe retribuit nob? Ideo ſi nos ꝛ noſtra daremus illi nihil eſt reſpectu eius quod
Bernard. Berdebem᷒. vnde Ber. in li. de diligēdo deo. Si totū inquit me debeo ꝓ eo qui me fecit qd addā pro me iā refecto. Nec. n. tā facile refectus ſum ꝗ̄ factus. In primo opere mihi dedit me. i ſecūdo mihi dedit ſe. ꝛ vbi ſe mihi dedit me mihi reddidit. dat᷒ ergo ꝛ redēptus me pro me debeo ꝛ bis debeo me. Sed qd dño ꝓ ſe dato retribuā? Nā ꝛ ſi me milies rependere poſſē ꝛ qd ſum ad deum meum.

D[?] ſ Imulacra gentiū argentum ꝛ aurū. ps. cxiij. ꝛ cxxxiiij. No. ꝙ argētū ꝛ aurum ꝛ oē fulgidū metallū fedat erugo niſi ſepe manu ducatur ꝛ tergatur. hoc pꝫ in moneta abſcondita in qua tāta aliquādo ſupuenit rubigo. ꝙ nec ymago nec littera legi pot. ſpiritualiter. Aurū argentū ꝛ moneta: hec oīa facta ſūt ad humanū vſum nō vt abſcōdita reſeruētur: qꝛ tunc darent eruginem ꝛ erugo eoꝝ ſurgeret in teſtimoniū ipoꝝ poſſeſſoꝝ i ꝯſpectu dei.
Pe. Ideo debēt diuites ſupflua pauperibus elargiri ſibi neceſſaria retinēdo. ꝛ ꝙ cōtra hunc vſum charitatis fiet de preda pauperꝫ corrigetur a dño. Petrus rauennas. Parum eſt quo caro eget natura exigit. qd̓ ſufficit vite. auaritia cauſa ē ꝙ hō multa recōdit non ſibi ſed alijs ad ſuū plane preſentem vel futurū cruciatū. Fig. Exo. xxxij. Magnates Fig. iſrael fecerunt vitulū ꝯflatilē ex auro ꝛ argēto a populo recolecto. quē adorabāt vt deū. Sed Moyſes deſcendens de mōte vitulum redactū in puluerē poſuit in aquā quod dedit peccatoribus bibere in pnia pro peccō vituli. Spūaliter. magnates iſrael ſunt diuites huius mūdi. Qui pauperes expoliādo aliqñ eoꝝ bona rapiendo. Aliqñ elemoſynas illis qbus debētur denegādo: ꝯflāt vitulū. i. corpus ꝓpriū auro ꝛ argento ꝛ veſtib᷒ precioſis ꝛ paſcūt ſuperfluo ꝛ delicato cibo ſicut legitur in Luca de illo diuite epulone: qui biſſo ꝛ purpura veſtiebatur ꝛ Lazaꝝ ad hoſtiū ſtantē pauperē ꝛ plenū vlceribus negligebat. Sed deſcēdēs xp̄s vt intret in iudiciū cū impijs ꝛ miſericordibus ipe redactū corp᷒ i cinerē tradet v[er]mibus deuorandū. Et elemoſynā quā pauperi crudeliter denegauit perpetuis gemitib᷒ poſtulans nō accipiet ſpiritus in gehēna. Petr᷒ raue. Ipſe inquit Pe. es qui induebaris purpura ꝛ biſſo qd eſt o diues ab eſtu biſſus non defendit: purpura nō reſtitit inferno deſeruerunt te il[l]a ꝛ ipſe nunc nudus eſtuas. ſu

das qui aliquando inſultabas eſtibus artificioſa nuditate veſti tus. quid eſt ⁊ diues vbi ſũt tor rẽtes torcularium tuorum vbi ſunt horrea ad famez pauperis non minus cupiditatibuſqꝫ co pijs dilatata? vbi ſunt vina ad inopiã pauperis. vbi ſunt flux⁹ lapſus? vbi ſunt flumina mini ſteriorꝫ tuorꝫ? Iſta oia tibi perie runt non crimini qui ſitis extre mi digiti guttam quam ſi vnaz ſolã dediſſes pauper nõ ſitires.

C Congregate illi ſanctos ei⁹. ps. xlix. Dicit Tuli⁹ in li. de ſenectute. Qui ñ laborat vt caruſ militib⁹ ſit ama re militeſ neſcit quãdo oportet: humanitas aũt ducis in exerci tu flumen aduerſus hoſtes eſt quia participatuſ cum domino labor cũ perſuadetur militibus minor eſt. Spũaliter. nos opor tet ſemper eſſe in duro prelio in vita pñti q̃ nobis eſt militia aſſi dua. Ideo debemus conducere ſtipendio quib⁹ ſim⁹ cari ⁊ ama biles vt neceſſitatis tpe cõgre gati nos ꝯ inimicos noſtros de fendãt. huius milites ſunt pau peres xpi quos ſi elemoſynis cõdicimus: ⁊ cõpaſſionẽ parti cipem⁹ de ipſorꝫ labore ꝓhẽdo il lis ꝯſolationẽ humanã accepto tempore de manu diaboli libe rabũt nos. Fig. Geñ. xiiij. cum v. reges cepiſſent Loth ⁊ fami liã eius ⁊ ſpolia Abraam cõgre gatis. ccc. vernaculis quos nu triebat ab infantia perſequutuſ eſt. v. reges illos, quibus fuga tis ⁊ percuſſis redemit filiũ fra tris ſuis Loth ſimul cum omni bus que illius erant. Spiritua liter. v. reges ſunt. v. praua de ſideria que. v. ſenſus corporis i ficiunt adeo vt ſepe captiuũ du cant ſpiritũz vt tam anime vir tutes qꝫ totius corporis honeſta tem ſubripiant. ſed tunc cum ccc. vernaculis eſt ſubueniendũ per hos. ccc. vernaculos ſubau di pauperũ gregez quibus. iij. modis ſubuenitur ſcilicet ele moſynam ſubſtantie largiendo conſilium dando ⁊ cordialiter compatiendo. Ideo nemo ex cuſabilis redditur ad elemoſy nam. vnde Auguſtinus ſuper. ps. ciij. Si tu potes dare elemo ſynam da. ſi non potes affabi lem te fac ſcilicet per conſilium ⁊ compaſſionem. coronat deus intus bonitatem vbi non inue nit facultatem. Nemo dicat nõ habeo: charitas non de ſaccu lo erogatur. hec Auguſtinus. Igitur ſi pauperes ſtipendio ar mamus timere non poſſumus vitia contra nos inſurgenda. Recuperamus eorum preci bus fratrem noſtruz ſcilicet ho minem exteriorem quem. v. ho ſtes ſic rapiũt: protegemus ho minem interiorem vt in conſpe ctu dei excuſet pauperum iter

Tul. | Fig. | Aug

uentu ⁊ ſic ꝓteget tot⁹ hō dum-
modo ab hoīe pauperes ꝓtegā
Pe. tur. Petrus ra. tractans illud.
ps. Beatus qui intelligit ſuper
egenū ⁊ pauperē i quodā ſmōe
ſic dicit. Qui ſe nouit p malam
vitā īncedere ſeculi elemoſyne
ſemꝑ ſecū ducat auxiliū. Ad p-
ſidiū ſibi pauperꝫ turmas vocet
in die mala liberator illi de⁹ aſſi
ſtit: qui a malis pauperes libe-
rauit. in anguſtijs deus illū cla
mantē exaudiet qui pauperem
cum clamaret audiuit. Non vi
debit dies malos: qui dies fe-
cit videre pauperes. videbit diē
malū qui in diē iudicij ſine pau
perū vocatione intrauerit ſine
cā accuſant peccata que pauper
excuſat accuſari non poteſt quē
ſacietas pauperis excuſauerit.
hec Pe. ra.

Vi habitare facit ſterilē
§ q in domo matrē filiorꝫ le-
tantē. ps. cxij. Nō ē mi-
nus ex parte diuine potētie cō-
reddere prolē ſterili antique q̄
dare partū virgini. lꝫ effectus
ꝓlis v̇ginis ſit nobilior ⁊ altior
Per Aug. hec ꝓbat beatus Aug. in ſoli-
loquijs aſſerens ōia que de⁹ fa-
cit ſupra naturā eē eidem eque
faciēda ſicut oīa que ſūt ſuꝑ fa-
cultatē humanā eque oībus eē
impoſſibilia. Vn̄ dicit oīpotens
manus tua ſꝑ vna ⁊ eadē crea
uit in celo angelos ⁊ in terra v̇-
miculos nō ſuperior in illis nō
īferior in iſtis. ſicut .n. nulla ma
nus angelū ita nulla poſſet crea
re vermiculū. ſicut nulla celum
ſic nulla poſſet creare vnū arbo
ris foliū. ſicut nulla corpus ſic
nulla capillum albū facē poſſet
aut nigꝝ. Sed oīpotēs manus
tua cui aīa pari mō ſunt poſſibi
lia. Nec .n. ei poſſibilius eſt crea
re vermiculū q̄ angelū nec poſ-
ſibilius eſt ei extendere folium
q̄ celū. Sed oīa quecūq̄ volu-
it ſicut voluit fecit in celo ⁊ i ter
ra in mari ⁊ in abiſſis. hec Aug.
pꝫ ergo q̄ ſit ſuꝑ naturā ſterilē
parere. ⁊ hoc ſola dei potētia fie
ri pōt ⁊ nō naturali virtute. ſpi-
ritualr. peccatrix aīa comparat̄
ſterili cui ſꝫ ſe impoſſibile eſt ꝓ
ducere ſalutis fructū quo poſſit
obtinere celi hereditatē. Nulla
arte pōt fecūdari hūana. Verū-
tamē pauperes illi⁹ refecti ele-
moſynis: illi impetrabūt ſalutē:
nā ſemē elemoſyne cito creſcit
⁊ oī tpe ꝯualeſcit. Aug. ſmone. Aug
xxv. de verbis dn̄i. Fecūdus eſt
ager pauperū: cito reddit donā
tib⁹ fructū. via celi eſt per quam
venit ad patrē. Incipe ergo er-
rogare ſi non vis errare. Figu. Fig.
gen. xviij. vbi legimus q̄ poſt-
q̄ pauit Abraā peregrinos bu
cella panis ſtatī facta eſt illi ꝓ
miſſio filij naſcituri Iſaac in cu
ius ſemine benedicēdus erat to
tus orbis. ⁊ ſic concepit ⁊ pepe-
rit ſarra vxor eius ſterilis ⁊ an

tiqua. Spiritualr. ſi paupꝛes peregrinantes ⁊ errãtes p mũ-dum iſtum reficiamus nr̃is ele moſynis aïa nr̃a q̃ꝫcũq; pec-catrix dimiſſa culpa nobis a do mio miſericorditer ↄcipiet a do-ctrina diuini verbi ⁊ pariet fru ctũ bonũ gaudiũ ⁊ riſũ ↄſolatõ nis per bonũ opus quo fecũda ta obtinebit hẽditatẽ celi ⁊ me rebit audire iter electos pr̃naꝫ xp̃i b̃ñdictionẽ dicẽtis in die iu dicij. Venite b̃ñdicti pr̃is mei percipite regnũ. ⁊c. Quia eſuri ui ⁊ dediſtis mihi manducare. Et qđ alie virtuoſe artes facere neſciũt equalr̃ aget feliciter ele moſyna. Petr⁹ ra. In r̃gno ce loꝝ corã oĩbus angelis in ↄuẽ tu reſurgẽtiũ. q̃ Abel paſſus ſit q̃ fuauit mũdũ Noe. q̃ Abra-ham fidem ſuſcepit q̃ Moy-

Pe. ſes legeꝫ tulit. q̃ Petrus ſuper onus eccleſie aſcendit. deus ta-cebit: ⁊ clamabit ſolum q̃ co-medit pauper.

¶ De fide.

I I Udicabit dñs pp̃lꝫ ſuũ.

1 Deut. xxxij. Semp in-ra dãnant magiꝫ ditorẽ ciuẽ q̃ ex̃neuꝫ inimicũ. ps. Si inimic⁹ me⁹ maledixiſſet mihi. ⁊c. ſpũaliter. xp̃s habet paucos impugnatores terre. ſ. fidei ca-tholice. ⁊ ſunt infideles. ſꝫ ſunt aliq ſecreti proditores filij xp̃ia ni qui aperte cõtra infideles lo-quẽtes ſuis moribus xp̃ꝫ ipu-gnãt. Gre. in quodaꝫ ſer. multi Gre iudeoꝝ duritiã deteſtãt q̃ ad fi-dẽ xp̃i nequaquã ↄuert ſi ſũt vi-ſis xp̃i miraculis ⁊ pdigijs. ſꝫ quales illi ſunt ad fidem: tales iſti ſũt ad conuerſioneꝫ. Tales n. cũ ipſis xp̃m dulcẽ capiunt i altari ⁊ ipſum tradunt cũ iuda gentib⁹ crucifigendũ. Ubi pcete ris hoſtib⁹ ſunt grauĩ⁹ puniẽdi ps. Veniet mors ſup illos. ⁊. d. in infer. Fig. Leuiti. xxiiij. vbi Fig. legim⁹ quendã iſraeliticũ ex pa tre: ex mr̃e vero egiptiũ blaſfe-maſſe nomẽ dñi. Et tunc iudi-ces iſrael habito ↄſilio dñi illũ extra caſtra eductũ lapidari iuſ ſerũt. ſpũalr̃. Ille q eſt iſraelita ex matre ſignificat xp̃ianũ ex fi de ſed pr̃em hꝫ egyptiũ q: pcõ efficitur filius diaboli. Vos igt dñs phariſeis ex patre diabolo eſtis. ⁊ nihilominus erãt de po-pulo dei ex lege. Ideo fuerunt grauiſſime puniti q: repentin⁹ i teritus deſcendit ſuper eos p ti-tũ ⁊ veſpaſianũ. Idcirco grauiꝫ ↄterẽtur petõres fideles qui cũ ciues xp̃i ſint ex fide. fidẽ tñ ip ſã vita ⁊ moribus expugnare ñ deſinũt. Jõ tanq̃ꝫ ciues prodito res ſunt grauius puniendi. vn de ſuper Ezech. Hyeronimus. Cui inquit dubiũ q̃ inter tres peccatores gentilem hereticuꝫ ⁊ eccleſiaſticum multo maiori-bus penis dignus ſit: qui maio ris fuerit dignitatis.

B d Docet manus meas ad p
liũ. pš. cxliij. Homo in
cõſuet⁹ ⁊ inexpertus in
artibus bellicis vt plurimũ in
pugna ſubcũbit. imo ſepe audi
ens hoſtiũ clamores timore per
terit. Igit exigit vſus ſi ꝓbus
Veg. debet eſſe miles. Vñ Vege. de re
militari. lib. i. capi. ij. Scientia
inquit rei bellice dimicando nu
trit audaciã. Nemo. n. facit me
tuit qd ſe bene didiciſſe cõfidit.
Spũaliter. vita nr̃a vt ſepe di/
ctũ eſt. eſt quedã militia. Ideo
in arte ſpũalis pugne nos opor
tet aſſiduũ in armis ſpũalibus
exercitiũ gerere. Hec arma ſũt
articuli fidei catholice qb⁹ debe
mus interi⁹ bene muniri per ve
rã adheſionẽ ⁊ nõ per inueſtiga
tionẽ. Et hec arma ꝓducẽda ſũt
in bello per opera charitatis q/
bus debet affectus eſſe munit⁹. ⁊
tũc homo tot⁹ eſt armatus ꝯ ru
Fig. gientẽ leonẽ. Figu. Neemi. iiij.
vbi legim⁹ q cũ filij iſrael rehe
dificarẽt Hieruſalẽ: tenebant
gladiũ vna manu ⁊ alia opera/
bant. Spũaliter. volẽtes recon
ſtruere aiam nr̃a vt videat eter
naꝫ pacẽ in celo. quã diabolus
multis vitioꝝ exercitib⁹ deſtrue
re emolit. Debemus teneri gla/
diũ fidei captiuãtes ꝓprium in
tellectũ in obſequiũ xp̃i. Aliam
vero ꝓſtare operib⁹ charitatis ⁊
miſericordie. Alias arma fidei
eſſent occioſa ⁊ ſine exercitio. ⁊
ſic eſſem⁹ inepti ad pugnã ⁊ ne/
ſcirem⁹ nos defendere a diabo/
lo velut hoies iperiti. Vñ Am/
bro. ſup beati imaculati. Cito i
quit fides iexercitata lãgueſcit.
⁊ crebris ocioſa tentat incõmo
dis remiſſam callidis iſidiator
irrumpit. Aſſuetum vero bello
virũ eterna ſalus inſtruit ⁊ glo
rioſa ꝑuẽit palma victorie. pax
ergo fidei corruptele materia ẽ.
n Otas mihi feciſti vias vi
te. pš. xv. Satis peregri
nis facit qui eiſ vias ſue
peregrinationis oſtẽdit ⁊ docet.
Sed benignius agit illiſ qui cũ
hoc eis tribuit ſue peregrinatiõ
nis expẽſas. Spũalr. Nos ſu/
mus omnes peregrini. Omniſ
n. peregrinus recto itinere d na
tiuitate ad mortẽ per iter vite p
ſentis periculoſuꝫ ignotũqꝫ vbi
nullus ꝓprium terminũ nouit.
Sed xp̃s benedict⁹ nobis para
uit viam ſalutis per baptiſmuꝫ
in fide ⁊ nobis neceſſarias pre/
buit expenſas per charitatem ⁊
ſpẽ. his. n. oibus relicto peccati
deuio peruenit ad penitẽtiam.
Fig. Exodi. Cũ dñs voluit edu Fig.
cere filios iſrael de egypto: pri/
mo aperuit illis mare rubrum
poſtmodũ eos eduxit per deſer/
tũ ꝓbẽs illis ignẽ per noctẽ ⁊
nubẽ per diẽ. Spũalit. cũ dñs
voluit nos educere de ſeruitute
diaboli cui eram⁹ obligati p pec
catũ parẽtũ. Ipe pmo mare ru

brum in paſſione aperuit qa ef-
fundẽs aquã ⁊ ſanguinẽ ſancti
ficauit baptiſmũ. Nã illud per
catholicam fidem a diaboli ty-
rãnide liberamur ⁊ itram⁹ inter
ꝓmiſſionis eterne. Sed qꝛ ſo-
la fides nõ ſufficit: niſi illi ſpes
⁊ charitas cõmittenᷣ. ꝓbuit no
bis charitatẽ per ignẽ ⁊ ſpem ꝑ
eius ſacrã doctrinã. ⁊ ſic his oi-
bus poſſumus ad patriã ſecuri
Leo accedere. Unñ Leo papa i quo-
dam ſermone. Fides fortitudo
eſt charitatis: ⁊ tunc verũ nomẽ
eſt ac verus eſt fructus ambaꝝ
cũ inſolubilis manet vtriuſqꝫ
nexus: vbi enim non ſimul fue
rint ſibi inuicẽ deſinũt: qꝛ inui-
cẽ ſibi iuuamẽ ⁊ lumen ſũt. do-
nec deſideriũ crudelitatis iple-
at remuneratio viſionis: q̃ nũc
ſperaᷣ cũ mutabiliter videaᷣ ⁊
ameᷣ quod nũc ⁊ ſine fine nõ di
ligiᷣ nõ ſperaᷣ ⁊ ſine dilectione
nõ crediᷣ. hec Leo papa. Sed
nota lector ꝙ ignis qui eis lu-
cebat in nocte charitatẽ dnotat
per quã aduerſa vite preſentꝭ to
leram⁹. Nubes vero que illos ꝓ
tegebat ab eſtu denotat veraꝫ ſu
pernorum ſpẽ que temperat af
fectionem in proſperis.

D o Stendite mihi numiſ-
ma cenſus. Mat. xxij.
Rex in regno ſuo mõe-
tam fabricat. ſine qua non licet
alicui emere in regno ſuo. Et
ibi ſculpta eſt facies regis ⁊ no
men eius ſcriptum. Spiritua-
liter. eternus rex ſcilicet dei fili⁹
in regno eccleſie ordinauit mo-
netam ſuam ſine qua nihil ven
ditur pertinens ad regnuꝫ ſuũ
ſ. eccleſie. ⁊ hec eſt fides catholi-
ca que continet faciem. i. notiti
am ⁊ nomẽ chriſti. Ideo carẽs
hac moneta nequaqꝫ poterit in
uenire indulgentiã ſeu gratiaꝫ
q̃tũcunqꝫ omnia virtutũ gene-
ra videatur habere. Fig. Leui. Fig.
v. vbi ſm Orige. legiᷣ ꝙ dũ of
ferebatur aries pro peccato nõ
fiebat ꝓpitiatio. niſi empt⁹ fuiſ
ſet ſiclo ſancto. Spiritualiter.
Per ſiclum ſanctuꝫ notatur fi
des catholica: per arieteꝫ ſacrifi
ciũ ſubaudi cor ꝯtritũ ⁊ humili
atũ lachrymis ⁊ pnia. ⁊ corp⁹
mortificatuꝫ per ieiunia ⁊ labo-
res. Igiᷣ niſi illud ſacrificiũ in
vera fide fiat nihil vꝫ nihil ẽ ni
hil ꝓdeſt. qui priuat⁹ eſt fide ni
hil hꝫ. Sen. Qui fidẽ perdit ni- Se.
hil hꝫ ampli⁹ qđ pdat. Ubi ꝺ o
remanet fidei fũdamẽtũ in cor-
de: q̃ſi theſauro optimo oĩa va-
let homo ꝓ ſui ſalute neceſſaria
inuenire. Unde Aug. de verbis Aug
dñi. Nulle iquit maiores diui-
tie, nulli⁹ theſauri. nullius ho-
noris huius mũdi: maior eſt ſb
ſtãtia q̃ꝫ fides catholica. q̃ pctõ-
res hoĩes ſaluat. cecos illumi-
nat infirmos curat.

r Eddite illũ domio ſuo. E
Tob. ij. Cum magna in

ſtantia ⁊ ſollicitudine cõſuevit rex magn⁹ rem pditã querere quã multũ hẽbat carã. Illã.n. voce preconis quibuſcunqꝫ ſit modis invenire ſtudet: pmittit redenti bonũ premiũ ⁊ occl' te retinẽti furti ſuppliciũ. Spiritualiter. princeps regũ terre in vita pñti nihil hẽt cari⁹ aĩa humana. Nã illã ſibi deſponſavit in fide: in illa eſt impſſa trinitatis imago. igiť multũ moleſte portat pditionẽ eius. Iõ pphetaꝝ ⁊ euangeliſtaꝝ voce illam q̃rit educere de peccati errore ad ſalutem, pmittens bõa eterna reducẽti ipſam ad fidei conſortiũ. Dañ. xij. Qui ad iuſtitiam erudiũt: plurimos fulgebunt ſicut ſtelle in ppetuas eternitates minãs negligẽtib⁹ ipſam pditi ſanguinis reſtõnẽ ⁊ furti penã. Eze. xxxiij. Sanguinẽ eius de manibus tuis requirã. Fig. Fig. Leui. vbi pceptum fuerat populo: q͛ ſi quis inveniret perditionẽ. i. rẽ pditã. illam redderet poſtq̃ꝫ innoteſcerat cuius eſſet aliter p rapina reputareť illi qui inveniſſet illam. Spũaliter. pditio illa eſt aĩa de xp̃i gremio p pctm̃. Excludiť. n. ab oĩ ſctõꝝ conſortio. ſed qꝛ dñs ille nõ vult mortem pctõris: ſed vt magis cõvertať ⁊ vivat: querit recupare ſuã pditionẽ. Iõ qlbet qui eã invenit teneť eã dñõ reddere ⁊ ad ipſũ reducere monitiõe ſupna. ⁊ pcipue ſciẽs illam p xp̃i fidẽ ⁊ xp̃i ſanguinẽ redẽptã: Innoteſcit. n. nobis hec pditio cuius ſit regularit. pmo cum hõ ẽ infidelis i quo tñ viget imago trinitatis. Iõ quẽcũqꝫ infidelẽ cognoſcim⁹ dbem⁹ rducere ad catholicã fidẽ: ⁊ ponere in gremium fideliũ poſſe nr̃o. Alio mõ cognoſcim⁹ nõ ſolũ qꝛ hõ p trinitatis imaginẽ: ſed qꝛ catholicam hꝫ fidẽ: q̃ꝫuis pravis morib⁹ mediantib⁹ de gremio xp̃i cecidit. Iõ ipſũ ſolicit⁹ xp̃o rddere debem⁹ ſcientes ſibi cariorem. Debem⁹. n. maiorẽ exercere curam v̾ſus domeſticos fidei q̃ꝫ verſus extraneos. Igiť reddere debem⁹ hanc rẽ pditã ne ꝺ negligẽtia duri⁹ puniamur tacentes pditionẽ pximi cũ videmus. Origenes ſup leuitic. Orĩ. omel. iij. Sciendũ inquit q͛ ſi aliqs ea q̃ videt in delicto, pximi ſui illi nõ indicat ꝺm reglã euangelij datã vel in teſtimoniũ vocatus ea que recta ſunt nõ dixerit pctm̃ qd̃ ꝯmiſit ille ipſe ſuſcipiet ⁊ pena cõmiſſi revolueť ad ipſum.

b Onũ depoſitum cuſtodi .ij. Thi. i. Grãdis ẽ hominis fraus recipe depoſitũ amici cũ iuratiõe ⁊ atteſtatiõe fidelitatis: ⁊ clã illũ fraudare. duplici. n. penalitate pditoꝛ ẽ puniẽd⁹. Spũalr. nos

recepimꝰ a deo optimū depoſitū
.ſ. trinitatis imaginē quā ꝯſer
uandā intactā ⁊ illeſā ꝑmiſimꝰ
⁊ iurauimus in baptiſmo. Jō ſi
fraudamꝰ ipſam grauiter ꝑūie
mur a rege qui ipſam nob̄ tra
didit ꝯſeruandā .ſ. a xp̄o q ipſā
a nobis exiget in iudicio vt il-
Fig. lā ei reddamꝰ. Figura leuit. vi.
vbi p̄ceptū ē. Aīa que mentiet
ſup depoſito ꝓximi ſui .i. credi-
to aut ꝯmodato reddet illud ⁊
q̄nquies inſup. Et no. q̄ ſic fd
dere erat duplicatū reddere de
poſitū ⁊ vnum vltra. Spūalr.
Nos accepimꝰ a dn̄o vt dictuȝ
eſt p̄cioſū depoſitū ꝯſeruandū ſi
ne fraude vſq; ad mortē: ⁊ illi i
tegrū aſſignandū in nouiſſimo
die .ſ. trinitatis imaginē. ⁊ h̄ ꝓ
miſimus in baptiſmo. ſed vide
ant q hanc imaginē mutauerīt
in imagines ⁊ formas q̄drupe
dum ⁊ ſerpētū. Nā auari ⁊ cu-
pidi imaginē ſibi lupi fecerūt.
Luxurioſi imaginē porci: inui
di imaginem aſpidis: iracundi
imaginē vrſi: ſupbi imaginem
leōis. iō Boeciꝰ. pſa. iij. iiij. li-
bri. Euenit vt quē trāſformatū
intꝰ videas hoīem exiſtimare n̄
poſſis: auaritia feruet alienaꝝ
opū: violēt ereptoꝛ lupo ſimilē
dixeris ferox atq; inqetꝰ liguā
lingijs cani ꝯparabis ire intē
perās fremit leonis aīuȝ geſta
re credat pauidꝰ ac fugatis cer
uis ſīlis h̄eat. Fedis imūdiſq;

libidinibꝰ imergit' ſordide ſuis
voluptatibꝰ detinet. Ueniet igit'
iudex q̄rere ſuū depoſitū qd̄ fide
ſincera ſeruare ꝑmiſimꝰ: vide-
bit brutoꝝ ⁊ feraꝝ imagines et
dicet. Cuiꝰ eſt hec imago. Cuiꝰ
eſt hec aīa hic ſignata nr̄a' nō vi
demus: q2 ad imaginē noſtraȝ
fecimus eam ⁊ reſpondebūt di
uerſa ſcelera. hec ē imago Ceſa
ris .i. diaboli. Jbi erit ceſar .i.
diabolus expectans qd̄ ſuū ē.
⁊ certe deus nequaq; negliget
immo dicet. Reddite que ſunt
Ceſaris ceſari: ⁊ que ſūt dei deo
Et reddet illis quintā plus .i.
duplicatū ⁊ vnū plus: q2 pctō-
ri quantū ſe glorificauit in cul
partū debet ſibi tormētuȝ ⁊ lu
ctꝰ. Apo. xviij. ſȝ vnū plꝰ h̄ebit
q̄ horribiliꝰ ⁊ deterius ē .ſ. i tor
mētis neq̄q; fine carebit. mat.
xxij. Ligatis manibus ⁊ pedi-
bus ꝓijcite eū in te. ex. ibi erit
fletus ⁊ ſtridoꝛ dentium. ⁊ ali-
bi. Donec reddat vniuerſū de-
bitum. Sed cū nequaq; poſſit
reddere debitū q2 nō erit poſſi-
bile mereri nunq; fine in tormē
tis carebit. Gre. vi. moꝛa. hoꝛ-
rendo modo fit moꝛs miſeris ſi
ne moꝛte: finis ſine fine: defectꝰ
ſine defectu: q2 moꝛs ſemꝑ vi-
uit: ⁊ defectus deficere neſcit.
Nubes lucida obumbra
R uit eos. Mat. xvij. nō G
eſt poſſe ſcto aſpectu re
ſpicere rotaȝ ſolis h̄uanū viſū

Tum ꝑpter excellens viſibile: tum etiã ꝑpter infirmitaté poten tie. Jō itinerantib⁹ bñ cõtingit cum ſolé habent in faciē: vt ali qua nubes appareat inter ſolē ꝛ faciē: q2 tunc conſeruaꝛ ꝛ ꝓ ſeruaꝛ viſus a nimia diſgrega tione: ꝛ nihilomin⁹ optime vꝛ ex ſolis claritate via que dʒ te neri. Spūaliter. tanta eſt diuie eſſentie claritas: ꝛ tãta eſt nr̃e cognitiõis impotētia ꝙ ſi vɫle mus aſpicere ƒʒ nr̃as vires co gnoſcitiuas ipſam diuinã eẽn tiã ſtatus noſter feret cec⁹. Sʒ volẽs deus tẽperare hãc viſio nē adhibuit optimũ remediuʒ .ſ. fidē que lʒ nõ ſit lucida ꝛ cla ra pro ſtatu vie nobis ſufficit ad cognitionē ꝛ notitiaʒ dei qᵭ neceſſe eſt ad ſalutē. Nam per illã deus nos docet viã eterne

Fig. vite. Figu. Exo. xxxiij. vbi legi mus ꝙ ingreſſo moy. taberna culũ deſcendebat columna nu bis ꝛ deus loquebaꝛ moyſi fa cie ad faciē. ſpūaliter. ꝑ tabña culũ ſubaudi eccliam xp̃i. ꝛ per moyſē qui interpretaꝛ aſſũpt⁹ de aquis ſubaudi fidē de labi libus mũdi aquis. hoc eſt vani tatibus intrantē gremiũ ecclie catholice vel aſſumptũ ᵭ aquiſ baptiſmi ad ꝯſortiũ fideliũ cui apparet xp̃s dei filius i colũna nubis. i. in ſtabilitate fidei. ꝛ ei ꝑ ſacrã ſcripturaʒ loquiꝛ facie ad faciē docẽs viã ꝑueniēdi ad eterne beatitudinis pr̃iam. Jd circo ipſe dñs moyſi promiſe rat dicens. Veniã ad te in cali gine nubis: q2 xp̃s ad nos duʒ viatores ſumus venit i fide ca tholica: que licʒ enigmatica ſit nihilominus oĩa nobis ſaluti fera de xp̃o altius ꝛ excellẽti⁹ manifeſtat ꝙ̄ vires humani in tellectus poſſent ex ſeipſis ca pere. Vñ maxim⁹ in quodã ſer mone. Magnus inquit ꝑfect⁹ eſt fidei cũ tantũ de deo põt ꝯci pere quantũ ſermo non poteſt explicare. Bt.

¶ De guelfis ꝛ gibellinis.

Genimina viperaꝝ quis vos docebit fugere ea diuinã ira mat. iij. de v pera fertur talis ꝓprietas q2 i conceptu ſuggit maris ſangui nem femella ꝛ ex illo ſanguiẽ ꝯcipit duos pulos: mas vꝉ plu res. ſed moriꝛ. Veniẽtes ergo puli ad debitũ naſcendi termi nũ corrodũt ꝛ lacerant viſcera mr̃is ꝛ naſcunꝛ ꝑ latera ei⁹. iõ vipa a vi pariẽdo dr̃: q2 morti ferã vim in partu patiꝛ a ꝓpis filijs. Spūaliter. ſubaudi ꝑ hos ſerpẽtes xp̃m ꝛ eccleſiã nec ti bi lector icõgruũ videaꝛ ſi xp̃s ꝛ eccleſia ƒm quandã metapho ram dicuntur ſerpentes. Nam etiam xp̃m ille ſerpens eneus figurabat quē moyſes ſuſpen dit in ligno pro ſanitate popu li. lʒ. n. ſerpens aliquid habe A

at quo diabolū ſignificat hēre:
tñ pōt aliquid quo dnotat̄ xp̄ſ.
Sic ēt leo de xp̄o dr̄ ⁊ de diabo
lo dicamus:ergo ꝙ ſerpens il
le maſculus xp̄m denotat ⁊ fe
mella eccliam. Igit̄ qñ eccleſia
ſctā ꝯcepit ſuos pulos.i. xp̄ia
num pplm xp̄i ſanguine illos
cōcepit. Jō dr̄ ꝙ fideles renati
ſunt de ſanguie xp̄i. Mortuuſ
eſt xp̄s in hui⁹ ꝯceptu:⁊ mater
eccleſia in fuſiōe xp̄i ſanguinis
nos ꝯcepit. Sȝ cuȝ creuerūt hi
filij in magna quātitate in du
as ptes diuiſi ſūt vngulis ⁊ dē
tibus latera mr̄is laniāt vt ipa
ſepe videat̄ emittē vlulat⁹ mor
Fig. tiferos ex dolore. Figur. Gen.
xxv. ꝙ cū rebecca ꝯcepiſſet de
viro ſuo Iſaac ꝙ ſenſit gemios
in vtero filios collidētes inui
cem. Et cognoſcēs diuiſionem
⁊ rixā futurā int̄ ipſos ait. Cur
neceſſe fuit vt eos conciperē ſi
hoc futurꝰ erat. Spūaliter. per
Rebecā ſubaudi eccleſiā: q̄ de
Iſaac.i.d Chriſto vero gaudio
ſanctoꝝ concepit populū xp̄ia
num in duas partes diuiſum:
⁊ precipue italicū. Collidūt.n.
in vtero mr̄is cū inuicē rixant̄
⁊ quot mortes ⁊ vulnera ſentit
in filios:tot ob dilectiōis vin
culum pati̅ in viſceribus. Ex
quo ipſa colligat̄ ⁊ ꝯpellit̄ co
ram dño clamare voce gemitu
uȝ ⁊ vlulatuū in rama filios ſu
os occiſos:nō ſolū corporaliter
ſed ſpūalr̄ nō valēs ꝯſolari.qꝛ
nō eſt q remediū adhibeat. Re
cte ergo pōt dño dicē. cur dñe
neceſſe fuit hos ꝯcipē:ſi h̄ futu
rum erat. que vtilitas fuit iſtis
in ſanguinis tui effuſiōe ſi dſcē
dūt in corruptionē peti ⁊ neq
tie. Igit̄ tales ſūt litigioſi xp̄ia
ni quos ſupbia diaboli ad bel
la incitat iniuſta. qm̄ lȝ bella ſu
ſcipiant̄ ꝑ pace licite obtinēda
nō tñ ſine dei magna offenſa ſu
ſcipiūt̄ ad gētes pacis deditas
pturbādas,put tyrāni bellat̄ ſa
tagūt. vñ Aug. ꝯ̄ Fauſtū. Nocē
di cupiditas:vlciſcēdi crudeli Aug
tas:iplacat⁹ ⁊ iplacabilis aius
feritas debellādi:libido dñan
di:⁊ ſi q̄ ſunt ſilia. h̄ ſunt que in
belliis iure copulantur.

Aſa iniqtatis bellātia i
v coꝝ ꝯſiliū nō veniat aia B
mea. Gene. xlix. Dicit
vegeti⁹ de re militari. Cuȝ inqt Ve.
ꝯſiliū tuū cognoueris aduerſa
rijs,ꝑditū diſpoſitionē mutare
te cōuenit. h̄ ꝑ tāto dicit qꝛ pōt
hō nimiū ledi. ⁊ que putauerat
ꝑ ſe bōa fore opppoſita ſibi mu
tant̄. Spūaliter. cū fideles in
uicem rixant̄:ñ latet diabolus
qꝛ ipſa eſt auctor diſcordie ⁊ li
tis. Igitur cū ipſe ſuggerit no
bis conſiliū:ſup his mutar̄ de
bemus propoſitū alioquin de
cipiemur ab eo: Nam ipſe ma
li ꝯſilij ſeminator vtrūqꝫ colle
gium ſiue vtrāqꝫ ptem:ſtudet

ad preliũ incitare ⁊ ad litẽ ꝓpo‑ nit cuilibet ſigillatim honorẽ vi ctorie. vtilitatez ſpolie dominij facultatem vincẽdi facilitatez. ⁊ ſic conaſ precipitare vtrũq;. Hoc igiſ cõſilio adherẽtes a do minico cõſilio penitus excludũ tur. Figu. iij. Reg. vltimo. Re‑ ges iſrael ⁊ iuda ꝯſilio ꝓphetaꝝ quos deceperat ſpirit⁹ mendax aſcenderũt in preliũ ꝯtra. Ra‑ moth. galaath ⁊ cõfuſi ſũt ab eo Spiritualiter. Galaath interꝑ taſ poſſeſſio aquarum ⁊ denotat mundi huius dominia circa q̃ tyrãni multo labore inſudãt. ſ; labunſ velut aque fluẽta. Rex ḡo iuda ⁊ iſrł. Gebelini ⁊ guel fi qui decepti a falſis ꝓphetis. ſ. a ſuis appetitibus dominãdi ⁊ cupiditatib⁹ reꝝ mũdi in qbus vt plurimu; diabolus ipſe qui hoc ſuadet mentiſ: aſcẽdunt ad iſta obtinẽda. ſed dũ credũt vi‑ cere ſubeũbũt ⁊ ꝯfunduſ gre. in moral. Potẽtes huius mũ‑ di dũ de potẽtie gloria extollun tur hora q̃ neſciũt ſubito rapiũ tur ⁊ dũ pedes fixiſſe credũt: ca ſu lubrico ad ima laci dſcẽdũt.

Fig.

Gre.

Si dolores vt parturiẽ tis. ꝟs. xlvij. Mulier p gnans grauiter percuſ‑ ſa parit abortiuũ. Jõ ſũma cu; dſligẽtia quilibet ſibi cauere de bet a leſione inferẽda eidẽ. Spi ritualr. eccleſia eſt mulier gra‑ uida. cõcepit. n. a. xpi doctrina vnũ ſolidiſſimũ ⁊ ſanctiſſimu; ꝓceptũ. ſ. charitatis. vt. ſ. d iliga mus inuicem. ſicut ipſe dilexit nos. vñ ipſe ait. Jn hoc cogno‑ ſcẽt hoies qd mei eritis di cipu li. ſed cõcuſſa ⁊ cõculcata ſlite ⁊ rixa xpianoꝝ prauoꝝ: nõ põt cõ ceptũ parere nõ põt pacẽ mun do ꝓbẽ. ſ; cogiſ abortiſ. iõ adeo grauiter puniunſ merito fame cõbuſtione nuditate captiuita‑ te ⁊ occiſione. Figura. Exo. xxi vbi preceptu; fuit ꝙ ſi duo viri adinuicẽ rixantes percuterent mulierẽ ꝓgnantẽ ita vt pareret abortiuũ vel leſũ: Daret manũ ꝓ manu. dẽtẽ ꝓ dẽte: pedẽ ꝓ pe de ad volũtatem viri mulieris. Spũaliter. Si duo viri in rixa ſua percutiẽtes mulierẽ grauidã ſunt duo ppli in duas pteſ diui ſi turbãtes in tm̃ eccliam vt con ceptũ pacis ⁊ vnitatis quam a xpo accepit oporteat fieri abor tiuũ ⁊ immẽbrẽ. Et dico ꝓ tan to immẽbrẽ q: colegiũ xpiano rũ qd ecclia xpo pepit tũc ẽ im‑ mẽbre qñ aliqua eius pars eſt decisa a ſocietate fraina ⁊ a cha ritate toti⁹. Sic igiſ iſte fet⁹ eſt immẽbris q: nõ h; ſuoꝝ mẽbro rũ debitũ cõplemẽtũ. Debet igi tur ad volũtatẽ viri. ſ. ſũmi pon tifici emẽdare qd egerat ſolita relinquẽdo ⁊ bonis actib⁹ reno uari. Sed vere difficile eſt ni‑ mis. Gre. li. xvi. mor. de terra tolliſ cu; fortis ꝓpugnator ec

Fig.

Gre

deſic a ira quā pus tēuit ſepaꝛ.

¶ De gloria vana.

P | Sit tibi ↄſiliarius vnꝰ de mille. Eccli. vi. videmꝰ ꝙ ordinatis acieꝰ belli cis prudēs dux interdū pugnatores ex latere mittit cōtra inimicoꝝ acies. quas ſi perpēderet ꝛ puideret aduerſariꝰ cauēt tales inſidias ꝛ eſſent omnes illi in periculo captiōis. Jō nullū in bello cōſiliū meliꝰ ꝗ ꝙ oia ſe ireta ꝛ occulta ſint hoſti ꝗ fiunt. Spūaliter. nos ſumꝰ i pugna cōſtinua ꝯ̄ diabolū. Ipſe ↄgregat ꝯ̄ nos exercitū vitioꝝ. nos vero ꝯ̄ ipꝫ ↄgregamꝰ bona opera noſtra. Si igiꝛ ipſa viderit oia capiet per iactantiā ꝛ vanāgl̄iam. Et nō ſolum ipſa opera ſed etiā captiuabit coꝛ nr̄m.

Fig. Figur. iiij. Reg. xx. ꝛ. xxv. vbi legimꝰ ꝙ i firmabaꝛ rex ſedechias ꝛ quod rex Berodach babilōis cognoſcēs miſit ad eū nūcios qbꝰ rex Sedechias oia que hēbat oſtēdit. ꝛ ſtatim rex babilonis congregato exercitu venit ꝛ aſportauit cūcta que erāt Sedechie in babilone ꝛ filium eiꝰ captiuū duxit. Spūaliter. Sedechias interꝑtaꝛ iuſtus dei ꝛ denotat fidelē plenū operibꝰ iuſtitie. Rex ꝓ tāto dr̄ qꝛ hꝫ regere ꝛ defēdere gentē ſuā. i. aie ꝛ corporis familiā. Igiꝛ egrotat ille qn̄ moleſtaꝛ laudū apetitibꝰ. qd̄ diabolus cognoſcēs ſtatim mittit nūcios. ſ. adulatoreſ ꝛ in faciē laudatores. qbus miſſis rex oñdit per iactantiā cūcta bona que fecerat. Quo facto diabolus pſto eſt cū exercitu ſuperbie ꝛ inaniſ glīe ꝛ percuſſa ciuitate regia. i. aīa oia bona que facta fuerāt rapit ꝛ coꝛ ipſū vinculo peccati ligatū ꝛ captiuū ducit. Criſ. ſup Jo. q oium pecuniarū ↄtēptuꝫ habuerūt. ꝛ nulli ymaginatiōi totius mūdi ſe imiſerūt. hi multotiens capti a vanagloria oia perdiderūt occultāda. ergo ſūt opera noſtra ne diabolus ea cognoſcat ſi illa volumꝰ reſuari. | Criſ.

E | Longaui fugiēs ꝛ māſi in ſolitudie. ps. liiij. Cognoſcēs ſe in terra hoſtiuꝫ cupiētiū ſe perdere ꝗtūcūꝗ ibi fruaꝛ bonis plus dꝫ reſpicē periculū ꝗ bona illa. Nihil. n. poſſet habere boni ꝙ nō eſſet dimittēdū ꝓ euitando mortis periculo. Spūaliter. Nos ſumuſ in terra plena inimicis querēti bꝰ dnoꝛare aias nr̄as. ꝛ cū nos poſſīt telo apto nos ferire pecti occulto inanis glīe iaculo nos ſtudēt occidere. Nil tūc meliꝰ ꝗ fugere memoria virtutuꝫ ꝗs fecimꝰ.

Exē. Exemplū. n. habemꝰ de pauone qui duꝫ gloriaꝛ in pulchritudine pēnarū ſuaruꝫ declinat ad cōtemplādā pedū ſuoꝛū turpitudinē: ꝛ tunc letitie voce depoſita dat ꝓ cātu gemitū. Cū igiꝛ gloriamur ſiue in ↄtutibꝰ

naturalibꝰ corporis'vt pulchri
tudine fortitudine.⁊c.ſiue i bo-
nis fortune.vt diuitijs delitijs
⁊c.ſiue in operibus iuſtitie.que
nõ ex nobis:ſed deo donãte egi
mus ſi volumus non capi ⁊ nõ
occidi a diabolo per vanãgliaȝ:
fugiamus ad contemplanduȝ
morté ⁊ finé noſtrũ.Et tũc libe-
Fig. ri erimus.Figu.i.Re.xxi.vbi
legimus ꝙ David poſt cedem
Golie ⁊ exterminiũ ꝙ de phili
ſteis fecerat multas paſſus per
ſecutiones a Saul per inuidiã
fugit ad Achis regem geth.ad
quẽ Saul miſit:vt dicit magi-
ſter ꝙ illi redderet ſeruũ ſuum
fugitiuũ.Igit̃ pũtato David re
gi achis familia regiſ ſuadebat
regi dicens.Ignoras ꝙ hic ſit
fortiſſimus David qui tanta fe
cit pro iſrael contra philiſteoſ.
Ad hoc eniȝ venit huc vt regnũ
tuũ inuadat:⁊ ſimilia verba di-
cebãt ſerui eius regi ð David.
Timẽs igit̃ David ne rex perci
peret eũ capi ⁊ occidi:ſimulauit
dementiam qð rex auertens fe
cit eũ eici a ſe ⁊ vilipendit eum.
Et tunc David fugiẽs ad ðſer-
tum fugit vel latuit in ſpelunca
odollã.Et venerũt ad eũ oẽs q
erãt in anguſtia de generatione
ſua.Spũaliter.David iterpre
tat̃ manus fortis ⁊ vultus deſi-
derabilis.Et bene ſignificat vi-
rũ iuſtum quis ex fortitudinis
ꝯſtãtia placito vultu deo ſe red-
dit amabilẽ.Igit̃ poſt cedẽ phi
liſtinorum.i.poſt victoriaȝ pec-
catorum ⁊ vitiorum fugaȝ hũc
perſequitur Saul.i.diabolus
ex inuidia aſcẽdit David i geth
qñ iuſtus deſcendit ad munda-
na.Et no.ꝙ recte dicit̃ deſcẽde
re.Nam ſi aſcenderet in pericu
la nõ incideret.ſed deſcendens
in multa periculoſa incurrit ac
cidẽtia.Incidit enim ille qui ð
ſcẽdebat de hyeruſaleȝ in hyeri
co in crudeles latrões.Igitur
pũtatus mũdo non eſt in tuto.
qꝛ Saul.i.diabolus mũdi req
rit vt ſeruũ ſuum fugitiuum ca
piat.⁊ captũ illuȝ ſibi reddat ꝙ
mundus facere ſtudet.vñ ⁊ fa-
milia eiꝰ hoc facere ſuadet.Fa-
milia huius ſunt vani laudato
res cõmendantes hoium virtu
tes in facie operantis.qui niſi i
ſe illã inuenerit in ſapientiaȝ q̃
eſt ſapientia apud deũ.ſ.verã hu
militaté capit̃ ⁊ occidit̃ ſed cuȝ
ſe vere humiliauerit a mũdo de
iectus ſtatim liber euadit.fugiẽ
dũ eſt igit̃ in deſertũ locũ.i.ex-
tra mũdum per nouiſſimoꝝ me
moriã ⁊ occulte morãdũ in ſpe-
lũca odolla.ſ.in mortis ꝯſidera
tione.Interpretat̃.n.odolla co
gnitio generationis.Nã natu-
ra ipſa noticiã nobis tribuit cu
ius generationis ſimus.Jõ be-
ne ſubdit̃.qꝛ venerũt ibi ad da-
uid oẽs de genere ſuo qui erant
in anguſtia:qꝛ ſibi ſtabimus in

mortis ꝯſideratione ſtatim venient nobis ad memoriã oēs anguſtie humane nature. vnde
Jn. Innocē. de vilitate cōditionis humane. Cōſidera homo quiſquis es q: mortē indubitanter expectas que ſi diſtulerit miſeram ſenectutem incurres. que dū aderit ſtatiꝫ cor affligitur. ſpūs lāguet. fetet anhelitus. crines effluūt. nares defluūt. caligant oculi. vacillāt articuli. aures ſurdeſcūt. dētes marceſcūt. Tremit tactus. deperit actus. facies nigratur. ſtatura curuatur. Et ſic miſer ⁊ querulus ⁊ alterius mendicans opem mortem fugiendo exoptas.

C q Uomō ceciderūt fortes in bello. ij. Reg. i. Uari⁹ eſt euent⁹ belli videmus ſepe militē probiſſimū qui arte bellica ⁊ arte ſua ⁊ ꝓbitate multos fortes proſtrauerit viriliter vulnerari ⁊ mori ictu caſual' ſagitte. Ideo ſumme neceſſaria ē i bello cautela. Spūaliter. vt ſepe dictū eſt. nos ſumus i pugna cōtinua in qua videm⁹ quoſdã armis penitētie ⁊ abſtinentie ſuperare vitia ⁊ peccata. Sed habita victoria hoc modo glorian tes ſub victoria proſternunt ⁊
Fig. ſubcūbūt. Figura. i. Mach. vj. vbi legimus ꝙ antiochuſ cōtra Iudã machabeū veniēs ad pugnā multos duxit elephantes. Inter quos vn⁹ ꝑcipue maior oīb⁹ erat: i quo ipſe Antioch⁹ ſedebat. igr̄ eleazar cupiens ſibi nomē grādē captare boīſ ⁊ ſtrenuis armis mūit⁹ agreſſuſ ē elephātē illū magnū queꝫ ſtrenue ꝑcutiēſ occidit. Sꝫ icaute iuxª illū remanēs ſb cadēte elephāte mortu⁹ ē. ſpūalr. p antiochū ſb audi diabolū q m̄lta pcā ſecum ad bellū ꝯ fideles adducit ſꝫ iter alia vnū ē maximū ſr̄ qd̄ ſedet. ⁊ h̄ ē ſupbia q̄. ꝓpe dr̄ ſedeſ diaboli: ⁊ recte aſſimilatur elephāti pp inflexibilitatem vtriuſqꝫ. per Eleazar boniſ armis munitū ſubaudi fidelē boniſ armatū virtutib⁹ corporalib⁹ ⁊ ſpūalib⁹ Is diabolū vincit ſed q̄rēs de victoria laudē morit̄ ⁊ ipe. Ag.
Ugo de ſcō victo. in l i. de clauſtro aie. Dū. n. veſtis aſperitatē libenter patimur. dū tenues amam⁹ pānos: dū vilib⁹ vtimur cibis. dū labore ſq̄loſa calet manus ⁊ cutis frigore riget ⁊ ſole nigreſcit. Tūc eleazarus vocamur ⁊ h̄ ſūt ma quib⁹ occiditur elephās. ſꝫ cum de iſtis fauorē querim⁹ elephans cadēs eleazarū premit. Miſerabiliter ergo agit ſecuꝫ miſ̄ homo qui tāto ſudore obtinet victoriā ſubcumbit appetitu iactātie. Gre. ſub hoſte quē ꝓ-
Gre ſtrauit moritur qui de virtutibus gloriatur.

p Salam tibi i cythara ſācti⁹ iſrael. ps. lxx. ſciens
P hominē in furore nō aꝫ

corā illo ſigna letitie oñdet. qa irrideri ſe arbitrās ꝯuertet ſuū furorē in illū. Cū per bona opera peccatū vincim⁹. diabolus ſnimio furore repletur qui ſuccūbit. Jō ſummopere cauendū eſt ne corā ipſo per iactantiā glie letitiā pretendamus qa tanq̄ de riſus a nobis omnē ſuā rabiem exercet in nos.

Fig. Fig. i. Re. xviij poſtq̄ Dauid ꝑcuſſit philiſteos pſalebat in cythara corā Saul quē ſpūs malus īuaſit. ⁊ tūc eo pſallēte ꝑuent⁹ Saul inuidia voluit ipm lācea quā verſus eū vibrauit perfodere. Sed Dauid paulisper declinauit ⁊ caſſo vulnere lācea pforauit parietē. ſpiritualr. ſaul ſignificat diabolū qui vocat ſanctū virū poſt cedē vitioꝝ ⁊ delictoꝝ vt per iactātiā pſallat. vt vȝ narrādo inaniter bona q̄ egit diabolus vane glie iaculo eū perfodiat: ſed ſi h̄ xpi miles percipiens declinet ictum per humilitatē ⁊ tūc caſſo vulnere liber erit. Sūmum ergo refugiū huī⁹ lancee eſt humilitas. Vñ Ber. in quadam epiſtola. Cū ex alijs quibuſcūq̄ bōis virtū magis ſuaꝝ capere ſoleat incremētū ſupbia ſola humilitas omniū ꝓpugnaculū tutrixq̄ virtutū ei⁹ reſiſtit malitie ⁊ obuiat preſumptioni.

E c Ripuit me de aqs multis. ps. xvij. Quāq̄ hō nauī tranſiturus mare vel grāde flumē nō aſcendat niſi nauis ſit bene bitumata ipſe nō eſt in tuto nec ēt merces ipſius. Maȝ rimis nauis apertis tanta poſſet aqua nauim intrare q̄ in naui ſuffocaret ſicut in mari. ſpūaliter. Tranſiturus h̄ mare tēpeſtuoſum neceſſe eſt intētionis nr̄e nauim adeo claudere vt vnda inanis glorie non ſubintret. Aliogn eque dū ſubmergeret aīa ac ſi aperto ſcelere raperet. Ut igit cor nr̄m rabies diaboli apertas ⁊ patentes fugiat: ſed ēt ei⁹ inſidias poſſit euadere: cor nr̄m ⁊ ipa bona opera ſancta occultem⁹ itētione vt merce ſalua ad portum quē petimus accedamus.

Fig. Fig. Exod. ij. vbi legim⁹ q̄ cū ex p̄cepto pharaonis oēs paruuli ſubmergerent in flumē cōtigit ebreā puerū parere pulchrū ⁊ elegantē ⁊ miſerta filio vteri ſui ipſū trib⁹ mēſib⁹ occultauit. Et cū vlteri⁹ illū non poſſet occultare hita ſi ſcella bene bitumata puerū ibidē poſuit. ⁊ ſic illū poſuit in flumē ſequuta ē ſoror paruuli vadēs per littus. vidēs filia regis que ad aquā deſcenderat ſiſcellā fecit illā ad ſe adduci ⁊ cum paruuli pulchritudinē aſpexiſſet iuſſit eū nutriri. Sed cum lac egyptioꝝ nō ſuggeret ſoror paruuli ſuaſit regine vt traderet mulieri ebree. Et vocata matre ꝓpria agit regina. Nutrias mihi

hunc puerū ⁊ tibi dabo merce-
dē tuā. ꝙ ⁊ ita factū ē. Et hic fu
it Moyſes q iubēte dño ppl'z
iſrael eduxit de egypto. Spiri-
tualiter. Ex pcepto diaboli oēſ
fructus noſtri. ſi poſſet. extingue
renſ poſtꝗ nati ſunt in nob in-
anis glorie vnda. vñ quos non
latet i nobis iubet in hoc flumē
ſubmergi. Igitur cū videt mu-
lier ebrea. i. aia ſancta ſe peperiſ
ſe puerū elegantē. i. puruz atꝗ
bonū opus ⁊ gratioſum deo de-
bet tribus menſibus occultare.
ſ. per memoriā mortis: p memo
riā eterne glorie. His trib' mē
ſib' occultabiſ bonuz opus no-
ſtrū ab egyptijs. i. a prauis hu-
ius mūdi laudibus. Cum vero
puer creuerit videlicet perſeue
rātia ⁊ ſoliditate bone actionis
auctū fuerit ipſum bonū opus.
Iā abſcondi nō poterit ciuitas
ſupra montē poſita. Sed tūc bi
tumine ſancte intētionis ↄbitu-
meſ mēs nauis nře ne poſſit tñ
ſire vſꝗ ad intrinſecā compla-
centiaz vane laudis: qꝛ tūc ſub
mergereſ nauiſ ⁊ onus. Bene
igiſ clauſa nřa intētio, in ſupno
rū bonoꝝ ſpe ponatur in flumi
ne pñtis vite ⁊ ſequaſ ſoror ſua
i. bona volūtas. vt quod nō poſ
ſumus amplius gētib' abſcon-
dere ſaltē volūtas occultādi nō
deficiat ſi poſſem'. Igiſ hoc fa-
ciēdo aia preſto eſt filia regis.
i. diuina ſapiētia que cordiſ ab
ſcondita intueſ videns ⁊ ↄſide
rans operis puritatē elegantiā
⁊ pulchritudinem. ⁊ ꝙ lac egy-
ptiorum. i. laudis adulatorum
nō ſugere vult tradit ipſum aīe
nutriēdū cū repromiſſione eter
ne mercedis. Et hic eſt Moy.
qui aiam educit de tenebriſ pec
catorū. Hoc igiſ modo diuina
maieſtas fructū nře bone ope-
rationis a nobis fieri petit. Vn-
de Pe. ra. in ſermone illo cum Pe.
ieiunatis. ⁊c. Pertractans illō
Matth. Attēdite ne iuſtitiā ve
ſtraz faciatis corā hoībus. vult
inquit preceptor celeſtis iactan
tiā tollere: auferre pōpaz: vani
tatē demere: inanē gliam ſub-
mouere. Sic iuſtitiam vult ce-
lare. Iuſtitia per ſe ſibi abūdat
ad gliam. que ſpectaculū popu-
li vulgi laudes fauores hoīum
mundi gliam nō reqrit a deo ge
nita celum ſpectat in oculiſ agit
diuinis ſupernis ↄtutib' mixta
ſemper a deo ſolo vt glorifice-
tur expectat.

V Anitatē meditat' ē in cu
bili ſuo. pš. xxxv. Ferſ ¶
de ſyrena ꝙ facit ſui cā-
tus dulcedine nautaſ obdormi
re: ⁊ dormiētes de naui educēs
trahit ad litus ⁊ illos occidit li-
cet hoc fabuloſe vel metaphori-
ce putē dictū: nihilominus ſili
tudo quodāmō ꝟa eſt. Adiſ. n.
ꝙ caute naute cū illā audiūt' au
res ſibi obturāt ne eius cātū au

diát. Spūaliter. oēs ſumꝰ nau/
te p huius occeani periculoſas
gradiētes ꝓcellas. Igif cū ali/
quas bonas merces portamus
pſto eſt vanaglīa a diabolo miſ
ſa vt ſuo cātu in nobis inducat
mortis ſoporē. Ad quā ſi atten/
damus ꝛ oculos aureſq; nr̄as
nō remouemꝰ ab ea mercedem
eternā quā ex nr̄is operibꝰ diui
na largiente gratia portabamꝰ
penitꝰ amputabit ꝛ ſic morte eter
ne cruciatibꝰ deputabimur. Fi/
Fig. gu. Matth. xiiij. Puella can/
tauit forte: ꝛ ſaltauit in ocul' re
gis ꝛ placuit regi ꝛ a mr̄e ſua/
ſa impetrauit ꝛ obtinuit caput
Joānis i diſco. Et licet rex quo
dāmodo triſtis ex hoc fuerit: ni
hilominus noluit ei negare pp
iuſiurandū. Spūaliter. puella
cantās ꝛ ſaltās eſt vana laus i
faciē operantiū bona quā elatꝰ
audiens ſtatim mortali captus
ſoporē: imo ſapore inanis glīe ō
luſus, pmittit ꝛ ſpōdet cōſenſū
ꝛ ſtatim cap. Jo. tribuit q: eter
nam remuneratiōnē que ē ca/
put oīs gratie pdimꝰ: ꝛ licet do
leat miſer de perditione tāti mu
neris tāta eſt laudis ꝓprie dele
ctatio q nequaq̄ vult ab ince/
pto ſi dſtere. Nā licet vellemꝰ vi
tam eternam nō perdere ꝓ hu/
mani fauoris acqſitione. nihi/
lominꝰ qñ laudes offerunt dif/
Aug ficile pn̄t excludi. Aug. in q̄dā
epiſtola. Nemo ingt huiꝰ hoſtis
ſ. inanis glorie vires ſentit niſi
qui bellū indixerit. quia ꝛ ſi cui
q; eſt facile laude carere dū de
negatur: difficile tñ eſt ea nō de
lectari cum offeretur.

Inſidiat in via quaſi la/
i tro ꝓuer. xxiij. Nō ē tu B
tū morari in patria ple/
na latronibꝰ niſi ſe cōtinuata vi
gilia quis cuſtodiat. Nā latro/
nes latent in die qñ poſſent co/
gnoſci: nocturno vero tpe qñ ho
mines dormiūt ipſi querūt quō
poſſunt furari. ꝛ ſic inuenictes
hoīes improuiſos ꝛ icautos ad
cuſtodiā magis ledūt. Jō bn̄ ſal
uator ait. Luc. xij. Qm ſi ſciret
paterfamilias qua hora fur ve
niret vigilaret vtiq;: ꝛ ñ ſineret
perfodi domū ſuā. Spūalr. nos
ſumus in patria plena latroni/
bus. ſ. varijs peccatis furātibꝰ
bona opera noſtra. Ideo vigilā
dū eſt ſūma cum cautela ſuper
cuſtodia noſtrarū virtutū. ne ap
petitꝰ humane laudis ſubripiat
ꝛ quod foris eſt intus a merce/
de vacuetur. Dormiente enim
patrefamilias. inimicus homo
infecit ſegetes in agro ſuo. Sic
dormiente recte rationis iudi/
cio intrabūt appetitꝰ laudū re
ctam intentionē a corde remo/
uētes. ꝛ ſic remanebit aīa deſer/
ta. Figu. ij. Reg. iiij. dormiente Fig.
nutrice intrauerunt latrunculi
domū inuento ſine ipſa Iſbo/
ſeth abſtulerunt caput eiꝰ. ipi/

ritualiter. latrunculi ſunt appeti tus inanis glorie qui vt dr dicu tur multu ſubtiles inſidiant la tenter ingrediunt obſeruat tps ad furadu aptu ⁊ velut latroes no domu paupis. ſz diuitis ac cede ſtudet qz inanis glia ſepe ſcos moleſtat viros ⁊ io vigiladu e Gre. vi. mora. Cu bene ingt viuim⁹ timedum eſt ne mes de ſingularitate eleuet. Igit ſi ro nra q e cordis nri ⁊ toti⁹ aie du ctrix ⁊ nutrix dormiat tpe quo huiuſmodi latroes ad domu ac cedut intrantes decapitat Iſbo ſeth. Interpretatur enim Iſbo ſeth vir pfuſionis. Cofudit eni vir iuſtus qn amputat ab eo ca put ronis in opib⁹ ſuis in qb⁹ paſſus eſt multos labores vt ac quireret illa. Remanet igitur domus eius. i. aia pfuſa ⁊ cele ſti hereditate nudata per latro culos huiuſmodi. Gre. i. mora. Sepe bono opri dum laus hu mana obuiat mente operantis iquinat. ⁊ quauis qſita no fue rit oblata tn delectat. Et ſubdit qſi latrunculus e appetit⁹ audis humane q recto itinere gradie tib⁹ ex late iugit vt ex oculto edu cto gladio vita gradietiu truci detur.

Gre

Gre

Volucres celi comedert illud Luc. viij. Tanta e iterdu iportunitas qru da auiu q vſqz ad manu veniut ad tolenda eſca ſicut videm⁹ de coruo ⁊ miluo. Na dum mulier cule lauant viſcera pecudu iu xta flume vix poſita in vaſe pnt illa ſeruare ab infeſtatione mil uo nisi bene illa cooperiat. Cu n. volucres illa no videat no de ſcendut. Spualr. Appetit⁹ ina nis glorie ⁊ vane laudis ſut vo lucres volates hinc ⁊ inde. ⁊ qc quid boni operis pates ⁊ mani feſtu reperiut. deuorat ⁊ aſportat. ⁊ ſic miſer homo ſuis meritis d nudatus inferni incendio dpu tabit. Fig. Gen. xl. vbi legim⁹ q magiſter piſtorum pharaois vidit ſomnium q. ſ. portaret in capite tria caneſtria farine in vno quoqz erat oes cibi qui fiut arte piſtoria ⁊ volucres deſcede bat ⁊ comedebant. Narrato au tem ſomnio Ioſeph interptat⁹ eſt ſcilicet q poſt tertium die ſuſ penderet i patibulo ⁊ volucres comederut carnem ſuam q ſic conſecutum eſt. Spiritualit. p magiſtru piſtorum ſu audi pe nitete qui tria opera penitentie portat. ſ. contritionem confeſſio nem ⁊ ſatiſfactionem. ⁊ recta i caniſtro portat omnia ciborum genera vt ſunt ieiunia orones ⁊ elemoſyne. Sed dicit q hec ca niſtria portabat in capite. meli⁹ foret q portaſſet i manu. Vidiſ ſet. n. aues agredietes ⁊ abegiſ ſet illas. Portare. n. i capite ca niſtria expoſita volucribus celi eſt portare bona opera in coſpe

Fig.

ctu hoium que manu debent tā-
tū portari ſolida operatione co-
operata a mūdi pompa: ſʒ quia
in aperto facta ſunt ⁊ mūdo pa-
tētia deſcendūt humane laudes
⁊ quicqd erat aſportāt. Sed cō
ſumatis trib⁹ diebus patibulo
ſuſpenditur. Per tres dies ſub
audi vite pñtis tps. prima dies
natiuitatis eſt. ſecūda ſtat⁹ me-
dias. tertia eſt dies mortꝭ poſt il
los dies tradit infernali incen-
dio expoliat⁹ omni celeſti mer-
cede quā miſer pro humano fa
uore vēdidit. pe. ra. i ſer. i. q̄dra
geſime. Juſtitia que ſe huma-
nis oculis locat diuini pris nō
expectat mercedē. voluit videri
⁊ viſa eſt voluit hoibus placere:
⁊ placuit habet mercedē quam
voluit. pmiū ꝗ noluit ñ hēbit.

J n On extinguas lucernā
in iſrl'. ij. Reg. xxi. No
tādū ꝗ aliter portat lu-
mē qñ vent⁹ flat ⁊ aliter tēpore
quietis. Nam tpe cōmotionis
aeris ex vento lucerna ⁊ lumen
cooperit: qꝛ tunc extingueret ſi
patēs vento exponeret. Cū ve-
ro trāquillitas eſt portat tute ſi
ne operimēto. Spūaliter. bona
opera noſtra iuſtitie ſunt lumē
ſic nr̄e quod ab extinctione ſol
licite ſeruare debem⁹. Jdeo cuʒ
percipimus flare vētū ꝯ nos ina
nis glorie: ⁊ aptitū laudis. ſtu-
deam⁹ cooperire lumē noſtruʒ.
prout Saluator docet ne facia-
mus opera noſtra coram hoib⁹
i. cū intētio laudari ab hoib⁹: ſʒ
vt videāt bona opera nr̄a ⁊ glo
rificēt patrem noſtrū qui in ce
lis eſt: igit lumē iuſtitie nr̄e vi-
get ſemper per humilitatē ⁊ ve-
rā intētionē ⁊ recti. Nā ſicut lu
men nutrit oleo: ita ⁊ bona ope
ra noſtra ſeruātur humilitate.
Figu. Exo. xxvij. vbi preceptū Fig.
fuit filijs iſrael. ꝗ ſemp in tab-
naculo lucerna perſeueraret ac
cēſa quaʒ ſacerdos ſeu miniſtri
nutrire debebāt oleo. Spūalit.
vt dictū eſt lucerna accēſa eſt cō
ſciētia plena bonis operib⁹ que
optime ab extinctione ſeruabit
ſi oleo humilitatis nutriat. Nā
ſicut plāta viuit humido ſic nr̄e
virtutes nutriunt ⁊ ſeruant hu
militate. Gre. xvij. moralium.
Quia origo virtutū humilitas
eſt. illa in nobis virt⁹ veraciter
pullulat: que in radice propria
.i. humilitate perdurat: a qua
nimirū ſi abſidit areſcit: qꝛ viui
ficātē humorē ſe perdidit. vnde
dñs in euāgelio fatuas virgies
quib⁹ oleū deficit a ſpōſi nuptijs
excluſas oſtendit Math. xxv.
qd idē Gr. exponit di. Quia ha Gre
rū. ſ. virginū quedaʒ dū virgi-
nitatis ſue gl'iaʒ expectāt in va
ſis ſuis oleū habere noluerūt.

Ues multiplicate ſūt ſu
a per terrā. Geñ. i. volēs k
ſemē ſuū ſeruare ne ab
auibus comedat q̄ʒdiu nō ē ra-

dicatū: debet aues inde expellere. Aliter poſſet tpe meſſis modicū recolligere: tanta poſſet ad agrū accedere auiū multitudo. Spūaliter. ſemē in agro eſt ſanctū ꝓpoſitū in corde quod nō ē bene radicatū quouſq; ñ ſit opere ⁊ ↄſuetudine atq; recta intētione ſolidatū. Ideo inſidiātur illi volucres. i. apetitus inanis glorie niſi ſtudeam⁹ illoſ abijcē ab agro aīe nr̄e: deuorabūt quicquid boni deo offerre cōcipim⁹ ꝓ retributiōe eterne glie. Fig. Gen̄. xv. vbi legim⁹ ꝙ abraam obtulit ſacrificiū dn̄o hoc modo q: arietē caprā vaccā diuiſit in duas partes ſiue per medium. ſed turturē ⁊ colūbā nō diuiſit. Igit̄ poſitis carnib⁹ aīalium ſuper altari volucres infeſtabant vt comederēt illas. ſed Abraaꝫ abigebat eas vſq; ad veſperaꝫ. Et tūc deſcēdēs ignis de celo cōſumpſit hmōi ſacrificiuꝫ. Et tūc dictū eſt Abrae ꝙ in ſemine ei⁹ benedicerent̄ oēs gētes. Spūaliter. Abraā qui interp̄tat̄ pater multaꝝ gentiū denotat virū dei qui multas bonas virtutes q̄s facit nutriri ſatagit in bona perſeuerātia. Facit. n. deo facrificiū triplici diuiſione: q: memoriaꝫ intelligentiā volūtatē diuidit ꝑ mediū. partē. ſ. tribuēs vite actiue. ⁊ aliā partē vite contēplatiue. Turturē vero ⁊ colūbā gemētes ſubaudi oculos cordis ⁊ corporis. ⁊ non diuidit partim mūdo ⁊ partiꝫ deo dās: ſed oēs ſuas accomodat deo lachrymaſ pro eterne vite exilio ⁊ pro gehennne incēdij periculo. igitur ſic ſtudet ſeruare ſacrificiuꝫ qđ deo obtulit. ſed aues. i. humane laudes a regione inferni volantes nituntur tollere ⁊ aſportare bona que ſic aīa preparauit. Iō debent abigi procul a corde pſeuerādo. vſq; ad veſperā finis noſtre vite aliter nihil eſſet qđ facim⁹. Unde Gre. li. i. mora. In caſſuꝫ bonū agit̄ ſi ante vite terminū deſeratur. q: fruſtra veloციter currit qui prius q̄ꝫ ad metas puenerit deficit. Ueniet igit̄ in fine ad nos amor diuinus cōſumato agone noſtro ⁊ nos coronabit corone victorie quam deus ipſe bene certantib⁹ promiſit. Apo. ij. Eſto fidelis vſq; ad mortē ⁊ dabo tibi coronā vite.

Fig. [margin]

Gre [margin]

L [margin]

n On furtū facies. Exod. xx. Ad magnuꝫ ſe exponit periculū fur ſatagēs rē caram ⁊ acceptā regi ⁊ qđ ſibi reſeruauit ſoli furari. Quātaꝫ n. peſtē incurret qui regis coronam furari conaret̄ ſi de hoc inueniretur cōuictuſ. Spūaliter. Rex eternus q̄ꝫdam ſibi tantū rem precioſaꝫ reſeruauit. ſ. laudem ⁊ gloriā. Oīa alia participauit nobis. vt miſericordiam charitatem pietatem gratiā ſapientiam ſcientiam prudentiaꝫ



BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL BURGOS

& cetera. hōorū gl'ia tñ ſibi gl'ia reſeruata. Uñ Iſay. xlij. Gliaȝ meā alteri non dabo. Et ne poſ ſent hoīes ſuper hoc ignorātia excuſari voce preconis angelica videlicet & humana hoc proclamari fecit. Luce. ij. Clamauerunt angeli. Gloria in excelſis deo. & Paulus apoſtolus. i. ad Thimo. i. Regi ſeculoꝝ immortali & inuiſibili ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculoꝝ amē. Igitur magnū eſt periculuȝ velle furari eterno regi hanc coronā quā ipſe ſolus debet portare. Incidet. n. talis fur in penā
Fig. & in laqueū nō paruū. Figu. Joſue. vij. vbi ꝓceptū eſt ꝙ nemo a ciuitate Jerico ſubriperet. ſed aurū poneret in erariuȝ dñi. ſȝ Hachor ductus cupiditate furatus eſt de theſauro qui ponendus erat in erariū dñi. Et repoſuit in tabernaculo ſuo. & ſorte deprehenſus ꝓiectus eſt i vallē ꝓfundā & lapidatus eſt a populo & oīa ſua igne conſumpta ſunt. & vocatus eſt ille locus vallis Hachor vſq; in hodiernum diem. Spūaliter. per hunc furem ſubaudi elatū & ambicioſū qui qđ eſt dei vſurpare ꝓſūpſit. ſ. gl'iam & laudē quas ſub anathemate debuit reddere deo. h' igitur ſorte mortis dep̄henſus ꝓijcitur in vallē abiſſi. & excluditur extra caſtrū filioꝝ iſrael. i. extra ꝯſorcium angeloꝝ & ſanctoꝝ & oīa bona ſua diſſipantur & vaſtantur: vt nihil ꝓſint ei amplius ad ſaluteȝ. Cooperitur lapidibus. i. duris tormētis & fit aceruus ire & furoris ſuper illū: & vocatur vallis illa ad quā mittitur gehēna inferni vel infernalis vallis vſq; in ſempiternū. Cauendū eſt ergo a tali furto ne cū p̄mo fure diabolo crucicmur. potius reddamus deo cuius ſunt gl'iam & honorē. Uñ
Aug. Aug. in ſolilogis. Qui laudari vult de tuo vno & nō q̄rit gl'iam tuā in illo: ſed ſuā h' fur eſt & latro & diabolo ſimilis. qui gl'iam tuā furari voluit. Dñe formator meus ex vtero matris mee non me ſinas cadere i illā exprobrationeȝ vt exprobretur mihi furari voluiſſe gl'iam tuā. Tibi laus & gloria tibi gratiarū actio. Cuius eſt oē bonū nobis ꝯfuſio faciei & miſeria quoꝝ eſt omne malū niſi tu dñe volueris miſereri. h' Aug. Ergo deo ſuuȝ qđ reddamus ne diabolo adherētes dicat nobis videbas furorem & currebas cum eo.

¶ De gratia.

I Ux i tenebris lucet Jo. i. Aliqñ reperiūtur aliq̄ adeo ꝓfunde valles ꝙ ad illas ſolis radius nō pōt attingere. Et ideo bñficio ſolis p̄uate aut totaliter ſteriles ſunt aut eaꝝ fructus ſunt inſipidi & nullius valoris. Spiritualiter. dū aīa noſtra per peccatum ruit

ad tenebras priuatur ſolis ra/
dij.ſ.grãꝫ xp̃i. Idcirco tandiu
ſtat ſterilis ⁊ ſine ope meritorio
q̃diu xp̄s lucẽ quã ꝑdidit illi n̄
reddit:⁊ ſi facit fructũ aliquem
vtputa elemoſynam vel ieiu/
nium ſeu aliud de genere bono
rum illud eſt totaliter inſipidũ
⁊ inutile ad ſalutem. Sapien.
iiij. Fructus eius inutiles ⁊ ad
nihilum apti. Sed ſi lux illa
vera que illuminat omnem ho
minem venientem in hũc mun
dum terram aſpiciat oculo ſue
gratie:ſtatim ſublata ſterilita/
te producet fructuum abundã/
Fig. tiam ſcilicet meritorum. Figu/
ra. Gene. primo. vbi dicitur ꝙ
terra erat inanis ⁊ vacua. Et te
nebre erant ſuper faciem abiſ/
ſi. Et dixit deus. Fiat lux ⁊ fa/
cta eſt lux. Et ſtatim ſequi/
tur quod dominus precepit ⁊
terra germinet herbam viren/
tem ⁊ ligna pomifera ſm gen⁹
ſuũ. Spũaliter. per terram ſub
audi humanã aĩaꝫ. que ſi ꝓua/
ta eſt grãa inanis ⁊ vacua repe/
rit̃. Naꝫ tũc tenebre.i. culpa ſe
ſuper faciẽ cordis ꝙ ꝓp inſcru/
tabilitatẽ dicit̃ abiſſus. Sed ꝓ/
cipit dñs lucẽ fieri qñ radij di/
uine grãe ſibi inſpirantur ⁊ ei i/
dicãt viã ſalutis. ps. dñs dabit
benignitatem ⁊ terra nr̃a dabit
fructũ ſuũ. Aug. in ſolilo. erat
inquit nubes magna ⁊ tenebro
ſa ante oculos vanitatis mee.

Ita vt nõ poſſem videre ſolem
iuſtitie ⁊ lumẽ veritatis. Inuol
uebar tenebris fili⁹ tenebraꝝ te
nebras amabã ⁊ lumẽ non co
gnoſcebã: cec⁹ eraꝫ ⁊ cecitatem
amabã. Quis inde me eduxit
qs accepit manũ meaꝫ vt inde
educeret me? Quis illumina/
tor me⁹? Quem nõ q̃rebã fuit ⁊
ipſe me queſiuit: nõ vocabã ⁊ ip
ſe vocauit me. Quis eſt ille. Tu
dñe deus miſerator ⁊ miſericors
pr̃ miſericordiaꝝ ⁊ deus totius
conſolationis.

Editabor vt columba.
m Iſa. xxxviij. Cupiens B
columbas nutrire ⁊ pu
los eius habere in domo ꝓpria
preparat ſibi domicilium ⁊ eſ/
cam. Alias enim colũba nõ ve/
niret nec pulificaret ibi. Spiri
tualiter. In columbe ſpecie ſpi
rituſſanctus miſſus eſt. Igitur
per columbã ſpirituſſancti gra
tia in nobis miſſa diuinitus in
telligit̃. quã ſi optam⁹ in nobis
queſcere ⁊ fructus eius recipere
opus eſt vt preparem⁹ illi do/
miciliũ in anima noſtra. vt poſ
ſit in corde ſuo nidũ ſuum qe/
te ponẽ. vt etiã eſcã orõnis ⁊ de
uotõis inueniat qb⁹ veſcat̃. alioqn
vero nobiſcũ nõ hitaret. Fi. ge. Fig.
viij. Columba miſſa a Noe de
archa cũ non inueniret vbi re/
queſceret pes ei⁹ reuerſa eſt i ar
cha. Spũaliter. Noe qui inter
ꝓtat̃ requies. Xp̄s ſignificat q req

es eſt omniū redēptoꝛ ⁊ pater.
Ipſe igit̄ gr̄am ſuaȝ emittit no
bis de archa ſue miſericoꝛdie.
vt in nobis quieſcat ſi nos ſi-
ne aquis diluuij inueniat ꝙ ſi
lubꝛica eſt anima nr̄a peccatis
nō remanebit nobiſcuȝ. Ergo
diſpone aīam tuam ⁊ pꝛepara
Aug. coꝛ tuū ⁊ gr̄am recipiet. Aug.
Non eſt inquit dn̄e abbꝛeuiata
manus tua vt ſaluare nequeat
nec grauata auris tua vt nō au
diat. ſed ſemꝑ te exhibes p̄ſētē
ſemper te paratum offers. Si
me paratū inueneris quocūq̄
iero tu nūq̄ deſeris me niſi pꝛi
us ego deſeram te. Sed ſcio ꝙ
peccata mea diuiſerunt inter te
⁊ me. inter tenebras ⁊ luceȝ: in
ter imaginē moꝛtis ⁊ vitā: int̄
imaginē veritatis ⁊ vanitatis.

Greſſe ſūt aque largiſ-
'E e ſime. Nūe. xx. Piſces
nunq̄ de mari intrant
dulcē aquā niſi pꝛius percipi-
ant aque dulcedinem. Qua gu
ſtata ſtatiȝ amaritudine maris
relicta intrant dulcē aquam ⁊
ibi moꝛāt̄. Spūaliter. pctōꝛ dr̄
habitare in mari ꝓpter inquie
tudinis amaritudinē ꝓpꝛie cō
ſciētie. Iſa. lvij. Coꝛ impij qua
ſi mare feruens. Nunq̄. n. ex
hoc mari peccatoꝛ ſurgere va-
let poſtq̄ ibi ſemel ſubmerſus
eſt: niſi diuina gratia ipm̄ vio-
Iſi. lenter adduxerit. Iſidoꝛ. de ſū
mo bono. poſtq̄ inquit pctō ob

ligauimus nos in opꝛib⁹ dia-
bolic: iam nr̄a virtute ſurgere n̄
valemus: ſed ſicut nauis fracto
gubernaculo illuc ducit̄ vbi vē
ti tempeſtas eam deuoluerit. ſic
hō diuine gr̄e auxilio ꝑdito nō
qḋ vult agit: ſed qḋ diabolus ꝑ
ſuadet ⁊ niſi valida māus xp̄i
ipſum inde extraxerit vſq̄ ad
moꝛtē in peccatoꝝ ſuoꝝ ſoꝛdib⁹
⁊ vinculis permanebit: ſed xp̄s
qui nō vult moꝛtē peccatoꝝ nō
delectat̄ in perditiōe viuentiū:
pꝛeſto eſt infundere huius gr̄e
dulcedinē vt peccatoꝛē extra-
hat a pctōꝝ ſuoꝝ ꝓfundo ſi rec-
ta facie verſus ipm̄ clamet. Fi-
gu. Ezech. xlvij. vbi ꝓpheta ſpi Fig.
ritu ꝓphetico vidit. Et ecce aq̄
egrediebant̄ ſubtus limē do-
mus ad oꝛientē: ⁊ deſcēdebant
in latus dextrū templi ſiue do-
mus faciē habens ad oꝛientē.
Spūaliter. xp̄s oꝛiens eſt. vn-
de cantat eccleſia. O inq̄t ſplē
doꝛ lucis eterne ⁊c. Templum
vero eſt coꝛ noſtrū. Si ergo faci-
em verſus xp̄m per coꝛdis affe
ctum ponam⁹ cuȝ ꝓpha clamā
tes. Saluum me fac dn̄e: qm̄ i-
trauerunt aque vſq̄ ad animā
meā. Ipſe emittet manū ſuam
de alto ⁊ liberabit nos de hi⁹ ꝓ
fundis ⁊ amaritudine tempe-
ſtatis. ſentiemus. n. ꝑ limen do
mus noſtre. i. meditationē ⁊ cō
ſiderationē coꝛdis: dulcedineȝ
gratie ſubintrare ad dexteram

.i. ad ſpūalē partē: nō aūt ad ſiniſtram corporalē. Nāʒ gratia xp̄i ſemꝑ dulcificat aīam pellēſ peccatoꝝ amaritudineʒ. Iſaie. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: qꝛ ſtati in trāte diuina gr̄a domū aīe nr̄e ſubito mutat̄ homo de miſero in felicē: quia oīa bona nobis ſimul cum gr̄a xp̄i aduenerunt.
Aug vnde Aug. ſuper Jo. Teipſū inquit qui in xp̄o es regeneratuſ .ſ. ꝑ gratiā interroga. Dū alienus a vita peregrinus in miſeria a ſalutis via mortuus. itrinſecus exulabas. ſubito initiatꝰ xp̄i legibꝰ ⁊ ſalutaribꝰ myſterijs innouatus. Jn corpe eccl̄ie nō vniēdo ſed credendo te trāſtuliſti: de filio pditionis adoptiuus dei filius fieri occulta felicitate meruiſti in menſura viſibili pmanēs maior factuſ es te ipſo ſine quātitatis augmento in exteriori nihil additū eſt. ⁊ totum in interiori eſt mutatuʒ: ac ſi homo xp̄i filꝰ factꝰ: ⁊ xp̄s in mēte hoīs eſt formatus.

k Dum lucē habetis credite in lucē vt filij lucis ſitis. Joā. p̄ric. ij. Not. ꝙ exiſtens in tenebris ignorat q̄ circa ea ſe ſūt. pōt eſſe iuxta ſerpentes ⁊ in rebuſ fedis nec illa videbit. ſed luce adueniente viſis periculis in quibꝰ prius inuolutus erat magis pauci c̄ꝫ ꝓ vs. Spūaliter. exiſtens in tenebris peccati nō percipit peccati aculeos: nec peti fetores. Exēplum hēmus de ſimia dormiente iuxta ſtipitē: que ſtipitis pōdus nō ſentit donec elongat̄ a ſtipite quo ligata eſt qꝛ ipꝫ trahit. Non igit̄ percipit peccator quāta ſit peccati miſeria: niſi ipſe diuina luminatus gr̄a elongat̄ a peccato. Cōſiderat quibꝰ erat inuolutꝰ miſerijs. ⁊ tūc gloriat̄ velut captus a carcere liberatus q prius velut mortuus ī peccati ſordibꝰ dormiebat. Figura. Act. xij. vbi legit̄ ꝙ Petrus iacebat i carcere herodis vinctꝰ cathenis duabꝰ. Et trāſacto paſchate volebat tradi populo occidēdus: ſꝫ angelus domini accedens lumē prebens carceri locū carceris illuminauit: ⁊ Petrū extra carcerē eductū dimiſit in vico qui ait. Nūc ſcio vere qꝛ miſit dn̄s angelum ſuū: ⁊ liberauit me de manu herodis ⁊ d̄ oī expectatōe plebis iudeoꝝ. Spūaliter. Petrus in carcere herodis denotat hoīem in carcere diaboli vinctꝰ ē duabus cathenis: qꝛ nūc vellet malū culpe fugere: nec pōt bonū aliquod operari. Expectat̄ trāſitus paſche .i. conſumatio pn̄tis vite vt tradat̄ demonū pplo morte puniēdus eterna. Sꝫ de omnibꝰ his peccator nihil conſiderat peccati caligine occupatus. Sed aduenīēte diuine gr̄e Fig.

luce illuſtrāte intellectū ꝛ acce
dente intellectum ꝛ accedente
affectū deponit cathenas: ꝛ edu
ctus extra portā ferreā in q̄ vin
ctus detinebaẜ ingrediẜ viā re
ctam. Et ꝯſiderata miſia ꝛ ca
lamitate ſtupenda bene cū diui
no lumine eſt erept⁹ dicit. Nūc
ſcio vere ꝙ eram in triſtitia: et
diuina gr̄a inde me liberauit.
Aug heu mihi qualiter ſtabā. Aug. i
ſoli. Conuerſus inquit ꝛ vidi te
nebras meas in quib⁹ fuerā: et
abiſſum tenebroſā in qua latue
rā ꝛ dixi. Ve ve tenebris me
is in quibus iacui. ve ve ceci
tati illi in qua verum lumē ce
li videre non poteram. ve ab
preterite ignorātie in qua ñ co
gnoſcebam te domine.

¶ De gratiaꝝ actione.

M r Edde qđ debes. Mat.
xviij. Vulgo dicẜ. Qui
reddit debitū facit capi
tale. Nō eſt. q: creditor cogno
ſcens debitorē circa ſolutioneꝫ
ſollicitū ꝓmptior efficiẜ ad ſua
mercimonia iterū largiēdum.
Vñ Caſſio. li. x. Spem de futu
ris recepit q trāſancta bñficia
recognoſcit. Spūaliter. omneſ
ſumus debitores Chriſti. Et tā
tum illi debem⁹ ꝙ quicquid ſu
mus vel habemus vel poſſumuſ
nō pōt ſufficere ad ſatiſfaciēdū
Cri. Vnde Chriſoſtom⁹ omel. lxx.
Si inquit excellens hominuꝫ
meritum: ſi nature iura conſer
uans: ſi legum iuſſis obtempe
rans fidē impleat: iuſtitiā tene
at: virtutes exerceat: dānet vi
tia: peccata repellat. Exēplū ſe
metipſum imitatib⁹ prebeat: ni
hil eſt reſpectu eius qđ dꝫ. hec
Chriſo. Sed q: ipſe ſaluator li
beralis eſt creditor ꝛ nouit fig
mentum noſtrū ꝛ paupertateꝫ
meritoꝝ noſtroꝝ: q: ēt bonoꝝ
noſtroꝝ nō eget ꝓ ſe: ſed ꝓ nob
tantū. Ideo ipſe preſto eſt ſup
plicanti nedum in parte dimit
tere: ſed ēt totum debitum idul
gere: ꝛ de proprio redonare.
Figura. Geñ. xlij. vbi legimus Fig
ꝙ dum filij Jacob deſcenderēt
in Egyptum tempore famis vt
emerēt frumentum ſup frumē
tum: etiā precium qđ ſoluerent
pro frumento inuenerūt in ſa
chis: eo ꝙ Joſeph eorum fraẜ
illud fecerat ibi reponi. Spūa
liter. per Joſeph q interpretaẜ
augmentū ſubaudi Chriſtuꝫ q
ſemꝑ pluſq̄ ſpondeat elargiẜ.
Vnde Ambro. ſup luc. Vberior Am
eſt inquit gr̄a q̄ precatio. ſemꝑ
.n. dñs plus tribuit q̄ rogaẜ.
Per filios Jacob ſubaudi ſup
plantatores vitiorum: per peni
tentiam qui poſt hanc pugnaꝫ
laſſati pergunt ad Chriſtū pro
refectionis indulgentia. q non
ſolum indulget ſed eis etiā cō
fert abundāter gratiam. Nam
qui dño precium frumenti. i.
gratiarū actionē ꝛ laudem por

tant beneficiorum: ipſe domin⁹
creditor liberalis ⁊ curialis to
tum facit ſuper nos redundare
debitores. Bene ergo dicit̄ q̄
reddentes domino gloriá ⁊ ho
norem pro ſuis beneficijs exci-
tamus ipſum ad meliora doná
dum: eo q̄ diues in omnib⁹ bo
nis noſtris nó indiget niſi p̄ no
ſtra vtilitate. vñ. li. i. ſñiarū. di.
prima. Ille inquit quo nob̄ vti
tur deus: nó ad eius ſed ad no
ſtram vtilitatem eſt: ⁊ ad ei⁹ tan
tum bonitatem: q2 bonorū no-
ſtrorum nó indiget.

B P Rimicias omnis labo-
ris eorum. p̄s. ciiij. Te
nens agrum alicui⁹ dñi
in feudum ſemper domino illi
reſpódere debet de naſcétib⁹ in
agro primitijs. Spiritualiter.
nos tenemus animam noſtraʒ
in feudum a deo. Gene. ij. In-
ſpirauit deus homini animam
viuentem. ⁊ vltra hanc poſſeſſi
onem anime etiam ab ipſo re-
cepimus ſemina verbi ⁊ doctri
nam eius. Que ſi i agro aie ſe-
minata rigent̄ ⁊ cultiuent̄ ope-
ribus bonis: naſcent̄ virtutum
fructus precioſi ⁊ cari valde q
bus obtinebitur eterna gloria.
Ideo de his vult dominus ha-
bere partem. ſ. gratiarū actóeʒ.
Et notandū q̄ in fructib⁹ bona
rum actionū que donante dño
naſcuntur in anima. v. bona có
ſideráda occurrunt. ſ. abolitio
pene: quietudo cóſciétie: adep-
tio gratie: acquiſitó glorie: ⁊ ac
tio gratiaꝝ: de omnibus his vl
timo ſolo contétatur. Figura. Fig.
Gen. xlvij. Tempore famis Io
ſeph poſſeſſióes omnium regi
egypti obligauit prouidendo
omnibus de cibo ne periclitaré
tur: verūtamé poſſeſſiones pre
dictas relinquebat in feudum
hoc pacto vt accepto ſemie red
derét ei quintá parté ſeminum
naſcétium. ſpiritualiter. tempo
re quo in egypto peccati paren
tum oés fame periclitamur. ve
niés Ioſeph. i. xp̄s cum pane
angeloꝝ refecit nos ⁊ nob̄ tra-
didit ſemé euágelij puriſſimuʒ
qȯ centuplum fructū producit
ſi bona ſit terra noſtra. Igitur
emit ⁊ redemit aiam noſtrá de
mortis egeſtate. reddés illi no
bis vt quintam parté. ſ. gratia
rum actioné que vt dictum eſt
ſuperius a nobis tátū recipiat
qȯ nó debet eſſe moleſtū nobis
hác portionem dare ei qui nob̄
tanta donauit. vnde bernar. in Ber
ſmóe. xxij. Quanti te fecit de⁹
ex his q̄ pro te facta ſūt. homo
agnoſce vt appareat tibi beni-
gnitas eius. Quáto. n. minoré
ſe fecit in humilitate: táto maio
rem ſe exhibuit in bonitate. Et
quáto pro me vilior: táto mihi
carior. Aduerte homo q2 lim⁹
es nó ſis ſuperbus: ⁊ q2 deo có-
iunctus es: nó ſis ingratus.

C c Cantemus dño glorioſe.
Exo.xv. Cōſueuerāt ro-
mani ducib⁹ redeūtibus
cū victoria talē ſeruare ritū. qꝫ
ponebat̄ dux i curru laureato
capite ⁊ illi exibāt obuiaꝫ ppli
cū canticiſ ⁊ organis. Spūalr.
xp̄s fuit ꝓpugnator noſter ad
ſaluādū. ipſe.n. victoriaꝫ maxi-
mā obtinuit ꝯ inimicos noſtros
⁊ nos liberauit de duriſſima ſui
tute. Ideo debem⁹ exire domuꝫ
ꝯcupiſcentiaꝝ noſtraꝝ ⁊ ire ob-
uiā illi cū gratiaꝝ actiōis cātico
laudātes eū in decacordo man-
datoruꝫ eius opere ⁊ ſermone.
Ipſuꝫ debemus ponere laurea
tū in curru: qꝛ poſitū in nr̄a me
moria debemus cōtēplari coro-
natū ſpinea corona. ⁊ fixuꝫ cla
uis: perforatuꝫ lancea. potatuꝫ
aceto: ſuſpenſū i cruce: ⁊ hoc fa
ciēduꝫ iugiter ſi volum⁹ gratas
ſibi ꝓ bñficijs receptis laudes
Aug reddere. vnde Augu. in ſolilo.
Dñe dilexiſti me pluſqꝫ te qa
mori voluiſti ꝓpter me. tā caro
ꝑcio reduxiſti me: ꝺ exilio rede
miſti me: de ſeruitio retraxiſti
me: de ſupplicio vocaſti me no
mine tuo: ſignaſti me ſanguine
tuo vt memoriale tuū ſemp eēt
apud me ⁊ nunqꝫ recederes a
corde qui ꝓpter me noluiſti re
Fig. cedere a cruce. Fig. i. Re. xviij.
Filie Hieruſalē iuerunt obuiā
Dauid redeūti a ꝑlio ⁊ cede phi
liſtei cū tympanis cātanteſ ⁊ di
centes. Saul percuſſit mille ⁊
Dauid decē milia. Spūaliter. fi
lie Hieruſaleꝫ ſunt anime libe
rate de manib⁹ philiſteoꝝ infer
naliū per victoriā paſſiōis xp̄i.
Cognoſcētes igit̄ hoc bñficiū ꝺ
bent illi ire obuiā canto ⁊ ſono.
i. fide ⁊ opere gratiaꝝ actioneꝫ
reddēdo: pro decē milib⁹ ꝑcuſ-
ſoꝝ. i. ꝓ liberatione ab innume-
ris malis in ꝓſtratione diabo-
li Aug. in ſol. Ecce tibi dñe gra Aug
tias ago ne ſim ingrat⁹ tibi libe
ratori me⁹: qm̄ liberaſti me. Naꝫ
cuꝫ abſorbuerat me ille draco.
tu ab ore eius extraxiſti me. pa
ratus fuit deglutire me. ſed tu
me defendiſti. Cū cōtra te iniq̄
agebā q̄ſi tua mādata fugiebaꝫ
ſtabat paratus ipſe vt me rape-
ret ad infernū ſed tu ꝓhibebas.
Ego te dñe offendebaꝫ ⁊ tu me
defendebas. Ego te nō timebā:
⁊ tu me cuſtodiebas: a te rece-
debā ⁊ inimico me exhibebaꝫ:
⁊ tu ipſe ne me caperet defende
bas. hec ⁊ alia bñficia mihi ex-
hibuiſti ⁊ nō cognoui donec il-
luminaſti me. Hec ille.

## ¶ De gula.

q Qui in ſordidus eſt ſorde
ſcat adhuc Apoc. xxij. A
Poſtqꝫ fedatū eſt veſti-
mentum noua ſuperueniēs ſor
des nō percipitur que tn̄ in can
dido veſtimento ſtatiꝫ apparet.
hoc idē videmus ꝺ atrio mūdo
in quo vix poteſt feſtuca cade-

re gn perpēdatur. ſed cū eſt in
mūdū grāde lutū nō percipit.
Spūaliter. hō deditus crapule
ſemp eſt ſordidus. Jō cū ſordi-
dioꝛ efficitur cadēs in lutū libi
dinis nō pcipit. vadit. n. de ſoꝛd
in ſoꝛdē velut ſus quouſqȝ deſcē
dat ad ſtabulū ſoꝛdidoꝝ demo-
Fig. nū Fig. Mat. viij. legimus φ
qdā habēs legionē ſpūum im-
mūdoꝝ habitabat in ſepulchꝛiſ
inde vero ṽtute dñi expulſi ſpi
ritus illi imūdi igreſſi ſunt gre
gē poꝛcoꝝ demū pcipitio inert
in mare. Spūaliter. ſubaudi p
ſpūs illos imūdos qui vnū ho
minē tenebāt i ſepulchꝛis gule
⁊ crapule vitia que viuentē ho
minē q̄ſi moꝛtuū in ſepulchꝛis
cōdūt. ſemp eſt in fetoꝛe ſemper
putreſcit ⁊ fedat. ducunt enim
hec vitia d ſepulchꝛo ad poꝛcoſ.
qꝛ guloſos trahūt ad libidinē
que pꝛopter deteſtabilem imun
ditiā mētis ⁊ coꝛpoꝛis quā idu
cit poꝛcine feditati cōparatur.
ſed inde deſcendūt pcipitio in i-
fernū in ſtabulo igneo. cū demo
nib⁹ deputādi quib⁹ ſe per imū-
ditiā copularūt. patet ergo quā
ta mala inducit mala ebꝛietas.
Sen. Palloꝛ eſt ⁊ neruoꝝ vi-
no madentiū tremoꝛ ⁊ miſera-
bilioꝛ ex cruciatib⁹ q̄ȝ ex fame
macies inde incerti labentium
pedes ⁊ ſemper qualis in ipſa
titubatio ebꝛietate. Inde intra
cutē. humoꝛ admiſſus diſtētuſ-

q̄ȝ venter dū male aſueſcit plus
capere q̄ȝ poterat: inde ſuffuſio
lucide bilis ⁊ decoloꝛ vultus ta
beſqȝ in ſe putreſcentiū ⁊ retoꝛ
ti digiti articulis ob rigeſcen-
tibus neruoꝛum ſine ſenſu iacē
tiū toꝛpoꝛ aut palpitatio coꝛpo
rū ſine itermiſſiōe vibꝛātiū: qd
capitis vertigines dicā qd ocu
loꝛū auriūqȝ toꝛmēta? ⁊ cerebꝛi
extuantis verminationes etiā
omnia per que exoneramur in
ternis vlcerib⁹ affecta in miſa-
bilia pterea febꝛiū genera alia-
rū impetu ſubeuntium aliaꝝ te
nui peſte repentiū. qd alioꝝ re
feraȝ innumerabiles moꝛbos.

On timuerūt neqȝ intel
n lexerūt in tenebꝛis am B
bulauit ⁊c. pſ. lxxxi. nul
lum maius periculū in arduis
q̄ȝ ſuum non videre caſuȝ: qꝛ q
nō cognoſcit non cauet. Inter-
dū. n. bos cōducitur ad macel-
lū ſaltat hincinde, ⁊ ignoꝛat φ
pergit ad gladiū. Spūalit. nul
la maioꝛ cecitas ebꝛietate. Pe
trus ra. in quodā ſermone. vbi Pe.
regnat ebꝛietas: ratio exulat: in
tellectus obtūdit. ꝯſilia deuiāt.
Judicia ſubuertunt. Et ſic mi-
ſeri bꝛutiſ ſimileſ dū gule ebꝛie
tate fruuntur: neqȝ verentur ho
mines neqȝ diuinam foꝛmidāt
vindictam. Ideo illi ſubito fe-
riunt. Figu. Judi. xvi. vbi legi- Fig.
mus φ philiſtei fecerūt ꝯuiuiū
magnū. ⁊ obtulerunt holocau-

ſtñ deo ſuo dagon. ⁊ dũ eẽnt ni
mia ebrietate ſopiti: fecerũt ad
duci Sanſonem quẽ exceeaue
rũt putantes ipſum vires pſti
nas amiſiſſe qui poſt multas
illuſiones acceptas ductu pue
ri ſui venit iuxta palatiũ vbi ce
lebrabant ↄuiuia ⁊ ãplexatꝰ du
as colũnas quibꝰ ſuſtẽtabat cõ
uiuij palatiũ illas ↄfregit. ⁊ ca
dente palatio extincti ſunt oẽſ.
Spũaliter. philiſtei qui iterp̃
tant ruina ſignificãt guloſos ⁊
crapule deditos qbus ꝓpriũ
eſt ruere ad luxuriã. Jdeo illõ
dr̃ per Jſay. ruina hec in manu
tua eſt. Tũc iſti offerũt holocau
ſta dagon deo ſuo: cũ i atrijſ cra
pule ⁊ ebrietatis ſuꝑflua cele
brãt cõuiuia. Nã dagon interp̃
tatur piſcis inutilis. ⁊ bene dño
tat miſerũ ⁊ inutilẽ ventrez qui
dicitur cor deus. Quãte. n. vti
litatis deus iſte eſt. ⁊ que p̃ſidia
homini valet p̃bere nouerat ille
qui dicit. Si ſm carnez vixeritꝭ
moriemini. ſed adducit ſanſon
cecus inter illos ad illudenduz
ei. ſanſon vero interp̃tat fortitu
do dei. ⁊ denotat diuinã ſentẽtiã
quã hmõi philiſtei putant cecã.
ps. Dixerũt nõ videbit dñs ne
qꝫ intelliget deus Jacob. Et hu
ius ſolis lumẽ ſcrutat. vſqꝫ ad
intrinſeca cordis. Et ab ipſius
fortitudine defecerũt gigantes
ideſt dmones dũ eſſent angeli.
Deiecit. n. eos dum eleuarent

expulſi ſunt nec potuerũt ſtare.
Jgitur putantes deridere diui
nam ſententiam: derident deri
ſores. Ducit ergo ſanſõ a pue
ro qꝛ ducit fortis ſententia ſup
guloſos a pura ⁊ recta dei iuſti
tia ⁊ cõtritis duabus columnis
ruit edificium. ⁊ percuſſis ſimul
anima ⁊ corpore cadit totus ho
mo. ⁊ qui itra palaciũ veſcebã
tur moriuntur. qꝛ omnia cra
pulantiũ delectamẽta ſubito ex
tingunt. ⁊ miſer in inferno cũ
epulone diuite ſepelit tã ꝓ con
ſumptis inutiliter bonis q̃ erãt
largiẽda pauperibꝰ q̃z ꝓ ſui ven
tris abuſu eternaliter crucian
dus. vbi diuitias quas deuora
uit euomet. ⁊ de ventre eius ex
het eas deus cũ ſũma amaritu
dine. Petrꝰ rauẽnas in ſermo Pe.
ne Lazari. Tu inquit diues ful
gens tũc purpura nũc tegere fl
mo pro coccino veſtiere flãmis
pro molibꝰ diſcubitis ſuſtinet
dura tormenta. pro latis fercu
lis epulat penis copias inopia
compẽſa ebrietates ſiti digere.
pro odoribꝰ aſpergere fetore ⁊
cui abſtiterũt voluptatum obſe
quia aſſiſtit nũc miſteria penaꝝ

¶ De humana condictione.

d Jes mei ſicut vmbra
declinauerunt. ps. ci.
Nota qd̃ vmbra ap
paret nobis magna ⁊
parua ſꝫ acceſſũ ⁊ receſſũ ſolis
a nobis. Cũ eniz ſol eſt ſup nos

In meridie vmbra corporis no-
ſtri breuis eſt. Lux vero ſol elō-
gatur a nobis adueſperaſcente
vmbra noſtra longa: ſed de q̄ȝ-
titate eius experientiam accipi
mus quando nos extendimus
⁊ collocamur in terriſ. ſpiritua
liter. vita noſtra corporalis cō-
paratur vmbre ratione velocita
tis Job. xiiij. Conterit ⁊ fugit
velut vmbra. Igit per receſſum
vere cognitiōis luminis nobis
noſtra vita corporalis lōga eſt ⁊
breuis. Nā ratione vigente ſu-
per nos arbitramur vitam no-
ſtram fugacem ⁊ breuem eſſe.
vnde Job. vij. dies mei veloci-
us tranſierunt quā a texente te
la ſucciditur. ſed longe exiſtēs
recte ratiōis ſole dies ſuos im-
mutabiles putat. pſ. Nō moue
bor in eternum. ſed vt liceat ali
quantulū propoſitum exire no
tandum quod conſueuit fieri q̄
ſtio de diebus ⁊ temporibus ho
minum. vtrū poſſint augeri vel
minui. Nam pro vtraqȝ parte
ſcriptura loquitur. Quod eniȝ
ſunt firmi ⁊ incommutabileſ di
cit Job. xiiij. Numerus menſi-
uȝ eiꝰ apud te eſt: conſtituiſti ter
minos eius. qui preteriri nō po
terūt. Ecōtra. in. pſ. Minora-
ſti dies temporis eius: perfudi-
ſti eum confuſione. ⁊ iteruȝ im
pij non dimidiabunt dies ſuoſ.
Reſpōdeo dicendum ꝙ dies ⁊
tempora hominum poſſunt du-

pliciter conſiderari: vno modo
prout ſibi ipſi homo dies ordi-
nat ⁊ cōſtituit qui carens recte
rationis lumine non credit in
eternuȝ deficere: putat eniȝ pa-
ctum pepigiſſe cum morte. ſed
tales dies non dimidiantur. qꝛ
anteq̄ȝ perficiantur improuiſe
deficiunt. Et ſic miſer confuſio-
ne perfunditur. pſ. anteq̄ȝ odi-
rer ſuccidit me. Alij vero dies
ſunt quos deus p̄ordinauit ho-
mini quorum numerus ē apud
deum ita prefixus ꝙ nullatenꝰ
poteſt augeri vel minui. pſ. mē
ſurales poſuiſti dies meos. Et
de huiuſmodi diebus loquitur
Job. Nec obeſt quod Ezechie
regi additi fuerunt. xv. anni. iiij.
Regum. xx. qꝛ vt dicit Grego. Gre
Peccata ſua fecerant eū mor-
te dignum. Ut dixit ſibi prophe
ta morieris id eſt dignꝰ es mor-
te. Sed deꝰ preuidit peccata ſua
lachrymis detegēda propter ꝙ
dignus vita remanſit. Ita nec
auctū eſt diminutū de tempore
quo illū dn̄s vixuȝ p̄uiderat. re
deūtes ergo ad ꝓpoſitū dicamꝰ
ꝙ ēt de q̄ȝtitate vmbre recte ⁊ ꝓ
p̄e expit. ſ. d brenitate ⁊ fugaci
tate hūane vite q̄n noſ colocāur
p mōtē i ſeplcħꝛ vl' foueā. tē. n.
appet qd erat vmbra vite nr̄e i
q̄ tūc ꝯſidebamus ⁊ q̄ȝ celerius
euanuit. Fi. Jon. iiij. Dū Joās Fig.
geſcēt ſub vmbra edē i meridie
⁊ calore vrente ⁊ ſūme i vmbre

ſemperie delectaret̄ ſubito vme
medulam edere ledente. mox
edera ſiccata eſt. ⁊ aruit. ⁊ vm-
bra illi⁹ in nihilū redacta ē. Et
turbat⁹ eſt Jonas valde: q: ma
gno labore atq; ſudore ad illā
peruenerat. Spūaliter. Mo. per
vmbrā vitam pn̄tem hoīs vt di
ctum eſt. In ipſa. n. inſpiciētes
multū ↄſidūt ⁊ ipſam pre oib⁹
diligūt atq; oi labore ſeruiunt
ei. Mō. n. aliquando cogitāt ſu-
per autūnū mortis qn̄ depoſitis
folijs vitalis ſpūs vmbra hui⁹
fugabit̄. Sed duz eſt meridies
iuuentutis nunq̄ ↄſiderāt poſ-
ſe aduelperat̄ per ſenectutē: im
mo qđ deterius eſt hora veſper-
tina ⁊ matutina vtunt̄: q̄a dum
grauant̄ ſenio ⁊ ad mortē feſti-
ni properāt: ſemper que vite p̄-
ſentis ſunt pertractāt. Jō acce-
dēte verme mortalis ligoris ſu
bito ad medulā: tanto amplius
triſtiores pereūt quanto impro

Gre uiſius moriunt̄. vn̄ Gre. in mo
ralibus pertractās illud Job.
Dies mei velotiores fuerūt cur
ſore. ⁊c. ſic ait. itaq; carnales ho
mines vltor ad iudiciū pertra-
hit: ⁊ tn̄ ipſa ordinatione ſolici
ti reb⁹ tranſitorijs occupati nil
aliud cogitāt: niſi q̄liter in mū-
do adhuc viuāt. Relinquendo
oia quaſi poſſidēda diſponūt. q:
ſpes viuēdi nō frāgit̄ ēt cū vita
terminat̄. Itaq; ad iudiciū tra
hunt̄ per ſn̄iam: ⁊ tn̄ adhuc ha

bēdi rebus inherēt per curā. du
re etenim mēti abeſſe mors lō-
ge credit̄ etiaz cū ſentit̄. Sicq;
anima carne ſoluit̄. vt erga pn̄
tia imoderato amore ſe retinēs
cū ad eternū ſuppliciū ducitur
hoc ipm quoq; neſciat quo du-
citur. ⁊ deſerens que amare cū
termino noluit repēte ſine ter-
mio ïueniat q̄ nunq̄ preuidit.

c Educ de carcere animā
meā. ps̄. cxli. Nō poteſt B
diu extra carcerē mora
ri qui ↄtrahit debita vltra pro-
priā facultatē. Sūt. n. nōnulli
neſciētes moderamē in expen-
ſis. ſed ꝓdige dū habēt proijci
unt. ⁊ cū nō habēt vnde reddāt
creditoribus carceri mancipā-
tur. Et circa h̄ multū nocet ha-
bere familiā inordinatam. ⁊ ad
expēdēdū ꝓnā. Spūaliter. In
vita pn̄ti ↄtrahim⁹ multa dbita
peccādo. per que creditor nr̄ ſta
tim nos vinctos ducit ad carce-
rē niſi per pn̄iam pſoluamus.
Mat. xviij. miſit illū in carce-
re. ⁊c. habem⁹. n. familiā nimis
ꝓdigam. ſ. ſenſitiuos appetitus
qui vltra modū debita deſiderāt
delicata q̄bus pro peccatis aīa
captiuat̄. ad Ro. ij. Uideo aliā
legē in mēbris meis repugnā-
tē legi mētis mee ⁊ captiuantē
me in lege peccati. Et no. q̄ ſi d
bitor exſoluat debitū creditori
liberatur a carcere ſm oēz legē.
Sed nō ſic habet in ſpūali debi

to. Nam dñi diabolus retinet i peccato captiuum: nil a pecca‑ tore pōt recipere ꝓpter qđ poſ‑
Gre. ſit a diabolo placari. Vñ Gre. in omel. Iniuſtū eſt ſeruire dia bolo qui nullo placat obſeqo.
Fig. Figura Exo. v. Pharao reti‑ nebat populū iſrael captiuū in egypto multo tempore laborā‑ tem in paleis ꝛ luto nec ꝓpter hoc ipſum dimittere voluit ex egypto quouſqꝫ per moy. inde eductus eſt in manu forti. ſpūa liter. diabolus vt dictū eſt pec‑ catores qui ſibi peccato mediā‑ te obligati ſunt detinet ſeruos. ꝛ q̄ꝫꝫ laborent multa aliq̄ bo‑ na operādo tñ modicū eſt qđ fa ciunt: qꝛ in luto ꝛ paleis. i. i bo nis tpalibꝰ premiant ex tali la bore: nec poſſunt vnq̄ꝫ egyptū exire peccati quouſqꝫ xp̄s edu‑ cat eos inde i manu valida ſue miſicordie per medias vndas maris rubri. i. in virtute ſue ſa cratiſſime paſſionis. vñ quātū ex ſeipſo eſt peccator tali debi‑ to eſt impotens ad ſoluendum pſ. Mutuabitur peccator ꝛ ñ ſoluet. xp̄s enim eſt qui liberat
Aug. vñ Aug. in ſolil. gratia inquit. ꝛ miſericordia dei preuenit me reduxit errantem: docuit igno rantem: corripuit peccantē: cō‑ ſolatus eſt afflictū: redemit ca‑ ptiuum: confortauit deſperātē: ſuſcepit reuertentem: erexit ca dentem ꝛc.

Errauerūt in ſolitudine e viā ciuitatis: nō inuene rūt habitaculū. pſ. cvi. **C**
No. q̄ in omni via ſūt duo ter mini. ſ. a quo ꝛ ad quē. Igitur errātes prope ṫminū a quo faci le poſſunt ad rectā viam redire qꝛ multū nō ſe elongant a via. ſed proſequētes errorē incep‑ tum diu vſqꝫ ꝓpe terminū ad quem difficile poſſunt rectā in uenire viam: qꝛ modicū error in principio eſt maximus in fi ne. Ideo pergentes viam ma‑ gnā ſepe debent ꝯſiderare vtrū ſint in deuio an in via. ſpūalit. via vniuerſe carnis ē iter duos terminos ꝯſtituta. quoꝝ p̄mus eſt natiuitas: ſecundus ē mors Et hāc viam neceſſe eſt omnes venientes peragere. Igit errā‑ tes prope terminū a quo ꝛ cito errorē ſuum corrigentes cito redeunt ad viam: qꝛ peccantes in adoleſcentia vel pueritia le‑ ui correctione poſſunt ad viam rectam redire. ſunt. n. pueri ſi‑ cut cera. ſed ſi errorē ſuum per trahunt vſqꝫ ꝓpe terminum ad quem. ſ. vſqꝫ ad ſenectutē diffi‑ cile poſſunt vnq̄ꝫ viam rectā in uenire nec peruenire quo ten‑ dūt. Figu. i Exodo ꝑ totū. filij iſrael exeuntes egyptū ꝛ tēden tes ad terram ꝓmiſſionis ñ ſer uauerunt rectitudinē ſemite iu ſtitie niſi vſqꝫ ad. xxv. diē ꝛ poſt modū quaſi vſqꝫ ad. xl. annum

vt plurimū exacerbauerūt deū ⁊ prouocauerunt eū ad iracundiam ꝓpter quod neſcierunt inuenire viam rectam nec potuerunt intrare terram promiſſionis qui egyptū exierunt tribuſ exceptis. Spiritualiter. per filios iſrael de egypto eductos per mare rubrū in nube ⁊ igne ſubaudi populū xp̄ianum eductuꝫ de tenebris per virtutem paſſionis chriſti fide ⁊ charitate. Igitur errantes multipliciter in deſerto vite p̄ntis q̄ media eſt iter celū ⁊ infernū errorē ſuū ñ corrigentes ſed ſemper vlterius ꝓcedentes: in tantum demū ſe inueniunt in ſenectute ꝙ nullatenus adueniēte morte poſſunt ꝑ ſemitā recte penitētie ad viā redire ⁊ pereūt. vnde Aug. in quodaꝫ libello. Hac animaduerſione percutit̃ peccator: vt q ſciens nō facit nec curat ſcire quod rectuꝫ eſt: ⁊ qui benefacere noluit cū potuit: dimittat poſſe dū velit Ecce pꝫ ꝙ multi ſūt vocati pauci vero electi. Igitur operandū eſt debito tēpore quando opera noſtra deo placere noſcuntur. Vn Ugo de Ugo de clauſtro anime libr. primo. In illa inquit etate quādo floreſcunt crines: caro niteſcit eburnea: oculorum gēmis facie roſea decorat̃ valitudo corporis vires ſubminiſtrat: ⁊ iuuenilis etas lōgioris vite ſpaciuꝫ repromittit, quando viget ratō viget ⁊ corporis ſenſus viſus E acutior: auditus ꝓmptior: inceſſus rectior: vultus iocundior. Qui in hac etate ſe domant; ⁊ Chriſto ſe ſociant premiū. ideo expectant.

Aug

Ic cōparabit̃ viro cōſiderāti vultū natiuitatꝭ ſue i ſpeculo. Iac. p̄mo. Nota quod eſt duplex ſpeculū ſcilicet curuum ⁊ rectū ſpeculū namqꝫ curuum faciem toruam atqꝫ reuerſam oſtendit. Naꝫ facit apparere mentū vbi ſuſſum ⁊ dexterā vbi ſiniſtra. ſicut ſe ſpeculanti in argēteo coclearij apparet. Speculū vero rectū reddit ymaginē reſpicientis vt eſt. Spiritualiter. eſt duplex conſideratio ſui. primo quādo ſe cōſiderat ⁊ videt ſanū iuuenē: ylarē: diuitē: alacrem. ⁊ totum floridū. ⁊ talis ꝯſideratio ſpeculo curuo comparatur: quia fac̄ apparere inſtabile firmū corruptibile perpetuū caducū fortē ſiniſtram dextraꝫ. ⁊ īfimū eſt ſupremuꝫ apparere vel videre facit. In hoc ſe aſpiciētes dilectores vite preſentis ſtatim obliuiſcūtur quales ſint ⁊ cuius cōditionis. Et ideo tāto fortiuſ cōquaſſant cadentes quanto improuiſus ⁊ repentinus eſt eoꝝ caſus. Sen. Fortuna vitrea eſt ⁊ ſepe frangitur dum plus ſplendet. Et. ps. Vidi impiū ſuperexaltatū. ⁊c. Alterū vero ſpeculū veꝝ

Señ

⁊ rectū p̄bēs ymaginem qualē
debet: ⁊ quod in nullo mētit̄ eſt
ſepulchrum vel fouea. Nam ſi
vis te intueri in illo ſpeculo ſta
tim videbis ymaginem tuā in
tus ⁊ qualis ⁊ quante pulchri-
tudinis ſis ſine vlla diminutio-
ne cognoſces. Ibi itueberis dē
tes eburneos crines aureos ⁊
oculos nigros. ⁊ q̄liter tui cor-
poris forma in pulchra ꝯſiſtit ar
monia. Nō ignorabis teipſū te
in hoc ſpeculo ſpeculās. ⁊ tibi-
ipſi diſplicens deo ſtudebis pla
Fig. cere. Figu. Exo. xxxviij. In in-
greſſu tabernaculi erat labium
eneum de ſpeculis vt ingredien
tes poſſent ſe intueri ⁊ vidē. ſpi
ritualiter. in ingreſſu eccl'ie eſt
cimiteriū oēs abſorbēs vbi ſūt
ſepulchra in quibus nos debe-
mus ſpeculari an̄ ingreſſum ec-
cleſie. vt de nobiſmetipſis noti-
ciā habeam⁹. Et ſic cū humilia
ti erim⁹ ⁊ corde cōtriti nō deſpi-
ciet nos deus in nr̄is petitionib⁹
Neminē. n. hoc ſpeculū decipit
Demonſtrat. n. aperte qualis ſit
vniuſcuiuſq; ꝯditio. ⁊ qd̄ diui-
tū ⁊ pauperū nobiliū ⁊ ruſticoꝝ
⁊ eadē ibidē reperit̄ ymago. le-
git̄ de Diogene philoſopho du-
cēte oſſa mortuoꝝ per quodā
ſepulchrū ꝙ Alexandro inter-
rogāti quid ageret reſpōdit. vo
lebā iquit diſcernere oſſa pau-
perū ⁊ diuitū. ſed nullā inter ea
īuenio differentiā: quia mors
oēs adequauit. Si igitur ſtabiſ
in hac ꝯſideratione nō peccabiſ
in eternū. Ber. in quodā ſmo. Ber
ne. Diſ homo quia omni ho-
ra te nō diſponis cogita te mor-
tuū qua ſcis te neceſſitate mori
turū. diſtingue qualiter oculi ꝺ
tent in capite. vene rūpent. i cor
pore. ⁊ cor ſcindet̄ dolore.

¶ De humilitate.

Si conuerſi fueritis ⁊ ef
n ficiamini ſicut paruuli A
nō intrabitis in regnū
celoꝝ. Math. xviij. Nō hn̄s
trāſire per portā arctā ⁊ baſſam
niſi inclinat⁹ ſe breuiorē hoſtio
p̄buerit tranſire nō poterit: qn
imo ſi tranſire erectus tentabit
leſo capite retro cadet. Spūalr.
via q̄ ducit ad pn̄iam ⁊ hoſtiū
quo celū intratur eſt magne ar
duitatis intātū ꝙ deus compa
rat ipſū foramini acus. Unde
per illud tranſire nequaq; va-
let elatus. quem dominus i euā
gelio per camelum inſinuat ni-
ſi ergo elatione depoſita efficia-
mur paruuli ſicut ille qui au-
ctor noſtre ſalutis eſt. ſ. xp̄s nō
poterimus hoſtium ingredi. ſʒ
retro nos ꝓijciet noſtra ſupbia.
Aug. ſup Jo. excelſa eſt patria
humilis eſt via. Fig. Gen̄. xlij. Fig.
dixit Joſeph fratribus ſuis an̄
q̄ cognoſceretur ab ipſis. Niſi
adduxeritis vobiſcum fratrem
veſtrum minimū non videbitis
faciem meā. Frater vero ille mi-

mus vocabat Beniamin quo adducto ad Joſeph per fratres ſuos inuitauit eos Joſeph oēs ⁊ Beniamin portionē duplicē donauit. Spūaliter. p Joſeph ſubaudi deū patrē qui filiū ſuū ſtatuit per nos humillimū i medio noſtri. ⁊ hoc per Beniamin qui interpretat filius dextere notat. hic ergo per humilitatē factus eſt obediēs vſq ad mortē ppter qd deus exaltauit illū ⁊ dedit illi duplicē portionē. ſ. diſtributionē gratie in pñti: ⁊ glorie in futuro. Igitur niſi iſtum fratrē paruulū ducamus nobiſcum. ſ. ſequēdo veſtigia eis non videbimus faciē dei qr iniuſtū eſt vt putredo ⁊ vermis nō humiliet. Ubi rex angelorū digno ſcit humiliat'. Ideo ipſe ait. diſcite a me qr mitis ſum ⁊ humilis corde: ac ſi aperte dicat qp humilitas ſit via: ⁊ hoſtiū intrādi celū. Unde Aug. in epl'a ad diſcorū. Nō inqt aliā tibi ad capeſcendā ⁊ obtinēdā veritatis viā inuenies q̄ que inuenta eſt ab illo qui greſſuū nroꝝ tanq̄ de' videt infirmitatē. Ea aūt pma eſt humilitas. ſcōa humilitas. tertia humilitas ⁊ quotiens me iterrogares hoc dicerem.

B'ſ Urge amica mea ⁊ veni ij. Cañ. Quilibet homo qui vult mulieri per matrimoniū copulari querit poti' vxorē ꝯformē morib' pprijs q̄ extraneam ymo quaſi diuerſorū morū vir conat ſuis moribus vxorē ꝯformare hoc idem videmus de artib' quod de moribus dictū eſt. Libētius. n. artifex ſibi vxorē aſſumit ppe artis q̄ extraneā imo acceptā conatur docere artem ſuā. Spūaliter. xps eſt omniū artifex omnium habens ſcientiā ⁊ oia proſpiciēs ſapiētia. Sed vnā artē inter oēs habet in qua vult ſpōſam ppriā ſibi eſſe conformē. hec eſt humilitas. Nā per artē ſapientie celū ⁊ terrā creauit. Et multa magnalia fecit. Sed per humilitatē venit factus conformis miſerie noſtre. vt nos p eandē artē cōformes facēt glorie ſue. Unde ipſe ait. Diſcite a me qr mitis ſum ⁊ humilis corde. Super quibus verbis aug. de verbis dñi in libro. Diſcite inquit dominus a me nō mundū fabricare nō cūcta viſibilia creare nō in ipſo mūdo miracula facere ⁊ mortuos ſuſcitare. Sed quoniam mitis ſū ⁊ humilis corde. Figura. Gene. xxiiij. puer habrae ducebat Rebecā vxorē filij ſui Iſaac ⁊ pergentibus ipſis iuxta territoriū ipſius habrae Iſaac filius eius pedibus ambulabat per agrum. Que cum cognouiſſet Rebeccam deſcendit de camello ⁊ reuelata facie perrexit ad ipſum tunc. Iſaac videns eā in oculis ſuis pul Fig.

chꝛam amauit ipſam multuꝫ ⁊ introduxit in domū ſuā. Puer habꝛae eſt euangelium dei' pꝛo pter purā veritatem in ipſo cō tentā. hic.n.ducit rebeccam ad Jſaac quando euangelica ver ba ducunt aiam ad xp̄m. Nam Jſaac riſus interpꝛetaꝛ. Et xp̄s riſus dicitur angeloꝛuꝫ hoiuꝫ. per Rebeccam vero que interp̄ taꝛ quē multū accepit bene aia denotatur. que ſuper oēs creatu ras interioꝛes altioꝛeꝫ accepit rationis pꝛerogatiuaꝫ. Hec vi delicet Jſaac pedibus ſuis am bulantem per agrum cum ani ma cogitat chꝛiſtum humilia tum ⁊ foꝛma moꝛtali indutum gradientem per hunc munduꝫ in quo quidem ⁊ foueaꝫ vulpes ⁊ volucres celi nidos ⁊ ipſe nō habuit vbi inclinaret caput ſu um. Hoc igitur conſiderās de ſcendit de camello pꝛopꝛie volū tatis ⁊ pedibus humilitat] gra ditur verſus xp̄m. quaꝫ xp̄s co gnoſcens: ſibi per humilitatem confoꝛmem diligit eam maxīe ⁊ introducit in domum ſue gra tie ⁊ poſtmodum ad thalamuꝫ ſue gloꝛie. Jgiꝛ q̄ ſic cupit chꝛi ſto copulari depoſita elatōe imi tetur ei⁹ humilitatē. Unde Au Aug gu. in quodam ſermo. Si xp̄s ꝓ te de celeſti ſede deſcendit. tu pꝛopter ipſuꝫ fuge terrena: ap pete celeſtia. Si dulcis eſt mun dus: dulcioꝛ eſt Chꝛiſtus. Si amarus eſt mundus: omnia ꝓ te ſuſtinuit Chꝛiſtus. Ambula ergo ſecurus quia poſt pugnaꝫ datur victoꝛia. Et poſt moꝛtem vita ⁊ gloꝛia ſempiterna.

Non accipies filio meo vxoꝛem de filiabus gen tium ſed ibis ad cogna tionem meam. Geū. xxiiij. An tiquitus fuit conſuetudo vt qui libet acciperet de cognatiōe ſua vxoꝛē qui foꝛte attendebant ad retinendam dotium pecuniam in ſua cognatione vel foꝛte vt i ter ↄiugales eſſet maioꝛis amo ris cā ↄſanguinitas ⁊ affinitaſ. Spūaliter. xp̄s oꝛdinē hūc ſer uare voluit inter ſe ⁊ humanas animas quas ſibi in ſponſas aſ ſumit. Non.n. vult vxoꝛem ſtir pis aliene ſed ꝓpe. Stirps.n. aliena ab eo multum extranea eſt ſuperbia. hec eſt diabolica co gnatio. Job. xli. Jpſe diabolus rex eſt ſuper filios ſuperbie. Cū tali nāq̄ꝫ cognatione deus parꝫ telā nō ↄtraxit ſed deleuit ipam de celo. p̄s. Deieciſti eos dū ele uarentur. Stirps aūt ꝓpa xp̄i ⁊ cognatio quā ſibi ipſe copula re cupit. eſt humilium ⁊ man ſuetoꝛū generatio. Jſaie. lxvj. Super quē requieſcet ſpūs me us: niſi ſuper humilē ⁊ quietuꝫ ⁊ trementē v̄ba mea que verba pertractās Oꝛige. ait. Si humi lis nō fueris ⁊ q̄et⁹: ñ pōt habi tare in te gr̄a ſancti ſpirit⁹. ⁊ ſi Oꝛi.

nō cū tremore ſuſceperis verba diuina. ſuperbā nāqȝ ⁊ cōtaminatam aīam. refugit ſpūſſanctus.
Fig. Fig. Leui. xxi. Ubi pceptū fuit ne ſūm⁹ ſacerdos i vxorē acciperet viduaȝ ſeu ſubiectaȝ aut meretricem ſed virginē de genere ſuo tātū. Spūalr. p ſacerdoteȝ magnū ſubaudi xp̄ȝ. ps. Tu es ſacerdos iu eternū gen⁹ ei⁹ ſūt Humiles vt dcm̄ eſt. Hos eniȝ exaltat vt dictū eſt ⁊ illis ꝯfert gratiā. Hic. n. abiectā meretricem atqȝ viduam non aſſumit. qꝛ ſuperbā a deo abiectā ⁊ omni viduatam virtute vtiqȝ deſpicit Iſaye. lvij. In ſublime poſuiſti cubile tuū: pepigiſti fedus cuȝ eis: ⁊ humiliata es vſqȝ ad inferos. Hec verba xp̄s aīe ſuperbe improperat. Cubile namqȝ ſuū ponit aīa in ſublime qn̄ coꝛ ſuum erigit ad ſuperbiā pepigit ex hoc fedus cū demōīb⁹ q per ſuperbiaȝ ſibi ſimiles copulant peccatores. ſed humiliabit vſqȝ ad infernū: qꝛ quoꝝ culpa ſimilis eſt talis pena eſſe dȝ. vn̄ ſicut vnus ex prauis angelis d̄ oꝛdie pncipatus d̄ celo cecidit. Sic ⁊ ſuperbus homo cadet cū illo. ps. Uos aūt ſicut vnus de pncipibus cadetis ⁊ loquit̃ de ſuperbis. Igitur ſi nolumus cadere cū dmonib⁹ ſequamur xp̄i humilitatem ⁊ cum chriſto exaltemur in celo. Unde Criſo. i ſuo policrato li. iiij. Quiſqȝ gerē ꝓprie celſitudinis amat humilitatis culmē in moꝛib⁹ diligētiſſime teneat. Nā qui ab humilitatꝭ opib⁹ recedit a dignitatꝭ faſtigio tumoꝛis pōdere cadit.

Statera iuxta ⁊ eq̄ Leu. ix. Uidem⁹ ꝙ in ſtatera q̄ꝫto vnū ex inciſoꝛijs d̄ ſue terrā deprimit tāto ampli⁹ alterū in altuȝ ſubleuat. Et hoc facit ſm pondera maioꝛa ⁊ minoꝛa ⁊ in appoſitis. Idcirco vocat̃ ponderū iuſtitia qꝛ d̄ his diſtincte hȝ iudicare. Nam q̄daȝ iudicarent̃ grauia leuia ⁊ econuerſo: ſi aliter velemus q̄ꝫ ſtatera de ponderib⁹ iudicare. Spiritualiter. q̄ꝫto hō videt̃ i terra depreſſioꝛ tāto verſus celū in conſpectu dei ⁊ ſcōꝝ exaltat̃ ⁊ ecōuerſo. Unde Gre. viij. moꝛaliū Gre Quiſqȝ nūc nō ſe ſponte humiliat nequaq̄ꝫ hunc ſequēs glīa exaltabit. Unde ē qd̄ aliqn̄ fraudat̃ ſtatera quia ex vna pte ponit̃ occulte aliqd ſub vno inciſoꝛioꝝ ⁊ facit videri maioꝛis ponderis eſſe quod ē minoꝛis. Sic. n. faciūt ypocrite fictā humilitatē ⁊ ſanctitatē oñdentes. ꝓuer. xi. Statera doloſa abhominatio ē apud deū. Sed hi tales occultari non poſſunt. diſtincte. n. cognoſcuntur per ſtaterā iuſtiſſime dei iuſtitie. Fig. apo. Fig. vi. dicit Io. qd̄ cū apertū fuiſſet ſigillum tertiū vidit equū nigꝝ ⁊ qui ſedebat ſuper eū: habebat

ſtateraꝫ in manu⁹ ⁊ clamabat vinum oleum ne leſeris. Spūal'r pͥmū ſigillū eſt coꝛ humanuꝫ: ſecundū eſt angeloꝝ mens. ſed tertiū ē noticia dei. Per equuꝫ nigrū ergo ſubaudi imꝑſcrutabilē abyſſū diuini iudicij. qui ſedet ſuper illū eſt diuina ſapiētia ferens ſtaterā equitatis ⁊ iuſtitie quibus vnicuiqꝫ redditur quod ſuū eſt. Superbi ⁊ humiles ſuo cognoſcētur pondere. Jſaias. xl. Librabit in pōdere montes ⁊ colles in ſtatera. Jdeo xp̄s. capilli inqͭ capitis veſtri numerati ſunt oēs nec vnus ex his peribit quin ponderet̄ i ſtatera: ⁊ ſubaudi per capillos humana opera etiaꝫ minutiſſima. vinū igit̄ ⁊ oleū ne leſeris. i. nō te oñdas humilē ⁊ māſuetū cū non ſis: qꝛ velut leſoꝛ ⁊ vaſtatoꝛ fructuū ⁊ virtutū xp̄i grauiꝰ punieris. Nā miſer hic vt videat̄ humilis ſe affligit̄ per fictam ⁊ infructuoſā penitētiā. Et in futuro nequaqꝫ fugiet irā dei. vñ

Ber Ber. in quodā ſermone talibꝰ loquēs ait. Jnueniebat̄ vobis via tollerabilioꝛ ad ifernū: ſed neceſſe erat ad illā deſcenderetꝭ viā. ſ. quā multi incedūt lataꝫ ⁊ ſpacioſā que ducit ad moꝛtē vt ſaltē de gaudio nō ꝺ luctu ad luctū trāſiretis. Et ſubdit. veh ſemel ⁊ veh iteruꝫ pauperibus ſuperbis poꝛtantibus crucē chꝛiſti ⁊ non ſequentibus xp̄m: qꝛ ipſi duplici cōtritione contererentur. ſ. qñ hi propter terrena ſe affligūt. Et quando pꝛo ſecreta ſuperbia ad ſupplicia ptrahūt.

E c Ecce hoſtiū apertū ꝺdi coꝛā te. Apoc. iij. No. qꝫ i atrio magni pͥncipis nō pñt indifferenter volētes intrare: verūtñ poꝛtātibꝰ raubā veſteꝫ familie pͥncipis nō claudit̄: qa tales reputant̄ de domo. Spūaliter. Jn atriū eterni pͥncipis ñ pñt cōiter intrare oēs qꝛ excludunt̄ inde pcōꝛes ⁊ pꝛecipue ſuperbi. p̄s. Nō habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiaꝫ: ſed humilibus nunquam clauditur hoſtium. quia tales poꝛtant raubam chꝛiſti qui exinaniuit ſemetipſum foꝛmaꝫ ſerui accipiens. Figura. Apocali. iij. Dixit angelus domini poſui hoſtium coꝛam te apertum qꝺ nemo claudere poteſt. eo quod modicam habeas virtutem. ſpiritualiter. hoſtium illud eſt eterne vite ingreſſus. modica virtus eſt humilitas que modicuꝫ facit videri ſeruū dei in pñti vita. Sed eo hinc egrediente hoſtium celi patebit ſibi nec a quoquam impediri poterit. Unde Bernardus in quadam epiſtola. Fode inquit in te fundamentum humilitatis ⁊ puenies ad faſtigium charitatis. vis capere celſitudinem dei cape humilitatem chꝛiſti. Fig. Ber

¶ De incarnatione.

Um incaluerit ſol:e-
A c rit nobis ſalus.i.re-
gū.xi. Nota ꝙ phi
vocauerūt ſolē oium
rerū patrē ꝓpter vniuerſalē in
fluentiā quā hʒ ad generabilia
videmus.n.ꝙ ſolis pñtia ē cā
fecōditatis terre econuerſo ab
ſentia eius terram ſterileʒ red
dit.Spūaliter.filius dei ars et
ſapientia patris ꝓpter magnā
influētiā quam ad humanū ge
nus hʒ dī pater omniū quia ⁊
ab ipſo eſſe accepimus: ⁊ ab eo
dem nutrimur.Sicut.n.ei⁹ pñ
tiam per gratiā omnes facit bñ
operari ⁊ proficere:ita eius ab
ſentia noſtris qñqʒ exigentib⁹
demeritis ⁊ pro peccatis:nos fa
cit in bonis actib⁹ deficeꝛ.vnde
terra ſine lumiʒ non germina-
bant quicq̄ʒ:ſed mox facta lu-
ce produxit herbam virentē ēt
i egritudinibus humanis hoc
videmus:ꝙ ſole in aurora na-
ſcente alleuiant̄ egroti qui no-
ctis tempore grauiores fuerūt
Sic ſpūaliter āte lucis eterne
aduentum terra humani gene
ris nihil meritorij potuit ger-
minare.Et ipſe miſer homo to
tus iacebat egrotuſ.Sʒ ſole or
to ex aurora.i.xpo nato ꝺ̇ v̇gie
ſanatus eſt omnis lāguor:⁊ cu
rata ē ois ſterilitas. Figu.Iſa.
Fig. xxxviij.⁊.iiij.Re.xx.vbi legi-
m⁹ ꝙ cū ezechias egrotaret ⁊
mors ſibi ꝑ Iſai.nūciata eſt: ⁊
dño iubēte ↄuertit ſe ad parie
tē ⁊ fleuit.⁊ poſt multas lachry
mas reuerſus ē Iſa.ad ipm et
ait.Audiuit de⁹ lachrymas tu-
as:⁊ ecce ñ morieris.in cui⁹ ſi-
gnū ſol redijt ꝑ.xi. grad⁹ v̇ſus
oriētē.In.x.v̇o gradu ſtetit.de
inde reuerſus ē ad locū ſuuʒ:⁊
ſanat⁹ ē rex.ſpūalit̄. Ezechias
interpretat̄ auxiliuʒ domini.⁊
bene denotat genus humanum
qȯ̇ de ſe nil poteſt:⁊ nil valet au
xilio dñi deſtitutū.Quicqd.n.
hʒ auxilio dei hʒ. Egrotabat.n
languore mortifero ſup lectuʒ
doloris eius lauans ipſum la-
chrymis ꝑ noctē.nec inde ſur-
gere poterat:qꝛ dictum erat ſi-
bi a dño.Morieris tu ⁊ nō vi
ues nec medicuſ apparebat ſa
nās.Tre.i.Plorās plorauit i
nocte ⁊ lachryme ei⁹ in maxil-
lis eius. Non eſt qui cōſoletur
eaʒ ex omnibus caris ei⁹.Lo-
quit̄ ibi ꝺ̇ natura humana pro
pter lapſo quo iacebat in tene-
bris deſolatat:ſʒ vt dicit Augu
ſtinus.Uenit magnus medic⁹
ad magnum qui iacebat egro-
tum.Redit ergo ſol.dei fili⁹ vſ-
qʒ ad.x.gradū. Notandum ad
euidentiā dicendoꝝ ꝙ in domo
Ezechie regis erat horologiuʒ
Achach ſuper quod iā ſol aſcē-
derat per.xiij.gradus. Signū
ergo quod datum fuit pro Eze
chie ſalute fuit ꝙ ſol v̇ētrʒ vſqʒ

ad decimū gradū. Sic omnes
creature que vbo domini fir-
mate ſunt .xiij. diſtinguuntur
gradibus. Sunt enim angelo
rum .ix. ordines. x. gradus eſt
humana natura. xi. ſunt aialia
bruta. i. irrationabilia tam be-
ſtie terre ꝙ̃ aues. xij. ſunt plan
te q̄ vegetatiua aia viuunt. xiij.
Sunt omnia nulla vita viuen-
tia vt ſunt elementa ⁊ alia. Igi
tur poſtq̃ dei filius: dei ſapiētia
ars ⁊ lux diuina oia perfecerat
⁊ erāt valde bona reperit deci-
mū gradum. i. humanā naturā
pctō lapſam ⁊ egrotantē languo
re mortifero. cui ſignū dedit per
Iſa. ſolē iuſtitie de virgīe naſci
turuz. Ecce inqt virgo ꝯcipiet.
⁊c. Compaſſus igit̄ creator ſue
creature deſcendit ſol non per
ſuos radios tantuz. qr nō mi
ſit creatā lucē. ſ. angelos. ſed ꝑ-
ſonaliter deſcendens venit que
rere quod perierat. ⁊ ſanare qđ
egrotauerat ad mortē ſeipſum
prebēs pro medicina languen
An. ti. Unde Anſel. in ſuis medita-
tionibus. Cum inquit eſſes fi-
lius dei: deus verus. deo patri ⁊
ſpiritui ſancto coeternus ⁊ cō-
ſubſtantialis. lucē habitās inac-
ceſſibilē portāſq̃ oia verbo veri
tatis tue: nō deſpexiſti in hoc no
ſtre mortalitatis ergaſtulo alti
tudinē tuā inclinare. vt nr̄am
guſtares ⁊ abſorberes miſeriaz
noſq̃ reparares ad gliaz patrū
fuit charitati tue ad ꝯſumandū
opꝰ nr̄e ſalutis cherubin aut ſe
raphin aut vnū ex angelis dſti
nare. Ipſe enim ad nos venire
dignatꝰ es per mādatū patris ñ
locū mutādo ſed preſentiā tuaz
nobis per carnē exhibendo. de-
ſcendiſti a regali ſolio glie tue i
humilē: ⁊ abiectā in oculis tuiſ
puellā voto virginalis ꝯtinētie
ſigillatā in cuius ſacro vtero ſo
la virtus ſpiritusſācti inenarra
bilis concipi te fecit ⁊ naſci i ve
ra natura hūanitatis. ita vt nec
maieſtatē diuinitatis in te nec i
tegritatē virginitatis in matre
violaret natiuitatis occaſio.

Aruulus natus eſt nob
p Et filius datus eſt nob B
Iſaie. ix. Nā ⁊ ꝓphetas
paruuli eſt q̄dā ſimplicitas ⁊ in
nocētia. Neſcit ledere. neſcit of
fendere. Nā percuſſus atq̃ ver-
beratus curret ad te ſi arriſeris
ſibi: aut pomū vl' florē oñderiſ.
Ille neſcit ꝯputū neſcit aſtutiā.
Sepe. n. ꝑ pomo dat aureū an
nulū ⁊ ꝑ vilibꝰ magna. Spūa-
liter. xp̄s. cū his ꝓpetatibꝰ ve-
nit in hūc mūdū. Nā velut pu-
er neſcit vindictā neſcit odire.
Et ſi aliqñ fuerit leſus: flore cō-
tritionis placat̄ ⁊ ꝑ modica pe
nitētia tribuet theſaurū celi. To
tus eſt humilis totus eſt man-
ſuetus. vt ipſum ducas quo viſ
vt ex eo facias quod libet. Ad h̄
n. a patre miſſus eſt. quaſi pater

uſ: vt ſūma indulgētia nos per ducat ad gliam. Et ſibi nos faciat coheredes. Fig. Geñ. xxviij.
Fig. vbi legimus Joſeph a pr̄e ſuo Jacob miſſū ad fr̄es ſuos reſiccere paſcētes pecora in ſichem: vbi inuenit eū vir errantē ⁊ duxit eum in dothaim. Sp̄ualiṫ. Joſeph q̄ a pr̄e plus amabaṫ ceteris eo q̄ i ſenectute ipſū genuerat: ⁊ cui pr̄ polimitam fecerat tunicā quā Rachel mṙ eius fuerat: denotat xp̄m dei filiū q̄ plus ceteris dei optimis filijs a deo pr̄e diligiṫ. Sum⁹. n. nos ⁊ angeli dei filij adoptiōe: ſ; ipſe dei filius nā ⁊ ipſum pr̄ genuit in ſenectute v; in eternitate: q2 neq; pri⁹ neq; poſteri⁹. Miſit. n. a pr̄e viſitare filios ſuos qui paſcebāt oues in ſichem indutus tunica polimita vel talari: q2 deſcēdit dei filius d̄ celo ꝓgrediens ex vtero virginis: carne integra. ⁊ ab oi labe aliena: quā beata virgo ſola ſpūſſcti v̄tute obūbrata ꝯcepit ⁊ peperit viſitare pctōres qui de mēſa paradiſi fuerāt eiecti. ⁊ facti erant paſtores brutoꝝ. Uenit igiṫ in ſichem primo: qui interpretaṫ defectio: q2 defect⁹ oium bonoꝝ paſſus eſt nimia paupertate ꝑuentus. Anſel. in libro de medi
An. tationib⁹. O amanda ⁊ admiranda dignatio. deus immenſe glorie vermis contēptibilis fieri nō deſpexiſti. paꝝ tibi viſum eſt patrem nobis te eſſe ēt fra ter noſter eſſe dignatus es. Et tu domine vniuerſoꝝ q̄ nullā habes indigētiā inter ipſa natiuitatis initia nō erubuiſti abiectiſſime paupertatis guſtare icōmoda. Tibi. n. cum naſcereris nō erat locus in diuerſorio: neq; cunabula que teneritudinē tuam exciperēt habuiſti. ſed in vili preſepio ſordentis ſtabuli tu qui terrā palmo cōcludis inuolutus pānicalis reclinat⁹ es ⁊ h̄ ipſum a brutis aialib⁹ mater tua mutuo accepit. h̄ Anſelmus. Sed cū eſſet xp̄s in hac ſichem valle deformoſa vagus et profugus pp̄ Herodis rabie; a viro quodā duct⁹ eſt in dothaim: q2 xp̄s puenit ad ꝑfixum a pr̄e terminu; ſui tp̄is duct⁹ ē a virtute charitatis ad anguſtiā paſſiōis ⁊ crucis. Nam dothaim interpretatur anguſtia. Ibi. n. pp̄ nimiā eius charitatē animam ſuā dilectā dedit ꝓ oib⁹ in redēptiōis ꝑciū: multa eſt ergo benignitas hui⁹ fratris nr̄i qui vt nos reficeret gratijs: tāta ꝓ nobis paſſus ē. Aug. in ſolilo. Aug
Ecce dn̄e dilexiſti me plus q̄ te: q2 mori voluiſti ꝓpter me. tā caro precio redemiſti me. de ſupplicio vocaſti me: noie tuo ſignaſti me: ſangnie tuo vt memoriale tuū ſemꝑ eſſet apd̄ me ⁊ nūq; recederes a corde qui ꝓpter me noluiſti recedere a cru

te. Sed no. q sicut homo i pueritia est mitis et mansuetus et facile placatur iratus: sic factus vir furibūdus et durus est et ad vindictam pronus. Sic igitur puta o peccator est in xpo. Nam sicut in presenti vita cito reconciliat offensus sic i futuro i placabilis apparebit. Percutiet enim hostes proprios insanabili plaga ad cuius remedium penitentia frustra fiet. vnde Gre. li. ix. mora. Quisquis ad tolleranda inferni mala descenderit nequaq̄ vlterius ad lucem redibit: q2 nequaq̄ misericordia parcentis liberat quos semel i locis penalibus iustitia iudicātis damnat.

Gre

Dolescens tibi dico surge. Luc. vij. nullus vnq̄ repertus est medicus qui egrū statim sine ꝯualescentie iteruallo sanauerit nisi xps vel sancti aliqui v̄tute dei. Ideo apparet q miraculose fecerūt et supra naturā. Sic igitur iste summus medicus saluauit genus humanū medicoꝝ. i. ꝓphetarū et patriarcarū omniumq̄ subsidio destitutū et morte prostratū. Fig. iiij. Reg. iiij. Mulier sunamitis de viro suo cōcepit et peperit ꝓcibus Elisei. quo facto temporis aliquo internallo breui egrotauit puer et mortuus ē. Et mater vadēs ad Heliseū postulabat lachrymis filij vitā. Qui misit giezi famulū suum cū ꝓpo baculo tangē pueꝝ sed nō est resuscitatus: demū ꝑseuerāte in lachrymis matre venit Heliseus et intrauit in domū vidue et incubuit super puerū et calefacta ē caro pueri et reuixit. Et sic sanuz reddidit matri sue. Spiritualiter. Helyse' interpretatur aduocatus. et bene denotat xp̄m. Aug. in solilo. Dn̄e per filiū tuū dilectū i quo tibi bn̄ ꝯplacuit ꝯsubstātialē. et coeternū tibi xp̄m viuētē dn̄m nr̄z iesū hēm' aduocatū apd pa trē in salutē et ꝯsolationē nr̄az. Igitur cōcepit mulier ꝓcib' helysei quando conditum est genus humanū virtute sapientie dei q2 filius dr̄ dei patris sapiētia et ars diuina omnia ꝑ ipsuz facta sunt. Joā. pmo. Sed cito puer moritur: q2 cito genus humanū cōditum corruit in culpe mortē diabolica fraude deceptū nec subuenerūt medicoꝝ remedia q2 nec iust' Noe nec fidelis Abraā. nec sctūs Isaac nec simplex Jacob potuerūt ad vitā ꝓdesse mlier plōauit. s. hūana nā Tre. i. mlti gemit' mi et cor meū merēs. mittit igit helyse' famulū suū cū baculo dās sibi doctrinā suā. qn̄ de' misit Moysē cuz virga dās sibi monita legis. Sz nec his tactus puer surgit. Clamat mater lachrymis: Ueni ad liberandum nos dn̄e deus virtu

Aug

Fig.

L a

tuũ. oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Sed itrauit Helyſeus in domũ vidue. q2 xp̄s deſcẽdẽſ aſſumpſit carnẽ humanã incubuit ſuper pueruʒ tangens mẽbra pueri mẽbris ꝓprijs q2 qḋ per mẽbra ꝓpria cõmiſerat homo ſingulis ſuis mẽbris pſoluit deus Anſel. in meditationibus. Ego gule parui tu inedia afficeris. me ad illicita rapuit concupiſcentia arboris. te perfecta charitas ducit ad cruceʒ. Tu laboras patibulo. Ego fruor delicijs. tu laniaris clauis: ego pomi dulcedie. Tu felis guſtas amaritudinẽ. mihi ridens ꝯgaudet. Eua tibi plorãs cõpatiť maria. Ecce o rex glie ecce mea ĩpietas ⁊ tua claret pietaſ.

An.

Egre ꝓfect⁹ ẽ mat. xxv

D p Solẽt mercatores libẽtes merces ſuaſ ferre gẽtibus illis egentib⁹ vt carius illas vendant. Nã famelici ⁊ eſuriẽtes darẽt oĩa precioſa pro cibo. vnde Caſſio. li. iij. eplarũʒ. Suo arbitrio ꝑciũʒ poſcit q victualia põt ferř ieiunis. Spũaliter. ſciẽs dei filius mundũ eſurire gr̃a ⁊ miſericordia compaſſione preuentus has merces ſecũ ferens deſcendit in mũduʒ. Sed cũ nõ inuenirei emptores ſufficiẽter poſſe ꝑciũʒ exſoluere eo qḋ oẽs originalis culpa expoliauerat gratijſ cepit merces ſuas oĩbus cõdonare. oẽs ſitientes cere ſine ꝑcio. Iſa. lv. Omnes ſitientes venite ad aquas. ⁊ qui nõ habetis argẽtũ: venite ⁊ emite vobis abſq3 vlla cõmutatiõe vinũ ⁊ lac. ſed mira res ſic liber ⁊ curialis q3 malũ econtra recepit. Figu. Luc. xv. vbi legimus ꝙ filius adoleſcẽs accepta portione a patre ꝓfectus eſt in regionẽ longinquã. vbi cũ pctõribus ⁊ meretricibus bonis ſuis cõſumptis egeſtate afflictus eſt ⁊ vni ciuium regionis illi⁹ adherens tradit⁹ eſt porcoꝝ cuſtodie ⁊ cupiebat ſaturari de ſiliqs quas porci comedebãt ⁊ nemo illi dabat. Conſumptis igiť ſic oĩbus demũ dixit. Quanti mercẽnarij in domo patris mei habundant panibus. ego autẽ hic fame pereo va. igiť ad. p. m. ⁊c. Sed anq3 ſpũalr exponať obſecro te lector. vt nõ conturberis ꝑma facie inueniẽs. h̄ expoſitũ de xp̄o. Añ. n. q3 iudices inueſtiga. Iteꝝ aiaduerte lector nõ eẽ icõueniẽs parabolã hmõi ḋ ĩpo xp̄o exponi. q2 ſicut eſt ꝓphta de futuro ſic põt eſſe de preterito vt p3 in apoc. in multis locis. Et ſic p3 figuratũ: figurã precedere. ſpũaliter. per iſtum adoleſcentem dei filius intelligitur. Nam ſm ethimologiaʒ dicitur ab a ꝙ eſt ſine ⁊ dolo quia ſine dolo. Et hec proprietas xp̄i ſm naturam ꝑme Petri. ſecũdo. Peccatuʒ non fecit nec inuẽ

Caſ.

Fig.

eis eſt dolus in ore eius. Sciēſ igit̄ naturā humanā lapſam ⁊ per cōſequēs omni celeſti grā deſtituta ⁊ fame bonoꝝ ſup cele ſti ſubſtātia. ſ. miſericordia pie tate. clemētia ⁊ ceteris diuinis gratijs que naſcēdo a prē acce pit deſcendit. Et nō. portionem ſuam a patris portione tam in ſubſtantia q̄ʒ in donis penit⁹ eē indiſtinctam. Suppoſita. n. di uina diſtincta ſunt cū ſuis na tionib⁹. alia vero penitus ſūt ea dē. venit igit̄ cū hmōi pecunia. i. celeſti grā ⁊ ꝓfectus eſt in re giones longinquā. qꝛ nulla ma ioꝛ diſtātia celi a terra d̄i ad ho mines iuſti ad peccatores eter ni ad moꝛtales. Sʒ hac noſtra regione omnes inuenit paupe res oēs egentes. oēs ſine meri tis ſine iuſtitia ſine operib⁹ bo nis: nō erat qui poſſit emē mer ces diuinas. oēs declinauerāt ſimul inutiles facti erāt petūm oēs ſpoliauerat. Sed hoc aſpi ciens liberalis donatoſ noluit inde recedere. noluit cum ſuis mercibus redire cōplacuit ſibi in humana natura. ⁊ ait. hec eſt reges mea in ſeculū ſeculi. hic habitabo qm̄ elegi eā. Hanc be

Aug nignitatē miratur Aug. ſtupo re magno di. i ſolilo. Lux anti quiſſima que lucebas ante oēʒ creaturā cui nuda ⁊ aperta ſunt oia anteq̄ʒ fiant. Lux que odio habes oēm maculā cū ſis mūda ⁊ immaculata dixiſti. Et delicie mee eſſe cū filijs hominū. q̄ cō uētio lucis ad tenebras? Nōne hō putredo. ⁊ filius hois vmis Nōne vniuerſa vanitas omniſ hō viuens. Ubi ſūt cū hoie deli tie tue? vbi ꝑparaſti dignū ſan ctuariū maieſtati tue. Ad quod introiens habeas delicias dele ctationis tue. In hoie autē vbi templū tā mūdū vt te ſuſcipiat? de maſſa. n. corrupta ⁊ immun da veniētes maculā immūditie noſtre quā celare tibi nō poſſu mus qui noſti oia fronte poꝛta mus. hec Augu. vidēs igit̄ iſte mercatoꝛ nō inuenire merciuʒ ſuaꝝ emptorē ſufficientē cepit eas largiri donare cōſumare ac diſtribuere meretricib⁹. pecca toꝛib⁹. latronib⁹. ⁊ publicanis ſine vllo ꝑcio. O incredibilis ⁊ ienarrabilis ꝓdigalitaſ. Ecce q̄ bus elargitus eſt. Magdalene lachꝛymanti deprehenſe lapidā de. Paulo perſequēti. Petro negāti. Zacheo credēti. In Tho lomeo ſedenti. Latroni de cru ce eleuāti. Et quis eſt cui nega uerit ſuā miſericoꝛdiā? Quiſ ex cluſus ab ipſius pietate? Certe oibus omnia quaſi ꝓdigus lar giendo cōſumpſit. Nō tm̄ ex ꝑ te ſua cum ſine mēſura accepit ſpūm ſeptifoꝛmē. Sed recipiē tiū ⁊ volētiū quib⁹ nunq̄ʒ nega uit. Sʒ ſequitur quia facta ē fa mes in regione illa ⁊ cepit egē

Jlle.n.qui oia ſic abundanter donauit nullú inenit eſuriétes q ſibi donaret qo miſert⁹ eſt pe ne ipſius? quis eſt largitus ſibi pietatem ꝛ compaſſionem: pro tot receptis donis? Dicebat.n. hic eſt peccatoꝛ ꝛ voꝛatoꝛ vini ꝛ publicanoꝛum amicus. ꝛ adhc ſit vni populo ſcilicet Jericho cuiuſ erant multi poꝛci.ibi eniꝫ erant pontifices ꝛ phariſei luto voluptatum occupati qui ſilli‑quis tantum vtebátur ideſt coꝛ ticibus leguminum ſm quoſdá per quas ſubaudi corticem ſa‑cre ſcripture ideſt ſenſum litte‑ralem: ꝛ nihilominus cupiebát ſilliquis ſaturari qꝛ cupiebant vt ſaltem ſenſum littere nó per uerterent. vnde dicebat Jo. nó ne ſcriptum eſt in lege vrã. ego dixi dij eſtis ꝛc. Et nemo illi dabat. Sed conſumptis omni‑bus pro qnibus a patre miſſuſ fuerat ait. Tempus eſt vt vadá ad eum qui miſit me. Quot in‑quit mercenarij.ꝛc. Mo. ꝙ an‑geli pro mercede beata deo ſer‑uiunt. ꝛ viſio illa diuina panis eſt angeloꝝ. vadá ingt ad pře m meú.ꝛc. Mo. ꝙ p illő qő ſeqtur peccaui in celú.ꝛc. neqꝫ ad diui nitaté neqꝫ ad humanitaté poſ ſe referri xpi. Sed qꝛ xpſ fact⁹ eſt apő deú aduocat⁹ hoís ꝓ ho mie loquiť pří ac ſi dicat pꝛ hő qué adoptaueras i filiú ꝛ fřem feceras angeloꝝ pecauit in celú ꝛ coꝛá te. Et qꝫtú eſt ex ſe nó eſt dignuſ fili⁹ tu⁹. Sed ecce pꝛ mi pcuſi ei⁹ ſufficiéter extinxi ꝛ ꝓ eo in pcíú ꝓpꝛiú ſanguiné dedi non aút vituloꝝ vel yrcoꝛú. Fac ergo ſibi ſicut mercenarijs tuis i.angelicis ſpiritibus. Sic igiť lectoꝛ expone peccaui in ꝛc. ſe‑quitur. Cum adhuc longe eſſet vidit eú pater illius ꝛ mia mo‑tus.ꝛc. vidit.n. celeſtis pꝛ oclo ſue pdeſtinationis humanú ge n⁹ qñ lóge diſtabat adhuc a ſa‑lute. Sed cú per verbú incarna tú iá illud videret redéptú. ꝛ in charitate p cúcta ſibi appꝛoxi‑matú aperuit viſcera ſue miſeri coꝛdie ſup ipm ꝛ ait ad ſeruos ſuos. Cito ꝓferte ſtolá pmá im mo certe melioꝛé. ná pmo erat innocétia. ſcőa gratia. vñ Aug. in quodá ſer. ꝯſecrationis. Ec‑ce xpſ ingt plus reſtituit i gřa ꝙꝫ perierit in ná. qꝛ Ade tráſgre ſoꝛis de generé ꝓlé in adoptio‑né diuine puritatis aſſúpſit ꝛ d paradiſo exheredatos celi red‑didit coheredes. ſeqtur. Et ad‑ducite vitulú ſaginatú.i. veꝝ ſa‑cre ſcripture ſenſú lumine ſpűſ ſancti fidelib⁹ datú. hec eſt.n. ſa gina q̃ fidelis ppľus veſciť i mé ſa fidei. Jd ergo qő ſequiť.ſ. ꝙ fili⁹ me⁹ pus moꝛtu⁹ erat. Et re uixit pmo de xpo nó imerito ex pőiť q a iudeis occiſus itia die reſurrexit a moꝛtuis. Ná ſcőaꝫ opioné phariſeoꝝ perierat ecce

fuctus eſt viu' a maria magda lena. ⁊ ab aplis cū qbus poſtea viſus eſt multiplr' couerſari vt plane pʒ in euāgelio. Qđ vo ſe qtur de alterius fratris idigna tione expone,p admiratione vt intelligas per frēm illū angelo rū collegiū qđ vidēs hoieʒ tam ſublimiter honorari admirat' dicat dño id qđ in. ps. viij. dñe dñs nr̄ q̃ʒ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Quid eſt hō dño q ſic memor ſis ei'. Ec ce pmo qꝛ paulominus minui ſti eū ab angelis. ⁊ poſtq̃ʒ per pec catū cecidit aſſumptū ⁊ redem ptū cōſtituiſti eū ſup opera ma nuū tuaꝝ. Et ſup nos qm̄ nūq̃ʒ mandatū pterim': ⁊ tñ nūq̃ʒ an gelū aſſumpſiſti. At quē pꝛ fili tu mecū ſemp es ⁊ oia mea tua ſunt. Et ſemper videbis faciem meā. fr tu'. ſ. humanū genuſ pe rierat ⁊ repertū eſt reparati ſūt celeſtes ciues ⁊ decor celi refor mat' eſt. vob āt ñ ɔgruebat me della cū nulla vob adeſſet īfir mitaſ. Et fact' ē i pace vult' ei'. ⁊ ex āgelis ⁊ hoib' fact' eſt vn' grex ⁊ vnū ouile vni ⁊ trino pa ſtori ſubiectū q ouib' ſuis taleʒ pparauit paſcuā quā nec ocul' vidit nec auris audiuit ⁊ in cor hois nō aſcēdit. Patet igit ma gnanimitas iſtius ,pdigi fratr] adoleſcētis q tā bōa ⁊ cara egē tibus donauit ita enormia ⁊ ar dua recipiēs. vñ Aug. in ſmōe ad heremitas de filio ,pdigo. ve niēs igt xp̄s de alia regiōe attē de qd in tua mortis regione in uenit certe ñ h abūdauit mādu cauit tecū q in celario erat: ſed ipſe te ad magnā mēſā iuitat an geloꝝ vbi panis ē ipſe. h aug.

Aug

f Ontes amari dulcorati ſūt. Judith. v. Dicit q bonū vas ɔſeruat bonū vinū: imo ēt vino bonū tribuit ſaporē: verū eſt q ad hoc q vas ſit bonū ponit ibi aliqđ aroma ticū: ⁊ tūc vas ad ſe trahens ſa porē ſp retinet ipſū: ⁊ vino tri buit. ſpūalr. añ aductū xp̄i nul lū erat vas ɔtinēs liquores gr̄e qꝛ oia erant corrupta ⁊ feda fe tore origialis imūditie. ps. lxxi Fact' ſum tanq̃ʒ vas pditū. Jō hūana natura ſic corrupta dul corē gr̄e nō valēs retinere pſe uerabat gemēs. Sed tūc xp̄s a p̄re miſſus ē velut optimū vas odoramētis plenuʒ eccli. xliii. Vaſ admirabile op' excelſi. i. ip ſo igit vaſe poſita ē aqua noſtre amaritudinis. vel poti' ipm vas poſitū eſt in aquis noſtre pena litatis: ⁊ ois noſtra amaritudo verſa eſt in dulcoreʒ Figu. iiij. Reg. ij. vbi legim' q dixerunt gētes yerico ad heliſeum. Ecce terra optima ē ſʒ aq̄ amare ſūt. Et tc̄ Heliſeus habito vaſe no uo ⁊ poſito in eo vaſe ſale acceſ ſit ad aquas amaras ⁊ depo nens vas iſtud in aquam ait. E Fig

Ecce ſanaui vobis hodie aq̄s
⁊ nō erit amplius mors neq̃ ſte
rilitas: ⁊ ſic factū eſt. ſpūaliter.
hierico qui interpretatur luna vi
tam pn̄tem denotat: que velut
luna multis ſubiacet mutatiōi
bus. Hec. n. ante aduentū xp̄i
tanta premebatur amaritudie, p
pter originale peccatū q ſteri-
litatis plaga ⁊ mortis ſpūalis
a culpa premebatur. neq̃. n. q̄c-
quā operari poterant p qd̄ poſ
ſent euadere tartareas poteſta
tes. Igitur clamantes ad dn̄m
pro huius amaritudinis dul-
coratione venit verus Helyſeus
.i. xp̄s: ⁊ accepto vaſe virgineo
ex terra. ſola ſancti ſpūs opera
tione poſitū eſt in iſtud ſal eiuſ
diuinitatis. Et ſic vas iſtud po-
ſitum eſt inter amaritudines ⁊
penalitates humanas per paſ-
ſionē ⁊ mortē eius ⁊ ſanate ſūt
aque ⁊ nō eſt ſterilitas. ſi q̄s ve
lit bene opari nec mors eſt am
plius: imo tanta eſt dulcedinis
magnitudo volētibus bene fa-
cere pparata qd̄ nō pōt p homi
Ber nem apprehendi. vn̄ Bern. in
quadā epiſtola. Nemo hoīum
inquit nouit nec noſcere pōt ad
plenū: quid boni ad grām: qd
cōgruentie ad ſapientiā: qd de
coris ad gloriā: quid cōmodi
ad ſalutē: penes ſeipſum conti
neat huius venerādi myſterij:
.ſ. humane redemptionis alti-
tudo inſcrutabilis.

¶ De inferno.

Marum, p dulciſſim o
a Tob. vi. ſm medicos re A
pletio nimis contingit
ex dulcibus q̄ ex alijs cibis eo
q ſtomachus nimis delectatur
in illis. Ideo amaritudo q̄ dul
cibus ↄ̄riatur hȝ repletionē cura
re. Nam tm̄ ſtomachus amari
tudinē abhorret: q quicquid il
lā tangit ſtomachus reicit. ſpi-
ritualiter. cor humanū multū
in dulcedine dlectabiliū ſibi cō
placet. Jdō ſepe his intantū re-
pletur: q meatus bonor ſpūaliū
opilantur. Et totus hō diſponi
tur ad hydropiſim ſuperbie.
Summa aūt medicina tunc ē
vt amaritudinem inferni p ↄſi
deratione ſumamus: ⁊ tūc q̄c-
quid ſuperflui cor receperat re
pellet. Figura. Tob. vi. vbi legi
mus q cum Tobias puer in- Fig.
traſſet flumen tygris vt ſe laua
ret piſcis imenſus inuaſit eū. et
dum nimiū timuiſſet ⁊ clamaſ
ſet angelus ipſum ↄfortauit di
cens trahe ipſum ad te ⁊ exēte
ra ipſum: ⁊ tolle fel ipſius ⁊ ie-
cur eius ⁊ repone illa. habent
.n. fugare demonē ⁊ illuminare
oculos: qd̄ ⁊ fecit: ⁊ ſic factū ē
per effectum: q2 ⁊ fugauit dmo
nem ⁊ lumen patri reſtituit vt
ibidem. p3 ſpūaliter. Tobias q
iterpretatur bonitas dn̄i ſigni-
ficat xp̄i fidelē qui angelo dn̄i
ſociatus patris exequitur māda-

rum. Intrat igit in flumine tygris q interpretat velocitas: q: aliqs cor suū ponit in ꝯsideratiōe ꝛ affectione fugacis vite pñtis. Ex qua statim piscis .i. pctm̄ exiens: ipsū inuasit ad interficiēdū p voluntatis ꝯsensū. Et tūc sūmū est remediū arripe amaritudinē inferni ꝛ iecori. s. delectatōni peti cōparare ꝛ videre ꝛ mēsurare quātū est qđ in pctō delectat: ꝛ qd ꝛ quātum restat in futuro seculo p peccatī delectatiōe portādū. Et sic videbit plane esse modicū qđ delectat ꝛ eternuz qđ cruciat. Et tūc q in dulcedine dānabiliter suadebat purgabit timore tal' amaritudinis. Ūn Aug. i quodam s̄mone. In pñti qdē vita delectatiōes tpales dulces sūt ꝛ tribulatiōes amare. sed quis nō bibat tribulatiōis poculum metuēs ignē infernalē: aut delectatiōes seculi nō ꝯtēnat? hēt .n. illuminare mētis oculos. s. intellectū ꝛ affectū quos seculi huius caligo excecat. Expellit ēt diabolū eo qđ ppeꝛ ad remediū pnie. hoc aiaduertens Ezechias. Isa. xxxviij. d. In dimidio dieꝝ meoꝝ vadā ad portas inferi. s. p ꝯsideratiōnē q̄siui residuū dieꝝ meoꝝ. In his de cōmissis penitentiam agam. Et i eodem corripies me ꝛ viuifica bis me. Ecce i pace amaritudo mea amarissima.

Aug.

Est es i oi loco iuxta regionem. Geñ. xix. Homo cōmorās in cōfinib' inimicoꝝ suoꝝ nō est in tuto de vita: ꝛ pcipue cum nō possit resistere. Aliqñ. n. in man' inimicorum suoꝝ vel hostiū cadēs peribit. Iō debet cōcitus inde ꝯfugere ꝛ se in loco tutiori saluare. Spūaliter. vite pñtis affectio ē terra inimicoꝝ ibi tres insidiātes inimicos habemus. s. mundū: carnez: ꝛ diabolū. Ber. in medita. Mundus adulatur caro delectaꝛ: diabolus insidiatur: anima excecaꝛ: ꝛ totus hō turbaꝛ. Nos do debiles sumus nesciētes resistere. vñ Ber. ser. viij. Triplex inquit est miseria humano generi si diligēter aduertimus. Nam faciles sumus ad seducendū: ꝛ debiles ad operandū: ꝛ fragiles ad resistēdū. Si discernere volum' inter bonum ꝛ malum decipimur. Si tentam' facere bonū decipim'. si conamur resistere malo reiicimur ꝛ superamur. hec Ber. ergo nō est standū in hac regiōe. sed fugiendū est ad locū tutiorem. Figura. Mat. ij. Joseph sciens herodē laborare vt xp̄m puerū interficeret monitu angeli accepit puerum ꝛ matrem eius mariam: ꝛ fugit in egyptum: ꝛ erat ibi vsq ad obitum Herodis. Postmodū ad terrā reuocat' ē israel mortuis. s.

n H Ber. Ber. Fig.

querẽtibus aiaꝫ pueri.ſpũalr. ſubaudi ꝑ Joſeph viꝛ iuſtũ. nã viro iuſto oꝫ eẽ xp̃m pueꝛ cum diligẽtia in ſui memoꝛia guber nare: ne a diabolo pctũ mediã te ꝑdaẽ. Jõ Herodes iterp̃taẽ gloꝛiãs i pellib⁹ per quẽ diabo lus notaẽ: q oẽm capit gliã cũ valet pelleꝫ ſubꝛipere hoium.i. aiam. Cũ ergo ſentim⁹ hũc he rodẽ exardeſcere ꝯ pueꝛ nr̃m .i. ꝯ puritatẽ nr̃am ⁊ gliaꝫ quã ex xp̃o in aia nr̃a nutrito perci pimus nos hĩc ſtatim accepta Maria matre pueri ⁊ pueruꝫ deſcendere in egyptũ debemuſ. Nõ ſic exponec: qꝛ pꝛimo ꝯſide rem⁹ pueꝛ factũ ꝑ nobis. Dein de paſſũ ⁊ moꝛtuũ. Deinde ac cipiamus mariã matrẽ.ſ. ama ritudinẽ doloꝛis de pctõ. Et cũ hac deſcendam⁹ ad meditãduꝫ eternã gehẽnã. Et qualr in ex tremi iudicij examine repꝛobo rũ colegiũ repꝛobeẽ a xp̃o ⁊ tra deẽ diabolo. hec ſunt nouiſſima q̃ ſi cogitabis fugabis Herodẽ ⁊ reuocaberis ad terrã iſrael.i. ad videndũ dñm in patriamr.

Ber Ber. in quodã ſermõe. Jn oi bus opib⁹ tuis memoꝛare no uiſſima hoꝛroꝛẽ iudicis tremẽ di valde diſcerne. ardentis ge hẽne metum ab oculis coꝛdis tui elongari nullaten⁹ patiaris Cogita ꝑegrinatiõis tue miſe riam. Recogita ãnos tuos cuꝫ amaritudine aie tue. Et cogita vite humãe ꝑicula. Cogita fra gilitatẽ ꝓpꝛiã. Et in hi⁹ cogita tione ſi ꝑſeueraueris dico tibi paꝛ ſenties quicqd foꝛis videẽ eſſe moleſtum.

De iudicio vltimo.

A Deo ⁊ vos eſtote para ti. mat. xxiiij. Exiſtẽs i carcere ⁊ dira ſeruitute opꝛeſſus cũ captiuis ſuis fugi entibus nõ oꝫ doꝛmire ne inuẽ tus a p̃ncipe ſeu tyrãno penã fu giẽtiũ patiaẽ. ſpũalr. qſqꝫ vr̃m eſt in carcere dũ in via p̃nti coꝛ poꝛali coꝛpe circũdaẽ. Et rõ ẽ. qꝛ q nõ põt agere qꝺ ſibi ꝓpꝛiũ ẽ captiu⁹ eſt merito cenſenduſ. Noſtrũ.n. ꝓpꝛiũ eſt intelligeẽ. ſed hoc exercere nõ poſſum⁹ in hac carne manẽtes. Vñ fruſtra mur ꝓpo appetitu q eſt circa co gnitionẽ dei. Ergo ſum⁹ capti ui: dũ igiẽ videmus oẽs fugeẽ. ⁊ qꝺ ab hoc mũdo oꝫ recedere nõ debemus pigritijs nr̃is doꝛ mitare ne nos in receſſu infer nalis tyrãnus rapiat impeditos ⁊ nos ꝑcutiat inſanabili plaga atqꝫ ⁊ nos vinculet cõpedibus grauioꝛibus. Figu. Exod. xix. Dixit Moyſes ad populum. Eſtote parati in diẽ tertiũ. ⁊ in die tertia ceperunt audire toni trua ⁊ micare fulgura ⁊ nubes denſiſſimas operire montẽ clã goꝛqꝫ buccine vehemẽti⁹ ꝑſtre pebat ⁊ timuit populus q erat in caſtris. Spiritualiter. dics

tres nobis ordinati ſunt. ſcilꝫ introitus ſtatus ⁊ exitus vł natiuitas vita ⁊ mors. Sic igitur nos ordinare debem⁹ vt in die mortis ſim⁹ parati qm̄ illa die tranſacta veniet dn̄ſ vt iudex q prius venerat vt pius pr̄ audientur tonitrua accuſationuꝫ et videbunt fulgurātia pctā ⁊ clāget tuba qua oēs pauebunt: et diram irā dei ſuper pctōrib⁹ ex ardentē timebunt electi q i caſtris predeſtinatiōis exiſtunt. Vide igit̄ quid tūc rei agē poterūt q repti fuerint extra caſtr̄. Et qui ex parte diaboli pmanebūt. Ergo ſimus in die mortis preparatis ne a diabolo capiamur: qꝛ ſi in hora mortis capti fuerim⁹ in peccato in die iudicij relinquemur. Jdō ipſe in die mortis tā ſollicite hoiem moleGre. ſtare ſatagit ⁊ decipere. Greg. lib. vi. mora. Antiqu⁹ hoſtis ad rapiēdas peccatorū aīas in die mortis crudelitatis effrenatur violentia vt quos viuentes blādicijs decipit morientes citius capiat.

N t — U potens es: ⁊ quis reſiſtet tibi extunc ira tua. ps. lxxv. Nulla videtur vindicta ſufficere ruſtico ſeruo illata qui principis ⁊ dn̄i ſui offenſas obſtinatione aggrauat. Nemo enim illi miſereri debꝫ. Spūaliter. Nimis impie agit contra ſeipſum peccator ledēs diuini principis maieſtateꝫ: ⁊ negligens ſe p penitentiā recōciliari cum ipſo. Digne igitur talis eterno ſupplicio eſt tradēdus. Si. n. peccator vellet penitere: ⁊ dn̄s repudiaret pniaꝫ eius qlibꝫ illi cōpati mereretur. Sed cū ipſe dn̄s ad indulgētiā peccatores inuitare non ceſſet. quis poteſt excuſari. Derelinquat impius viaꝫ ſuā: ⁊ vir iniquus cogitatiōes ſuas: ſꝫ ſi nolunt principem videre placabilem ipſul videbūt furore repletum. vn̄ Gre. ſup illud Mat. xxiiij. in nubib⁹ celi ſic ait i maieſtate viſuri ſunt quem in humilitate videre noluerūt. vt tāto diſtrictius virtutē ei⁹ ſentiāt quanto ceruicem cordis ad penitētiā nō inclinant. veniet igitur cuꝫ poteſtate ⁊ maieſtate iudicaturus: qui mitis ⁊ humilis venerat peccatoribus indulgēs peccata. Figu. Apocha. xx. vbi beatus Joānes talem viſioneꝫ fertur vidiſſe. Ecce inquit. Vidi tronum magnū ⁊ candiduꝫ ⁊ ſedentem ſuper eum a cui⁹ cōſpectu fugit celuꝫ ⁊ terra. Et ante ſupradicta verba modicum ca. xix. Dicit nomen deſcribens illi⁹ ⁊ veſtimentū ei⁹ dic. q erat veſtit⁹ veſte aſpera ſanguie ⁊ vocabat̄ nomen ei⁹ verbū dei ⁊ exercituſ q ſunt in celis ſequebāt̄ eū in veſtibus albis veſtiti biſſinū albū mundū ⁊ de ore ipſius

ꝓcedit gladi⁹acut⁹ex vtraq̃ p-te.vt in eo percutiat gẽtes.ſpiritualiter.per tronũ candidũ ſubaudi carnẽ xp̃i puriſſimã virgineo cãdore fulgentẽ a diuino õbo aſſumptã vocaẽ itaq̃ nomẽ ei⁹ verbũ dei.q2 eſt verbũ qõ caro factũ eſt ⁊ habitauit in nobiſ Idcirco iudex ventur⁹eſt.Ioã.v.Dedit ei iudiciũ facere q2 filius hois eſt erat veſtit⁹ veſte aſpſa ſanguine q2 carnẽ propriaz clauis ⁊ lanceis perforatam ⁊ ſuo cruore rubefactam in ipſa die oſtendet.vt proterui iudei i quẽ tranſfixerũt videant.⁊ falſi xp̃iani cognoſcãt quez ex ꝓp̃is culpis neglexerũt. ſic igiẽ dñs paſſionẽ ſuã illis improperabit p̃s.Ergo ſine cã iuſtificaui cor meuz.Et laui inter innocentes man⁹meas.⁊ fui flagellatus tota die ⁊ caſtigatio mea in matutinis.Sequiẽ.a cuius cõſpectu fugit celũ ⁊ terra q2 eius aſpectũ nemo ferre poterit. Nã ⁊ iuſti etiam pauebũt in die furoriſ

Gre. eius Gre.Quid faciet virgula deſerti.vbi ꝯcutiẽ cedr⁹paradiſi. ſi iuſt⁹ vix ſaluabiẽ:iniuſtus vbi apparebit.Ex ore eius gladius ex vtraq̃ parte acutus.p quẽ ſubaudi duplicẽ maledictõnẽ peccatorib⁹allataz.ſ.ſeparationẽ a xp̃o ⁊ inferni iclusionẽ. Et no.q᷑ non erit maior gehenne pena q̃ʒ vt a xp̃o ſepareẽ aia.

Cri. vnõ Criſo.ſuper Math.omel.xxiij.loquens.de ipſius gladij vtraq̃ percuſſione dicit.Intolerabilis res eſt gehenna q̃s neſciat q᷑ ſuppliciũ eſt horribile. tñ ſimile nil eſt tale quale eſt ab illius gloria ⁊ honore repelli ⁊ exoſũ eſſe a xp̃o.⁊ ab illo audire nõ noui vos.Sequiẽ ⁊ exercitus qui ſunt in celis ſequebãtur eũ q2 angeli ⁊ ſancti dei xp̃ʒ ſequunẽ induti veſte glorioſa ⁊ luce.Apoca.vij.beat⁹Ioã.vidit poſt hũc turbã magnã quã dinumerare nemo poterat. ex oibus gẽtibus ⁊ tribubuſ ⁊ pplis ⁊ linguis ſtantẽ ante tronũ qui amicti erant ſtolis albis. ideo

An. Anſelmus in ſuis medita.loq̃ns taz de angelis ſanctis q̃ʒ de omni genere beatorum Sic ait O dei ſapientia bene adornaſti eos in opus ſacri miniſteri tui. Hi ſunt viua ſidera ſuperioris celi lilia interioris paradiſi.roſe plantate ſuper aquas ſiloe q̃ confluunt cũ ſilẽtio ⁊ tibi in radicibus adherẽt immobiliter.

V Oca operarios:⁊ redde illis mercedẽ.ſuã matt. xx.Prudẽs diſpẽſator C ante diẽ rationis ſue debet proſpicere intus librum ſuum.⁊ ſepe computũ reddere ⁊ videre ſi bene introitibus exit⁹correſpõdent.ne ſubito ad reddendã rationem vocatus ⁊ priuatus tẽpore ſatiſfactionis nequeat plenarie reſpondere. Nos ſumus

dei diſpenſatores prime ad cor. iiij. Sic noſ eſtimet homo vt dei miniſtros ⁊ diſpenſatores miniſterioꝝ eius. Debem⁹ igit̃ añ tẽpus rationis noſtre librũ aſpicere conſcientie noſtre: ⁊ ſi pluſ eſt ibi de peccati culpa q̃ʒ de penitentie ſatiſfactione debem⁹ nobis prouidere: vnde poſſim⁹ vocati a deo ſatiſfacere quoniã ab eterno iudice ſubito r̃gremur. Et hora qua nos neſcim⁹ vocabit. Nouiſſimus enim dies ille magnus ⁊ amarius ⁊ incertus eſt quãdo tonabit illud tonitruum terribiles ſuper omnes operatores terre ⁊ diſpenſatores diuini theſauri excludens omne expectationis tẽpus ⁊ nullus poterit ſe abſcondere. Nam ſicut ſolet iudex tuba precõis cõgregare gentes. Judicatur⁹ reũ vel latronẽ ſic: faciet xp̃s veniẽs

Fig. iudicaturus mũdũ. Figu. Apo. x. vbi beatus Joãnes vidit angelum tenentem pedem vnum in mari ⁊ alterum ſuper terraʒ dicentem per viuentem in ſecula ſeculoꝝ ꝙ amplius nõ eſſet tempus. ſed ad vocem ſeptime tube conſumarentur omnia ⁊ infra. ca. xx. Jo. ſubdit. ⁊ mare inquit. Dedit mortuos ſuos ⁊ mors ⁊ iſernus dederũt mortuos ſuos qui in eis erant. Spiritualis expoſitio plana eſt. Nã intonante domino per angelicam tubam vocem illam terribilem. Surgite mortui venite ad iudicium excluſo damnationis tempore: congregabuntur oẽs qui mortui ſunt in ꝓpꝛijs corporibus reſurgẽdo. vñ Criſo. ſuper prima ad cor. xv. vere vox magna tube t̃ribilis cui omnia obediunt elementa: que petras ſcindit: inferos aperit: portas ereas frangit: vincula mortuorum dirumpit. Et de profũdo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis reddit. Hec auteʒ citius conſumabuntur in corpore q̃ʒ ſagitta tranſeat in aere dicente apoſtolo. ad corinthios xi. in momẽto ⁊ in ictu oculi. Cri.

T Eſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. pſ. xcij. gluto bñ facta ſua faceret ſi comedẽs ⁊ bibẽs i taberna tabernarius non notaret quid comedit ⁊ bibit. Sed vulgo dĩ vnũ cogitat gluto: ⁊ aliud tabernarius. cogitat enim gluto bene comedere ⁊ meliuſ bibere. Sed nõ cogitat vnde ſoluat putat. n. tabernariũ ſeducẽ. Ille vero omnia in ligno ſignat ꝙ eſt in duas partes diuiſuʒ. q̃rũ vnam parteʒ apud ſe retinet tabernarius. Alteram vero gluto ⁊ in vtraqʒ taliat̃ ⁊ ſignat̃ vno ictu. Spũalr̃. bene contingeret peccatoribus abutentibus delicijs ⁊ diuitijs huius ſeculi. Si de⁹ faciẽ ſuã auerteret ⁊ non exigeret ab eis rõeʒ ⁊ non ſignaret D

pcã eoꝝ diſcutiēda i die rōis. ſ; ꝟe vnū cogitat pcōꝛ: ⁊ aliō diui na iuſtitia. Cōſiderat pctōꝛ .tūc gaudere cū mūdo dicēs vt i. ps lxxiij. Nō videbit dn̄s neq; in telliget deus Jacob. ſed ipſe de cipit. qa oīa aperta ⁊ nuda ſunt oculis eius. ps. cj. Imperfectū

Fig. meū viderūt oculi tui. ⁊c. Fig. Apoc. xx. vbi Jo. vidit. Et ecce aperti ſunt libꝛi. ⁊ iudicatu; eſt de oībus ſecūdū ea que ſcripta erāt in libꝛis. Sp̄ualr̄. ſubaudi per hos libꝛos tā pctōꝛū ꝓpꝛias ꝯſcientias q; multaſ alias crea turas: peccata in futuro iudicio iudicātes ⁊ peccatores accuſan tes ac ēt ꝯuincentes. quoꝝ teſti monio nō erit poſſibile ꝯtraire

Cri. vnde Criſo. ſup Matth. Accu ſat pctōrē ꝓpꝛia ꝯſcientia quā poſuit creatoꝛ quē offendit cul pa quā cōmiſit diabolus cui ſ ꝟuiuit ſcriptura quam tranſgreſ ſus eſt. creatura qua abuſus eſt xp̄s quo expectatuſ eſt. Tot igiṫ teſtibus quō valebit qs reſiſte re: qd̄ ſi ad excuſandā excuſatio nē in peccatis laboꝛet cōuincet illū dn̄s di. Nōne hec ꝯdita ſūt apud me ⁊ ſignata in teſtamēto meo. tūc obmuteſcet peccatoꝛ. ps. muta. f. l. do.

E P Roicite eū in tenebras exteriores. Mat. xxv. Solet iudex poſtq; con uictus eſt re⁹ de maleficio vel de alio cōmiſſo crimine quo meri to moꝛi debeat. ferre ſup illū coꝛ poralem ſn̄iam qua lata parat⁹ eſt miniſter moꝛtis reū ponere ſuper currū vel beſtiā. imponēſq; ſuper ipſū ſigna criminis ſui ad ei⁹ ꝯfuſionē: vt p; de his qui cōdūt falſa iſtrumēta aut fabꝛi cāt falſam moneta;: qꝛ ſixa illa poꝛtāt ſuper veſtimēta vt omneſ poſſint qd cōmiſerunt intueri ⁊ tali mō duciṫ ad patibulū. Spi ritualiter. iſte modus ſeruabiṫ in extremi iudicij magno die. Et hec oīa beatus Jo. ſiguralr̄ vidit. Nā ꝯuicto pctōꝛe ſufficiē ter per teſtes legittimoſ vt ex ſu perioꝛib⁹ patet: dn̄s ꝓferret vl timā ſn̄iam. di. Diſcedite a me ma. in igne;. e. q p. eſt dy. ⁊ an. ei⁹. Aduerte lectoꝛ q; non di cit q paratus eſt vobis ſed dia bolo. Sed cū tn̄ dicet benedict] percipite regnū q; paratū ē vo bis: qꝛ certe deus moꝛtē non fe cit. ſed peccatoꝛ miſer ſequens diabolū ad illū acceſſit. Juſtis vero per ſuā grām regnū dedit. hoc pꝛo tanto dictū ſit. vt noſca mus deū nemini cām eſſe dam nationis multis tamē eſſe cau ſam ſalutis. ſ. oībus ſaluandis. data igiṫ ſn̄ia ta; ſeua. pſto erit miniſter moꝛtis ad ſuſcipiēdu; reū. hūc miniſtru; vidit beatus Jo. in ſig. Apo. vi. Ecce inquit equ⁹ pallidus. Et q ſedebat ſu p illū nomē illi moꝛs ⁊ infern⁹ ſeqbaṫ eū. Sp̄ualiter. ſubaudi

per hunc militē diabolū cōgre/
gantē exercitū ſuū. ſ. demones
velut aues famelicas ad cada/
uera. Apoc. xix. Oēs aues ſa/
turate ſunt de carnibus eorū de
inde ponet̄ ſuper beſtiā ad ei⁹ cō
fuſionē cū cōditionibus ſupra/
Fig. dictis. Fig. Apoc. xvij. vbi legit̄
ꝙ angelus dixit beato Jo. veni
ꝛ oſtdam tibi dānationē mere/
tricis magne ꝛ vidit inqt Joā.
mulierē ſedentē ſuper beſtiā ha
bentē capita. vij. ꝛ cornua. x. Et
mulier erat veſtita auro ꝛ pre/
cioſis lapidibus ꝛ margaritis.
ꝛc. habens poculū aureū in ma
nu ſua plenuʒ abhominatione.
Et in frōte eius nomē ſcriptuʒ
Babilon magna mater abho/
minationū terre. Spūaliter. ſb
audi per beſtiā ſic mōſtruoſā dſi
gnare culpā que mōſtruoſa eſt.
ꝛ aliena ab oī ſpecie boni. p. vij
capita nota. vij. capitalia vitia
que cōmiſſa ſunt in culpa. hec
n. ſunt mala que portabūt ſecuʒ
rei in ſignaculū punitionis eo/
rū: per mulierē vero ſedentē ſu
per beſtiā indutā ꝑcioſis veſtib⁹
ſubaudi partē illaʒ humane na
ture dānate ꝛ ſuis exigētib⁹ de
meritis demonib⁹ ſociate. quaʒ
dūs ornauerat virtutib⁹ precio
ſis. ſ. vt memoria volūtate intel
ligētia: viſu: auditu. ꝛc. Et igra
ta cor ſuū impleuit fetore ꝛ ma
nus ſuas nequiſſima operatiōe
ꝛ voluntatem ſuam, duriſſima
obſtinatione. cōtemnēs pniām
agere de peccatis: qḋ ſup oia fe/
tidū eſt atqꝫ fedū in cōſpectu dei
Jō hui⁹ fetorē ad ſui ꝯfuſioneʒ
ſecū in eternuʒ portabit cū acu/
leo penitētie ſine fructu. Unde
Augu. de fide ad pe. In futuro. Aug
Et ſi erit ſtimulus penitudis nl
la erit tñ correctio voluntatis a
quibus inculpabit̄ iniqtas ſua
vt nullaten⁹ poſſit diligi aut de
ſiderari iuſtitia per. x. cornua q̄
in beſtia eē audiſti. Nota penaſ
quas eadē culpata natura paſ/
ſura eſt in gehenna quas beatuſ
Gre. exponēs illud Mat. xxv
ꝓicite eū in. t. e. enumerat. In
inferno erit frigus intollerabi/
lis. fetor importabilis. tenebre
palpabiles: flagella cedentiū:
horrenda viſio demonū. cōfuſio
pctōrū. deſperatio oium bonoꝝ.
Erit mors ſine morte defect⁹ ſi/
ne defectu qr mors ſemp icipit
ibi. Et defect⁹ neſcit deficere. Si
ergo bene cōputaſti ſunt. x. ꝯpu
tatis tñ vltimis pro vno qr hoꝝ
eſt vna ſententia que eſt in pe/
nis fine carere. Sic mulier hec
dānatorum caterua ſimul cum
miniſtro mortis ducet̄ in abyſ/
ſū dānationiſ eterne. Apoc. xx.
Infernus ꝛ mors miſſi ſunt in
ſtagnum ignis. Et hec eſt morſ
dupla ſubaudi per infernum ꝛ
mortem demones ꝛ homines i
pios. Ibi enim ſimul coraʒ pn/
cipe ſuo diabolo perſoluent.

de malis operib⁹ qꝺ paſſuri ſūt.
Gre. Gre. in mora. Tūc edax flāma
cōburet quos nūc ꝺlectatio car
nalis polluit. Tūc infinitū patēſ
baratrū inferni ꝺuorat quos iā
vis elationis exaltat atqꝫ q qꝺ
nō licet ex vitio voluntatez hic
callidi perſuaſoriſ expleuerūt.
tūc cū duce ſuo reprobi ad tor
menta proueniunt. hec Gre. Et
ſic patet qualiter meretrix miſe
ra auerſa a ſuo creatore eterna
gehenna confuſa manebit.

A ¶ De iuſtitia.

Virga tua ⁊ baculus tu⁹
V ipſa me conſolata ſunt.
Ps. xxij. No. ꝙ habens
equū vmbroſū nō eſt in tuto. qꝛ
ſi contingat hoſtes inuenire cu
piens eū ad vnā partez ducere
fugit ad aliā ⁊ verſus inimicos
ſi viderit lignū arbitraꝛ illꝺ ſer
pētē. ſi videt aceruū lapidū pu
tat eē leonem. Summū igitur
remedium eſt ſuper latera eiuſ
ſemper virgā tenere erectam ⁊
realiter eū percutere: vt plus ti
meat virgā qꝫ fantaſmata illa.
Spiritualiter. hoies hui⁹ mun
di ſunt ꝓni ad omne peccatum
⁊ pigri ad bonū exercēduz. Si
vident lignum crucis qꝺ debēt
imitari ⁊ iuxta illud trāſire ar
bitranꝛ leonē: iō fugiunt ad op
poſitū ad peccata ⁊ miſerā aīam
ducūt ad ꝑcipitiuz. Ideo ſūma
cū diligentia debet ꝑlatus vel iu
dex virgā iuſtitie punitionis ſu
per delinquentiū latera paratā
habere. ⁊ vbi videt culpā cōmit
ti nō dz pigreſcere in punitōis
remedſū ſi vult ſubditos triūm
phare de vitijs. Sen. de clemē
tia in corripiendo inqt tria lex Se.
ſequuta eſt que quilibet rectus
princeps ſequi debet vt aut euz
quez punit emendet: aut pena
eius de cetero meliores efficiat
aut vt ſublatis maliſ ſecurioreſ
ceteri viuant. Figu. Exod. xvij. Fig.
vbi legim⁹ ꝙ cū amalech agreſ
ſus eſſet filios iſrael. Moyſes
aſcēdit in mōtē tenēs manu vir
gam quā cū eleuatā teneret po
pulus vincebat iſrael ⁊ ſupera
bat Amalech. Cū vero virgam
deponeret ſupabaꝛ ppl's ⁊ ama
lech vincebat: qꝛ tñ man⁹ moy
ſi graues erāt nec poterat illas
erectas ſemper tenere ſuſtenta
baꝛ per Aarō ⁊ vr. Spūaliter.
per Amalech qui interꝑtat gēs
bruta ſubaudi vitia ⁊ peccata ꝑ
que hoies poti⁹ brutales nūcu
panꝛ qꝫ humani. Nā cū homo
ſuperabit cōparaꝛ leoni cū inui
det ſerpenti. cū iraſciꝛ cani ⁊c.
Igiꝛ Amalech inuadit pplm iſ
rael: qñ peccata diuerſa inuadūt
pplm xpi in caſtris. i. in ciuita
tibus vel religionibus vel qui
buſcūqꝫ alijs collegijs vbi ſuna
tur ciuiuz vnitas aut regularis
obſeruantia hec gēs bruta ⁊ lu
brica ſuo morbo ꝯtagioſo plu
rimos ꝑdit niſi ſibi obuiet iuſti

Caſ. tie diſciplina. Unde Caſſio. ſu-
p. pſ. xxviij. ini q̄taſ q̄pp̄ mor-
taliū more putrediſ ſine fine va
garet ſi eā medicinalis icrepa-
tio minime feriret: dʒ igit̄ moy.
i. iudex vel prelat⁹ in mōtē iudi
cialis punitōis aſcēdere: v̄gam
correctionis eleuatā tenendo ⁊
cū culpa exigat delinquētib⁹ nō
dormiat iuſtitie diſciplina. ſic
n. fugabit populū Amalech. i.
mores pecudū ⁊ brutales. Sed
no. q̄ de⁹ Moy. ille q̄ tʒ v̄gā. i.
aſſūpt⁹ de aq̄s q̄ iudex vel p̄lat⁹
dʒ morib⁹ corruptis ⁊ prauib⁹
eſſe penit⁹ remot⁹. Nā ſi in pec-
catis exiſteret pcā nullaten⁹ ab
horreret. Comedēs. n. alea alte
ri⁹ comedētis illa fetorē nō ſen
tit. Sic q̄ i vitio adhuc iacet vi
tiū alteri⁹ iudicare non audet.
Ber. Ber. li. ij. de cōſideratione. Au
di inq̄t cāticū meū vnicū ſed ſa
lutare. mōſtruoſa res eſt grad⁹
ſūmū ⁊ ai̅us iſirm⁹. Res p̄ma:
⁊ ligua yma. ligua magniloq̄: ⁊
man⁹ occioſa: ſermo multus: ⁊
fruct⁹ nullus. vultus grauis: ⁊
act⁹ leuis: caput canū: ⁊ cor va-
nū. facies rugoſa. ⁊ lingua nu-
goſa pigēs auctoritas. ⁊ nutās
Ber. ſtabilitas. Hec Ber. verum eſt
q̄ lʒ iudex ſeu rector bon⁹ ſit ⁊
a peccatorū brutalitate remotus:
graues nihilomin⁹ man⁹ ei⁹ vi-
dent̄ delinquētib⁹. pauci. n. ſūt
q̄b⁹ dulcis man⁹ punietis appa
reat oēs. n. iuſtitiā diligunt ſed
pauci ſunt qui ſubire velint iu-
ſtitie diſciplinā. Greg. in mor.
vbi eſt iſte ſapiens de quo dictū
ē. Corripe ſapiētē ⁊ amabit te.
Quis. n. facile inuenit̄: q̄ velit
reprehendi? Ideo niſi man⁹ ſu-
ſtentetur cor rectoris nō poteſt
plene per ipʒ iuſtitia exerceri:
duo enim ſunt qui debent ſuſtē-
tare man⁹ prelati in vtroq̄ʒ col
legio. Nā man⁹ poteſtatis ſecu-
laris debent protegere nobiles
⁊ populares: man⁹ vero p̄lati in
religione p̄tegere debent magi
ſtri ⁊ bachalarij. quod ſi fiat le-
uiter fugatur Amalech ⁊ ſupe-
rātur vitia ⁊ pctā. Si aūt econ-
uerſo diabolus vincit oēs. Idō
animaduertant ſuſtinētes reos
⁊ illos in ſuis erroribus defēdē-
tes. quoniā hic infamiā ⁊ in fu-
turo incurrent gehennaʒ. vnde
Leo papa ⁊ ponitur in decret. Leo
di. lxxxvj. Facietis p̄culdubio
culpā habet qui qd̄ pōt corrige-
re negligit emēdare ⁊ neglige-
re cū poſſis perturbare p̄uerſos
nil eſt aliud q̄ʒ fouere. Nec ca-
ret ſcrupulo ſocietatis occulte
qui manifeſto facinori deſinit ob
uiare ⁊ p̄mus gradus innocen
tie eſt odiſſe nephāda: ⁊ lare pā
dit delinquentibus aditū q̄ iū
git cū prauitate conſenſuʒ ⁊ nil
prodeſt alicui. nō puniri p̄prio
q̄ puniendus eſt de alieno pcō.

n Oli eſſe ſicut leo in do-
mo tua. Eccliaſtici. iiij.

Leo enim dicitur eſſe fortiſſimus inter omnia animalia ꝛ a nullius pauet in curſu: verũtamen ſeueritate eius interdũ temperamenta parcit proſtratis. Spiritualiter. licet rectorem feritate vti oporteat: illa tamẽ eſt pro loco ꝛ tempore temperanda. Nam ferox contra vitia ꝛ dulcis erga perſonas vt adimpleat illud Auguſt. dictũ in regula. centeſima vigeſimaquarta. ſcilicet corrige cum dilectione hominum ꝛ odio vitio
Señ. rum. vnde Seneca in libro de moribus. Nemo inquit prudens punit quia peccatum cõmiſſum eſt. ſʒ ne peccetur. Res enim optima eſt non ſceleratos extirpare ſed ſcelera. Ideo debet quilibet rector ſuam temperare iuſtitiam ꝛ fragilitatē
Fig. compati ſubditorum. Figura Iudicum decimoquarto. vbi legimus ꝙ Sanſon mel inuenit in ore leonis quo guſto ꝛ comeſto percuſſit philiſteos. Spiritualiter. Sanſon tunc inuenit in ore leonis mel quando ſubditus inuenit in ore prelati paternam correctionem depoſita feritate. Ideo delinquenſ ſi dulcedine ſe percipit admoneri vnde puniri ſe nouerat non immerito debere confortatus ſuperioris dulcedine aggreditur vitia ꝛ peccata ꝛ tanto fortius ea ſuperat quanto ſibi videt liberius agere contra illa ex propria voluntate nulla pena cogente. vnde Gregori. in paſto- Gre
rali capitulo trigeſimooctauo. Nonunquaʒ qui inter flagellorum duriciem remanent incorrecti dulci ſũt admonitiõe mulcendi. Nam pleroſque cruciamenta non corrigunt ab iniqs actibus leuia blandimẽta compeſcunt qꝛ ꝛ egros quos fortis potio curare non valuit ad ſalutem priſtinam tepens aqua reuocauit.

i In omni ore q̄ſi mel dulcorabitur. Eccleſiaſtici. quadrageſimonono. Nota ꝙ in — E
omni medicinali potiõe vt plurimum ponitur mel. Naʒ multe licet herbe ſeu radices vim ſanandi habeãt tanta eſt eorum amaritudo aliquando ꝙ non poſſet ipſas eger accipere: niſi dulcoratas mellis commiſtione. Spiritualiterr. omnis correctio fraternalis licet de ſe bona ſit ad ſanandum animaʒ peccatoris: nihilominuſ nõ poteſt bene recipi ꝛ ſuſtineri ab egroto. ideſt a fragili peccatore niſi miſericordie dulcedine tẽperetur. Pſalm⁹. Miſericordiam ꝛ iudicium cantabo tibi domine. Debet igitur prudẽs prelatus condeſcẽdere ad ſubditos clementer ꝛ ſeueritatem dulcedine dum expedit tempe

Fig. rare. Figura primo regum de-
cimoquarto. vbi legim⁹ q Jo
natas obtenta victoria contra
philiſteos inuenit mel ⁊ ſumi-
tatem virge quam manu ten-
debat intinxit in illud. Spiri-
tualiter. Jonatas interpretatᷣ
columba ⁊ denotat rectorē qui
debet eſſe erga ſubditorū ſuorū
cuſtodiā ſtudioſe ſolicitus ⁊ ꝓ
ipſorum ſalute dominum inter
pellare continue. Jſa. xxxviij.
Clamabo ⁊ meditabor vt colū-
ba. Igitᷣ iſte debet ſumitatez vir
ge. ſ. correptionis. ⁊ iuſtitie ſu-
blimitatem mele miſericordie
linire. Tunc. n. fiet medicina ſa
lutis ſi ex miſericordia ⁊ iuſtitia
Gre. vna reſultet potio. Vn̄ Greg. in
moralib⁹. Miſcēda eſt inqt ſe
ueritas lenitati faciendo quo-
dam ex vtraqꝫ temperamen-
tuz. vt non multa aſperitate ſol
uantur. ſubditi. hoc nimirum
illa tabernaculi archa in qua cū
tabulis ſimul virga ⁊ manna
erat ſignificabat: quia cum ſa-
cre ſcripture ſciētia boni recto-
ris ſit pectore ſit etiam in vir-
ga correctionis manna dulce-
dinis.

¶ De ira.

A d E naribus eius pro
cedit fumus olle ſuc
cenſe. Job. xlj. Ol
la feruens ad ignem
habet hanc proprietatem quia
ſi intra illam non niſi vnam fa-
bam eſſet iſtam produceret ad
os. Itē ad os olle veniunt om-
nes feces in illa retentas que
dum non feruebat quieſcebant
ei ⁊ tantum interdum feruet q
cum fetidis ſimul emittit pin-
guedinem. Spiritualiter. per
ollam igne ſuccenſam ſubaudi
perſonam ira preuentam que-
ſi quicqꝫ mali ſit infamie proxi
mi totum ore profert qꝫtuncūqꝫ
minimum illud ⁊ omnes fe-
ces ſcilicet blaſſemie vel iniu-
rie que tempore quietis latebāt
in corde non ſolum ore. ſed mē
bris omnibus ira dominās pā
dit Gregorius libro ſexto mo- Gre
ralium. Ire inquit tue ſtimulis
cor accenſum palpitat. corpus
tremit. lingua ſe impedit. faci-
es igneſcit: exaſperantur oculi.
⁊ nequaqꝫ recognoſcuntur no-
ti. ore quidem clamorem for-
mat: ſed intus quid loquatur
ignorat. In quo itaqꝫ iſte ab a-
repticijs differt qui actiōis ſue
conſcius non eſt. hec Gregori- Gre
us. ſicut ergo olla que ad ignez
pinguia cum fecibus emittit ſic
iracundus ſimul cum veris fal-
ſa promit. Figura. Jeremie p̄ Fig.
mo vbi dictum fuit ipſi prophe
te. Quid tu vides. Jeremias.
Et ipſe ollam ſuccenſam ego vi
deo facie aquilonis. Et in eodē
itē interrogata qd tu vides. Et
ille virgā vigilātem ego video.
Et dn̄s ad illum bene vidiſti.

Spūaliter. ſubaudi per ollam igne accenſam hoīem occupatū qui ver non valet diſcernere carēs lumine veritatis. ps.xli. ſupercecidit ignis & nō viderūt
Cato ſolē. & Cato. Ira impedit aīum ne poſſit cernere verū. facie ita q versus aqlonē eſt ex pte diaboli qui eſt rex aqlonis. Danielis. xi. Eſt. n. diabolus ſemp ira plen⁹: & oīo implacabilis. ſz vide q ſup illū diuina ſententia ſemper vigilat parata cōfringere petōrē: niſi depoſita ira penit⁹ māſueſcat. ps. vii. Niſi conuerſi fueritis gladiū ſuū vibrabit.
B n Ix grādo ſpūs pcellarū pars calicis eorū. ps x. Eſtiuo tpe grandines frequentius aggregātur q̄ hiemali. Rō eſt. q per calorem fit attractio vapo a terra ſurſum vſq ad quādam aeris altitudinē: ad quā ſolis verberatio non attigit & ibi vapores illi nimia ingelati frigiditate: grauiores fiūt & ipetuoſe deſcēdētes virentia ledūt in cāpis. & q̄to ppinquior loc⁹ eſt ide cadūt: tāto effecti grauiores grau⁹ ledunt. Cū. n. de altiori loco deſcēdunt diminutiones fiūt & per ɔñs leuiores & min⁹ ledētes. Spūaliter. p grādinē ira humana notaī pp ſilitudinē vtrobiq reptā. Aggrauatur enim ira qñ vapores. i. verba ɔtumelioſa p calorē ſuperbie: auribus percipiū tur & eſtus elationis ſeu ſupbie vt dixim⁹ illa ad cōſiderandū elatā ſuſpendūt mētē. deueniūt enim vſq ad regionē illā frigidā in aīa ad quā nullatenus ardor charitatis attingit. Ibi. n. coagulanī ex frigiditate mētis & indurant atq aggrauanī. & inde impetuoſe deſcendentes per blaſſemias & infamationes ſecreto reuelationes crudelitates imanes & diras leſiones vaſtant omnia virētia. i. omnes virtutes oīa pacis federa. & fratrū vnitates. Et nota q quāto breuius eſt interuallū inter conceptū & dictū: tanto ampli⁹ ledūt q impetuoſius feriūt. Si enim irat⁹ aīus ad ipſ irā ſuā reſtringeret & nō ſtatim illā emitteret diminutior fieret: & prauaz aut nullā leſionē inferret. Et no. q ad irām poſt nonam ſepius cadūt qñ. ſ. mero & cibo venter amplius eſtuat. qa tūc homo leuiter in furorē aſcendit. Sed notandū q in regione temperata raro deſcendūt grādines: ſic aīa pacifica raro moueī ad irā. Fi. Fig.
Exo. ix. vbi legimus q in egypto cecidit grando maior q̄ vſ q ad ipſ illud viſa fuiſſet: & occidit aīalia egypti. & qcqd i cāpis ſpicatū inuenit: tñ in ira geſen in qua habitabāt filij iſrael nihil mali fecit. Spūalr. p grādinē vt dcm̄ ē notaī ira. p egyptū mētes tenebroſas & caligie

plenas ſubaudi. q̄ ex eaꝝ ſuper bia faciles ſunt ad irā nullā ſu ſtinēt rephēſionē nullā icrepa tionē. ſ3 aggrauātes fraterna d licta trabē faciūt de feſtuca. ⁊ i petu ſue ire extingūt nedū ꝑxi mi bona ſ3 ꝓpa ſi q̄ fecerāt. vñ
Gre Gre. in paſtorali dū ꝑturbatōi ſue minime obſiſtūt. ēt ſi q̄ a ſe trāqlla mēte fuerāt bñ geſta cō fūdūt. Et iprouiſo ipulſu dſtru unt qcqd forſan diu labore ꝓ uido ꝯſtruxerūt. Per terrā ve ro Geſſem q̄ interꝑtaꝑ libanuz ſacrificioꝝ ſubaudi ꝟtutē humi litatis ⁊ patiētie. quā hr̄ditāt fi lij xp̄i. mat. v. Bti pacifici qm̄ filij dei vocabuntur. Jn hos nō ira h3 locū. diſtīcti. n. ſūt a filijs diaboli quos furoꝛ ire vaſtat.
Gre Gre. i. moꝛa. Jn h̄ mēſ iuſta ab iniuſta diſcerniꝑ ꝙ oīpotētiſ dei laudē īter aduerſa ꝯſiteꝑ ꝙ nō cū reb⁹ frangitur ꝙ nō cū caſu exterioꝛis gloꝛie cadit.

E e Ecce ventus turbinis ve nit ab aqlone. Ezechi. i Videm⁹. n. ꝙ edificium altū fundamētū habēſ dbile ad ueniētib⁹ vētis validis nō ſub ſiſtit. Quāto eſt alt⁹ leuatū: tāto foꝛtioꝛ eſt ruina. Jō ꝑmū ꝙ cu rādū eſt in edificio ē ſtabilitas fūdamēti: qꝛ nō ſolū eſt pericl3 de dom⁹ ruina: ſ3 ēt de hitātiū in teritu. Spūaliter. edificiu3 aie ſpūale erigiꝑ verſus celū cū cu mulanꝑ in ipſa virtutes ⁊ meri ta deo grata: qḋ qdē ſi debeat ſu ſtinere ſupponēdū ꝑus eſt fun damentū humilitatis ⁊ patiētie ne per impetū ire velut a valido vēto percuſſū fūdit⁹ eruaꝑ. Fig. Fig.
Job ꝑmo vbi legiꝑ ꝙ in domo ꝑmogeniti ei⁹ veſcebanꝑ ⁊ bibe bāt vinū. vij. filij. ⁊. iij. filie ipiuſ Job ⁊ repēte irruit vētus vehe mēs a regione deſerti ⁊ cōcuſſit q̄ttuoꝛ angulos dom⁹ q̄ coꝛruēſ opꝑſſit liberos ſuos ⁊ moꝛtui ſt Spūalr. per hāc domū ſubaudi aiam humanā xp̄i ſanguine re dēptā. Suſtentaꝑ q̄ttuoꝛ colū nis. i. iiij. cardinalib⁹ ſeu moꝛa lib⁹ ꝟtutib⁹. Jnter epulanꝑ. vij. miſericoꝛdie opera cū trib⁹ par tib⁹ pnie. ſed qꝛ interdū patien tie fundamētū non eſt firmū ir ruente a regione inferno vento impetuoſe ire: cadunt quattuoꝛ anguli pereunt ꝟtutes. ⁊ omnia bōa ꝑoꝛa pariter extinguūtur.
Gre. li. vi. moꝛ. per irā iuſtitia d' Gre relinquiꝑ qꝛ dū perturbata mēſ iudiciū ſine ratione exaſperat. omne quod furoꝛ ſuggerit: re ctū putat. Per irā grā iure ſo cialis amittiꝑ: qꝛ q ſe ex huma na rōne nō temperat neceſſe eſt vt beſtialiter viuat. per irā man ſuetudo amittiꝑ: ꝑ irā cōcoꝛdia rūpiꝑ. per irā lux veritatis amit tiꝑ. qꝛ cū mēti iracūdia ꝯfuſiōis tenebras icutit. hinc de⁹ radios ſue cognitiōis abſcōdit. h̄ Gre. Et ſic p3 quāta mala irruūt per

iram in anima: ſine penitentia.
¶ De inuidia.
Rſus eſuriens princeps
A v impi⁹ puer. xxviij. No.
vrſus cadens de arbore
quā vt caperet poma aſcēderat
irat⁹ omnes quos pōt ramos ar
boris ſatagit vngulis ⁊ dentib⁹
laniare. Spūaliter. per vrſum
ſubaudi inuidū. qui vidēs ſer
uos dei exercere opera ſapida ⁊
odorifera bone fame: nitit̃ illa
extinguere ⁊ vilipendere. Sed
cū non pōt ſaltē ſatagit laudes
cōmēdationeſq; illorum ſuis dtra
Fig. ctionū morſib⁹ laniare. Fig. da
nielis. vij. vbi legit̃ q̄ inter beſti
as que de mari exibāt: vna erat
vrſo ſimilis ⁊ habebat tres ordi
nes dentiū: ⁊ lacerabat multas
carnes. Spūaliter. per hanc be
ſtiā notat̃ inuidia que inter pcā
pncipalia egrediētia ab amari
tudine diaboli dē eſſe ſm pcuti
pceſſit. n. pmo ſuperbia diaboli
vxor ex qua ſtatī orta eſt inui
Aug dia Aug. de v̄bis dñi. Inuidia
ē filia ſupbie ſed iſta mr̃ neſcit
ſine filijs eſſe vbi fuerit cōtinue
parit. ſuffoca matrē ⁊ nō erit fi
lia habet hec beſtia. iij. ordines
dētiū q: triplex genus hoium
nitit̃ lacerare. Aug. in quodā
ſermone. inidia inqt eſt odium
aliene felicitatis reſpectu infe
riorum ne ſibi equent̃. reſpectu ſu
periorum q: eis nō equat̃ reſpectu
pariū q: ſibi equant̃. vn̄ Chayn
inidit Abel pſperitati Rachel
lye fecūditati Saul. Dauid fe
licitati per inuidiam pcurat⁹ ē
lapſus mūdi ⁊ mors chriſti.
N nouiſſimo mordebit
i vt coluber puerb. xxiij. B
Coluber dict⁹, ē a colorū
varietate. eſt. n. ſerpens veneno
ſus valde ⁊ quot hʒ colores tot
hʒ inde dolores. Eſt. n. mordax
multū. latet. n. ſepib⁹ iuxta viaſ
inſidiās viatorib⁹. Spūaliter.
ſubaudi per hūc ſerpentē inidio
ſum hoiem q tot in ſeipſo patit̃
dolores interi⁹: quot pximorū
pcipit felicitates exteri⁹. ſ. vnd
Proſper. li. ij. d vitijs ⁊ virtuti Pro
b⁹. Tātos iqt hʒ pene tortores
quāto ei⁹ cui inuidet audit lau
datores. Mordet enī coluber
oēs quos pōt ſic inuidus morſi
bus detractionū ſuarū bonos la
cerat viros quos valet. Sed tā
ta eſt rabies inuidie ei⁹ vt ſepe
ſup ſeipſū redūdet. Hyero. ad Hie.
quādā dñam detectando inido
rū caliditatē loquit̃. d. O inui
dia pmū mordax tui. O ſatha
ne caliditas ſemper ſācta perſe
quens iſte igit̃ ſerpens pſequit̃
viatores. q: peregrinātib⁹ v̄ſus
celum ſua detractione mordaci
inidus pbet impedimētū. Fig. Fig.
Geñ. xlix. vbi legim⁹ q̄ cū Ja
cob filijs ſuis futura pdicerunt
ait ipſi Dan ſiat Dan ſicut colu
ber in via ceraſtes in ſemitā mor
dēs v̄gulā eq ⁊ cadat equ⁹, ⁊ aſ

ſeſſor ei⁹ ad terrã. Spũaliter. tribũ Dan nõ legim⁹ habuiſſe terras inter filios iſrael per quam bene poſſum⁹ notare inuidũ qui inter ſanctos dei locũ nõ obtinebit. vñ cũ beat⁹ Jo. ſignatas trib⁹ nominaret Apoc. vij. tribum Dan nullatenus noïauit. mordet igiẽ h coluber. ſ. inuidus ⁊ ceraſtes qui eſt ſerpẽs minutiſſimus latẽs in arena vel puluere viatorib⁹ vite pñtis vngulas ſ. operationes quib⁹ gradiũtur ad celũ vt retro cadat tã corpus q̃ ſpũs. Venenũ ergo peſſimuz habet inuidia. Petr⁹ra. in ſer. filij pdigi. Inuidia inquit malũ vetuſtũ pma labes antiquum virus ſeculoꝝ venenũ hec ipm angelũ eicit de celo. hec de paradiſo hoiem pncipẽ nře generationis excluſit Abrahe pgeniẽ pꝑter ſanctitatiſ ⁊ auctoris ſui cedẽ ad mortẽ ſaluatoris armauit inuidia inteſtinus hoſtis nõ corp⁹ quatit nõ elidet ſepta mẽbroꝝ. Sed in ipſam cordis arce ptat arcem. ⁊ anteq̃ viſcera ſentiant ipſam dñaz corporis aiaz predo capit ⁊ adductã includit. Sed no. q dũ ceraſtes ſic latẽs inſidiatur equi vngule interdũ calcaẽ ⁊ cõprimiẽ. equi pede. ſic inuidus ſanctos viros negens ledere ſua torquetur anguſtia.
Señ. vnde Señ. in epl'a. Nunq̃ melius torquebis impios q̃ vtutũ ⁊ glorie. ſeruiendo.

a Rdebit vſq ad inferni nouiſſima. Deut. xxxij. No. q illõ q alia debet ignire prius debet eſſe ignituz i ſeipſo. No. ẽt q quanto magis materia durior eſt tãto ampli⁹ ignita ignẽ pſeruat. ſicut patet in ferro qõ poſtq̃ inceẽſum eſt diutius ignẽ pſeruat q̃ lignuz. Spũaliter. ignis inuidie prius ſuũ ſuccendit poſſeſſorẽ diuina iuſtitia ſuadẽte. vñ Ugo de ſctõ Ugo victore. Inuidia inqt. nil eſt iniſtius que ptinus ſuum auctorẽ cruciat. ⁊ quanto cor vel mẽs inuidi per obſtinationẽ durior eſt tanto diutius ignis huius pſeruatur in illa. Jõ diabolus i duritia totaliter obſtinatus eterne inuidie ignẽ iugiter ſecũ portabit pꝑter qõ auctor cẽſeẽ inuidie. vñ Augu. in li. de doctrina xpiana. Inuidia vitiũ diabolicũ eſt quo ſolus diabolus reus eſt. Non. n. diceẽ diabolo vt dãnetur. Adulteriũ cõmiſiſti. furtũ feciſti. villã alienaz rapuiſti. ſed hoïs ſctitati iuidiſti. Iſte igitur diabolus ſic ignitus ⁊ ſuccẽſus inuidia conaẽ ardere ⁊ ſuccẽdẽ hoiuz nouiſſima No. q illõ nomẽ nouiſſima ſonat vltia. Nã bona i nobis tres ordines ſeu pditões hñt. ſ. principiũ medium ⁊ finem. principium habent in bonis cogitationib⁹. Et tunc incipiunt florere. medium vero eſt voluntatis cõſenſus. ⁊

tunc incipiũt creſcere. finiſ aũt coꝝ ſiue nouiſſimũ eſt opeꝝ ꝯſumatio: q2 hec eſt oium vltimuz ⁊ pfect⁹. Torq̃t igiẛ diabolus igne inuidie i florib⁹ bõaꝝ cogitationũ: ſed iſti flores leuii extinguũtur leui tentationis vento: q2 tenelli ⁊ infirmi adhuc ſũt torquet aũt grauius cũ videt i viro dei flores cogitatiões bene firmari ⁊ germinare p cõſenſũ. ſed duriſſime laniatur cũ fructus ꝑſpicit ad maturitatẽ debite operatiõis veniſſe. Ideo oẽs vires ſuas atq3 cognatus ad illa nouiſſima exterminãda iducit. Figu. Apoc. viij. vbi beatus Jo. vidit ſtellã de celo cadẽtem tãq3 faculam ardentẽ: ⁊ nomen ſtelle abſinthium: ⁊ cecidit ſup tertiam partẽ fluminũ: ⁊ tertia pars aque facta eſt abſinthiũ: ⁊ multi homines mortui ſunt. ſpũaliter. per hanc ſtellã de celo cadentẽ ſubaudi inuidiã diaboli: que nõ valuit cõtra deũ: contra quem primo exarſit: ſed ꝑdidit vires ſuccenſa ſue nequitie igne ⁊ ꝓp̃o furore. Hec ſtella ſuccenſa de celo cadẽs irruit ſuper tertiã partẽ fluminuz: q2 ſup omnia hominũ nouiſſima. i. opera bona que facta ſunt vt abſinthium. Nota ꝙ inuidia ẽ ſup omne abſinthiuz amariſſima: q2 dulcia ⁊ ſapida opera in amaritudinẽ cõmutat. Nã obedientia p2imoꝝ parentũ q̃ fectõ ris palato erat dulcis ⁊ ſuauiſ inuidia fecit per iobediẽtiã amaram ꝙ potius ipſe dei filius voluit mori: q̃3 talẽ amaritudinez ſuſtinere. Itez no. ꝙ oia nouiſſima. i. bona opa xp̄ianoꝝ amaricat cum lingua mũdi lucidis fideliũ operib⁹ ſuis moꝛib⁹ detrahit. Et ꝙ ſequiẛ. Et mortui ſunt multi homines. Ergo expone ꝙ non ſolũ inuidia occidit inuidũ: ſed ẽt auditores: ⁊ aures libenter p2ebẽtes detractorib⁹ ꝓximoꝝ. Vñ Ber. in li. de conſideratiõe. detractor inq̃t Et libẽter auditoꝛ vterq3 diabolũ portat in lingua ille. iſte i auribus. Igiẛ qui nõ vult amaritudine inuidie venenari. procul fugiat detractiõis virus. nã dum detractoꝛ te viderit nõ libenter audire nõ facile põt dtrahere. Patet igiẛ qualiter inuidia ignis eſt nouiſſima noſtra. i. bona opera ardens atq3 cõſumens reducẽs bona oia hominum in fauillam.

Fig. / Ber

De hypocritis.

q Ui nõ accipit crucẽ ſuã ⁊ ſequiẛ me non põt ⁊c. Mat. x. vulgo dẽ ꝙ aſinus portat bladũ ⁊ nihil comedit ex illo. videmus ⁊ portãtes mognos ⁊ groſſos piſceſ ad domos nobilium: ⁊ accepto bolo panis deponũt piſcẽ ⁊ redeũt ⁊ nec de piſce quicq3 comeduñt. ſpũaliter. hypocrite ſepe ferunt A

crucis pondera per ieiunia vigilias exterminatões faciei ⁊ alia penitētie opera ficta tñ ⁊ inutilia. ⁊ nihilominꝰ merita crucis nõ percipiũt: nec participãt. ſed ſolo dolo laudis humane ꝯten
Gre ti crucis merita perdũt. Greg. viij. moraliũ. Quid in cunctis operibꝰ ſuis hypocrita aſpectat niſi reuerẽtiã honoris ⁊ gloriaꝫ laudis humane. a melioribus metui ſanctus ab omnibꝰ vocari. Ecce quomodo adulterat̃. liquor balſami. Fig. Mat. xxvij
Fig. Simõ cireneus angariatꝰ a militibus Pilati ⁊ phariſeorum familia portauit crucẽ xp̄i ꝑcio ſed nõ eſt crucifixus in ea. Spiritualiter. per Simonẽ qui interpretat̃ obediẽtia ſubaudi hypocritã qui a demonibus deluſus illis obediẽs efficit̃ vnde illi homini laboreꝫ ſuadẽt penitentie inutilẽ per deformitatẽ iactãtie ⁊ hypocriſis ad illudenduꝫ ei.
Aug vnde Aug. de ꝯflictu vitioꝝ dicunt demones hypocrite. Age bonũ ꝙ vales. oñde cũctis bonũ qḋ agis vt bonus a cunctis dicaris. vt ſanctus ⁊ venerabilis prediceris ab oĩbus: vt dei electus voceris. vt nemo te contẽnat. vt nemo te deſpiciat. ſed vniuerſi debitũ tibi honorẽ perſoluant. Sic igit̃ hypocrita a dmõibus angariatus. Cruce accepta praua intẽtione põdera crucis portat: ſed nõ ſequit̃ crucifixũ. Ille humilis ⁊ patiens. Et iſte impatiẽs ⁊ ſuperbus. Ille pro ſuis perſecutoribꝰ orauit Iſte ꝯtra plane loquẽtes iraſcitur ꝑnus ⁊ ſolicitus ad vindictã. Jõ tales nõ merent̃ crucis ꝑmiũꝫ licet ſuſtineant crucis ſimulacrũ. vñ Hyero. in quodaꝫ tractatu. per facile ingt eſt hr̄e veſtẽ ꝯtẽptã ſalutare ſubmiſſius manꝰ deoſculari ꝑlatis inclinato capite ⁊ deiectis oculis humilitatẽ ⁊ manſuetudinẽ policeri lenta voce ſermones infringere: crebrius ſuſpirare ⁊ oẽ verbũ ſe miſerũ ⁊ peccatorẽ clamare. ⁊ ſi leui ſermõe offenſus ſis ꝯtinuo attollere ſupercilia: leuare ceruicẽ. ⁊ dlicatũ illũ oris ſonũ inſano repenteq̧ clamore mutare. Aliaꝫ ieſus docuit humilitatẽ qui cũ malediceretur nec maledicebat. cũ pateretur ñ cõminabat̃. Auferantur figmẽta verborũ ceſſent ſimulati geſtus virũ humilẽ patiẽtie ꝓbãt iniurie. Hec ille. Quia igit̃ hypocrita opera crucis non bona ſed praua vt viſum eſt intẽtione peragit. Jdeo crucifixi premia, nõ attingit. vñ Greg. viij. Gre
Hic
mora. Simõ crucẽ portãs neq̃ ꝙꝫ in cruce morit̃: q2 omnis hypocrita corpus quidẽ per abſtinentiã affligit: ſed tamẽ ꝑ amorem glorie mũdo viuit.

q Veſiuit lanã ⁊ vinũ pro B
uer. xiij. Mot. ꝙ de lino

ꝑ ſe ⁊ de lana per ſe fiūt boni et vtiles pāni. Sed de vtroq̃ ſimł fit pān⁹ ſophiſticus. Nō eſt. q̄a textura illa nimis eſt deformis Nō. n. ſimul ꝯueniūt: q̄r vnū eſt molle reliquū corrodet ⁊ lacerat. Spūaliter. hō vacans diuinis corde pariter ⁊ opere eſt optim⁹ hō ēt vacās corpalibus rebus viuēſq̃ ꝓprio ſudore beatus eſt ⁊ bñ ſibi erit niſi legi dei i aliquo ꝯdicat: ſed hypochrita abſcondēs prauitatē intentōis ſub operibus pijs peſſimus eſt. Señ. malus tūc eſt peſſim⁹ cū
Fig. ſimulat eē bonus. Figu. deute. xxij. vbi preceptū fuit ſacerdotem nullatenus veſtimento vti lino ⁊ lana cōtexto. Spūaliter ſacerdos quelibet fidelē d̄notat ſum⁹. n. genus ſacerdotū. lana ⁊ lino veſtimentū contextū portant: qui prauitatem operū nituntur geſtibus cooperire humilibus: vel q̄ ꝓpa opa nitunt̄ ſimulatiōe colorare: volunt. n. eſſentialiter eſſe mundani: ⁊ p ſophiſticos geſtus habere ⁊ apparere diuini. ꝯ quos beat⁹ gre
Gre. go. expōnēs illud eccleſiaſti. li. veh peccatori terraz ingrediēti duabus vijs ſic dicit. Duabus quippe vijs peccator terrā ingredit̄ qñ ⁊ dei eſt. qđ opere exhibet. ⁊ mūdi qđ per cogitationez querit. Hec igit̄ ⁊ ſi excludēda ſint a mentib⁹ omniū fidelium vniuerſaliter: ſublimius tamē debent excludi ab animo predicatorum diuini verbi: ne ipſi v̄bum dei humiliter loq̄ntes ore bonum exterius praua intētione corrumpāt. Gre. viij. mora Gre
lium. figurā ſupradictam exponens ait. Non indues veſtē lana ⁊ lino cōtextā. per lanā ſimplicitas. per linum ſubtilitas deſignat̄. Et nimiuz veſtis que ex lana ⁊ lino ꝯtexitur: linū interius celat: lanāq̃ exteri⁹ demōſtrat: veſtez ergo ex lana linoq̃ ꝯtextā induit q in actiōe ⁊ loqutiōe q̄ vult intus ſubtilitatez malitie operit ⁊ ſimplicitatē foris innocētie oſtēdit.

p Ercutiet te deus paries dealbate. Act. xxiij. Nō bñ pōt iudicari de q̄ materia domus ſit edificata foris dealbata cemento. Nam interdum erit interius de luto: ⁊ creditur foris de politis lapidib⁹. q̄r cemento vel calce pōt latere vtrūq̃. Sed ſi quis muꝝ modicum martello fodiat ſtatim de qua mā domus ſit plenarie experit̄. Spūaliter. non pōt homo plene cognoſci p dealbationem exterioꝝ opeꝝ qualis itrinſecus p intētionem conſiſtat. q̄r ſepe hypochrita p exteriora opera artificialiter ouem ſimplicē ſe oſtendit: ⁊ intus erit lup⁹ rapax. vñ Grego. in moralibus: hanc artez deſcribens ait. hypocriſis eſt virtutuz ſimulatione C

[illegible] abſcondere: ⁊ arte paliare. Non igiť poteſt itelligi qualis interi⁹ lateat: qꝫ homo ſolū videt que foris ſūt: deus aūt ſolus intueť coꝛ. Sed ſi martello alicuius cōtumelie feriať: cõſuis plane. ſtatim apparebit qđ intrinſecus latebat. Fi
Fig. gura Ezech. viij. vbi dñs dixit ipſi ꝓpħte fili hoīs fode parietem: ⁊ ſubdiť. Et cū fodiſſez pariete apparuit hoſtiū vnuz. Et dixit ad me igredere ⁊ vide abhominatiões pſſimas. Et igreſſus vidi. Et ecce oīs ſimilitudo reptiliū ⁊ animaliū abhominatio: ⁊ vniuerſa idola iſrael depicta erant in pariete in circuitu p totū. ⁊. lxx. viri de ſenioꝛibus dom⁹ iſrael. Spūaliter ꝑ parietem occultātē que ſūt intra domūz denotať hypochꝛita abſcō dens prauā intentionē in coꝛde. perfodiť vo paries. cum hypocrita exponiť alicuius contumelie ſiue iniurie aut increpationis examini. ſtatim .n. apiť hoſtiū neqtie ⁊ malignitas que latebat in coꝛde. ſtatim oꝛe pāditur ꝑ iram ⁊ impatiētiaz: ⁊ ēt videbunť occulta pateficri: videbať nanqꝫ ſimilitudo reptilium atqꝫ ſerpentiū ꝑ quā ſubaudi ſupbiā ⁊ inuidiaꝫ videbatur brutoꝝ animaliū abhominatio per quā ſubaudi luxuriā ⁊ crapulā: videbanť vniuerſa ydola iſrael: ꝑ que ſubaudi cupiditatem ⁊ auaritiā q̄ ſūt idoloꝝ ſeruit⁹. Sꝫ īni iſta appēt. lxx. viri ex iſrael: qꝫ decez pcepta ⁊. vij. miſericoꝛdie opa ſolū ibi depicta ſūt ꝑ quādā ſilitudinē ⁊ hypocriſiꝫ: ſꝫ vere nō ꝑſiſtūt. Et ſic pꝫ qłr hypocriſis abſcondebat multa mala q̄ aduerſitatis ꝓbatio manifeſtat. Pe. ra. hypocriſis eſt ſubtile malū: ſecretū vir⁹ latēs venenū: virtutū tinea: hypocriſis ſecura ſimulat ꝓſpera fallit: curioſa mentiť: ⁊ crudeli arte virtutē trūcat iunctiōe virtutuꝫ ieiunium perimit ieiunio oꝛonē oꝛone euacuat: miſicoꝛdiam miſatione ꝓſternit. hypocriſis cognita febꝛi frigido poculo ꝓpinat ardoꝛē qđ coꝛpib⁹ eſt hydropicus hoc ē hypocriſiſ aīabus. Nam hydropicus bibēdo ſitit. hypocriſis vo iebꝛiata eſt ſiti. h pe. ra.

o Fferte illi incenſum dignū in odoꝛem ſuauitatis. Eccle. xlvi. Nota ꝙ eſt quedam ſpecies picis ꝑ omnia incenſo ſimilis: nec poteſt bene cognoſci vnum a reliquo. Jdeo niſi ſint prudentes mercatoꝛes ſepe decipiunt. Sed experimentum capitur ⁊ firma notitia quando ponūtur ſuper ignem. Nam ſi ſuper ignē ponitur vnum redolet ⁊ aliud fetet. ſpūaliter inter hypocritā ⁊ ſanctum virum nulla apparet differētia in geſtibus exterioꝛib⁹ D

imo freque̅ter acta ſpiritualia deuotiora oſtendit q̄ꝫ rectꝰ ꝛ ſimplex arte hypocriſis decorata. Sed vnū a reliquo tunc diſcernit̄: cū ambo examini ignis tribulationis exponunt̄: q2 tunc ſimplicitas viri dei per patientiā odorem ſuauitatis emittit ꝛ hypocriſis viri duplicis fetorē ire tribuit ac furoris. Tale igit̄ incenſū nō eſt deo acceptū i miniſterio eius. Fig. Leuit. vbi legimus ꝙ p̄ceptū fuit filijs iſrael ꝙ nō fieret adolatio niſi d̄ incēſo electo ꝛ probato. ꝛ illō tale poneret̄ in turibulo. Spūaliter. per incēſum electū ſubaudi virū rectū ꝛ ſimplicez. qui igne aduerſitatis examinatꝰ: amplius ſemper redolet in diuino cōſpectu eo ꝙ totā ſuā intētionem finalē in deo ſuo ponit. Ideo velut incenſū aromaticū amplius ſēper proficit in examine. Gre. xxvi. mora. Sanctoꝝ iquit mētes eternitatis premia p̄ſtolantes vires ex aduerſitatibus ſumūt. q2 creſcente pugna glioſā ſibi nō ambigūt manere victoriā. Electoꝝ deſideria dū p̄munt aduerſitate proficiunt. ſicut ignis duz flat̄ p̄mit̄ vt creſcat ꝛ vbi quaſi extingui cernitur. inde roboratur.

Fig.

Gre.

¶ De lachrymis.

A l Auit corpus ſuuz ꝛ vnxit ſe. Judit. x. Uani homines ꝛ carnales vidētes mulieres abiectas ꝛ ſordidis veſtitas non cōſurgūt in illas cōcupiſcentijs. ſed cū vidēt illas vnctas ꝛ ornatas. Spūaliter dū humana aīa cooperta ē peccatoꝝ ſordibus ꝛ vitioꝝ non multū tentatur a diabolo ꝛ mūdo. rō eſt. qa tētationū maloꝝ auctor nō curat tētare quos ſe nouerit recto iure poſſidere. ſꝫ dū videat aīaꝫ ornatā virtutibꝰ ꝛ meritis cōburit̄ ꝯcupiſcentie ardore ꝛ inducēs mundum ad ſubſidium ſue prauitatis omni ſtudio illud ad ſue voluntatis ꝯſenſum inducere conat̄. Fig. Danielis. xiij. vbi legit̄ ꝙ ſuſāna ingreſſa pomeriū viri ſui lota vnctaq3 oleo: in tm̄ eſt a duobus ſenibus ꝛ iudicibus moleſtata vt ſniam mortis ſubiret ſi Daniel ipſam ꝓphetico ſpū illuſtratꝰ nō liberaſſet. ꝛ tm̄ nil moleſtie ꝯtulerāt duo ſenes Suſāne in domo ferialiter moranti. Spūaliter. Suſāna interp̄tat̄ gaudiuz gratie. ꝛ denotat aīam xp̄i gr̄a coadiutā: ꝛ per pniam deo ꝯiunctā de hac eſt magnum gaudiū corā deo ꝛ angelis eiuſ. Hec igit̄ intrat pomeriuz viri ſui qn̄ itrat viridariū ſacre ſcripture toto cordis affectu ac ſollicitudine intellectus: ibi enim abundant aque viue fōtes. i. deuotionis lachryme quibꝰ lauat̄ aīa. Ibi. n. eſt copia mirati olei cōpunctiōis cordis quo caput Fig.

eius.i.xp̄s erga illá dulcit má-
ſueſcit. Hiis igit̃ tota aia ḋcora
fit ⁊ pulchra ⁊ auctor ois mali
cruciat̃ inuidia. Ideo nitit̃ om
ni ſtudio mũdo ſecũ aſſumpto
illá inducere precipitio ad pec
catũ mũdus naq̃ʒ ſuggerit ſuas
exerceri delicias delectationib⁹
perfrui ꝓponit pñtis vite dul-
coré. Sʒ diabolus ſuggerit diu
turnitaté tẽporis lõgioris vite
poſſe fieri pniam tpe ſenectutiſ.
⁊ ſic ſuis diris cruciatib⁹ velut
lapidibus aiaʒ obruet̃ feſtinát.
Sed lachrymis impetrat ſubſi
diũ Danielis per queʒ ſubaudi
timoré pene gehenne ꝓmiſſam
peccatorib⁹ declaranté. ⁊ oia q̃
peccatores recepturi ſunt ḋ pec
cato lucide iudicáté. ⁊ ſic cogno
ſcuntur teſtes mẽdaces. Et aia
a peccati interitu liberat̃ ⁊ mũ-
data lachrymis xp̄o ſuo ſponſo
redditur icolumis ⁊ iocũda. ió
Cri. Criſo. ſup Math. Nemo ingt
ad deũ aliqñ flens acceſſit: q nó
qḋ poſtulauerit acceperit. Nul
lus ab eo dolenter beneficia op
tauit qui nó ipetrauerit. Ipe. n.
conſolatur flentes dolentes cu
rat penitentes informat.

Anima mea ſicut terra ſi
B a ne aq̃ tibi. p̄s. cxlij. No
ta q̄ ex defectu aque ſte-
rilis eſt trrra a fructib⁹. ꝓducit
ſpinas tm̃ que nó egẽt humido
Et ſi interdũ fructuoſas produ
cat arbores efficiũtur ſilueſtres
⁊ fruct⁹ earũ inutiles ſũt agre-
ſtes ⁊ ſine dulcedine. Spũalr.
aia noſtra ſine aqua lachryma-
rũ infructuoſa res eſt pũctióes
peccatoꝝ ⁊ malaꝝ cogitationuʒ
germinat ⁊ producit. Ille ſunt
que copioſe in aia lachrymarũ
aqua priuata naſcuntur ⁊ ſi fru
ctus interdũ bone cogitationiſ
producat: nó perueniũt ad debi
te maturatióis effectũ: quia ad
premiũ patrie eterne nó attin-
gũt. ſed ad mẽdicitaté retribu-
tionis terrene. Figu. i. Regũ. i. Fig.
vbi legimus q̄ Elchana hẽbat
duas vxores quarũ altera ſteri
lis erat. ſ. Anna. altera vero ſe-
cunda. ſ. fennena. Feſto vero ſa
crificij adueniente dedit. Elcha
na vxori ſue ⁊ filijs ſuis ⁊ filia-
bus portioné optimá. Anne vo
triſtis vná parteʒ dedit debilem
quod anna vidẽs acceſſit ad tẽ
plũ vbi nimiũ lachrymata eſt. ⁊
ibi narrans cám ſui doloris ſa-
cerdoti Hely. a ſacerdote acce-
pit ſobolis ꝓmiſſioné. que poſt
modũ ꝯcepit de viro ſuo ⁊ pe-
perit ſamuelé prophetá dñi. vñ
ipſa gaudens fecit cãticũ iſtud.
Exultauit cor meuʒ in dño. ⁊c.
Spũaliter. per Elchana qui in
terpretat̃ poſſeſſio dñi denotat̃
xp̄s in quo ꝯſiſtit poſſeſſio bea-
titudinis noſtre. Ná in ipſo eſt
humanitas ⁊ diuinitas q̃s tot⁹
homo in patria poſſidebit. Ha
bet igitur duplicé vxoreʒ. quia

aiam iuſtā que fecundata eſt/ ⁊ aiam peccatoris ſterilē. Ambas n. in baptiſmo deſponſauit. Ambas. n. creādo ſua imagine decorauit. Sed vna ea⁊ eſt fecūda: hec eſt aia iuſti que ꝓducit continue merita deo grata optimā ipſa a deo pre oibus accepit portionē q⁊ eterne beatitudinis premia. ⁊ nihilominus recipit in pñti diuina gratiā. ſterili vero. i. peccatrici ⁊ impenitēti. aie lachrymis cōtritionis carēti triſtis. hoc eſt iratus dat miſeram portionē q⁊ bona tpalia ſūt. vñ Anna que interptat̄ ima quaſi deiecta: ſed interdū hec ad ſeipſam rediens ⁊ conſiderans miſerie ſue ſtatum merore cordis intrinſec⁹ ſauciata: lachrymas multas corā ſacerdote ſeu confeſſore effundit ⁊ narrato anguſtie caſu. i. culpa meret̄ ꝯcipere ⁊ parere ſamuele⁊ ꝓphetā dñi. Samuel. n. interptat̄ exauditō gratie dñi: q⁊ aia ob ſterilitatis caliginē pꝰ obnubilata poſt lachrymarū effuſionē lucida fit ⁊

Cri. fecūda. vñ Cri. ſup Mat. ſicut poſt vehemētes hymbres mūd⁹ aer ⁊ purus efficit̄: ita etiā poſt lachrymarū plauias: ſerenitas mētis ſequit̄ atq⁊ tranqlitas.

C a Qua ſalutariſ potauit illū. Eccli. xv. Periculoſa res eſt itinerātib⁹ viaſ inaquoſas pergere. Nam itineris labore membris interioribus calefactis. Si nō ꝓuetur potus beneficio eſt in periculo nō paruo. Vñ cū talem qs patitur eſuriē inuēto fonte ad illu⁊ magna alacritate declinat ⁊ refocilatus totus icedit ylaris vias ſuas. Spūaliter. oēs ſumus viatores tēdētes ad terminū vite nr̄e. ſ. ad mortē per quam ad vitā feliciorē ſperamus ꝓuenire. Sed in hac vite via pp̄ eſtū iugis tētationis diaboli ſuccēduntur mēbra interiora aie ꝑ conſenſum. Et niſi hoc icēdiu⁊ vnda lachrymarū extinguat. lāguet aia que refocilata dulcedine lachrymarū. ylariter pergit per viam timoris dei. quouſq⁊ peruenit ad regnū ꝯſolationis eterne que diligētibus ꝓmiſſa eſt. Figu. Exo. xvij. vbi legim⁹ Fig. q̄ ſitientē populū iſrael Moyſ. percuſſa petra oreb potauit aq̄ latiſſima ⁊ poſtmodum debellato Amalech peruenit ad mōtē ſynai vbi do facie ad faciē locut⁹ ē Spūalr. p moy. q iterptat̄ aſſūpt⁹ d aqſ ſubaudi fidelē xp̄i q ex aqs baptiſmi a do aſſūit̄ i filiū adoptōiſ. Tēdit igr̄ iſte cū pplo aie ſue ad terrā ꝓmiſ. ſ. ad eternam gliam nobis ꝓmiſſam ⁊ a xp̄o acquiſita⁊. Et ſubaudi per hūc pplm memoria⁊ intellectū ⁊ volūtatē: venīūt igr̄ in oreb. que interptat̄ ſiccitas: q⁊ trāſeūtes vitā pñtē neceſſe eſt interdū calidi hoſtis tētatiōib⁹ eſtuari

Tūc igiť virga petra percutitur
ꝛ fluūt aque quib⁹ populus hu
iuſmodi ꝯfortatuſ eſt. ꝛ ſtrenue
ſuperat Amalech. i. diabolū. ꝛ
ylariſ atq̃ gaudēſ ꝑueit ad mō
tē ſynai q interpretať celſitudo
per quē bene ſublimitas celeſtiſ
glie denotať. vbi de⁹ loqtur aic
lachrymanti benigne: ꝛ ſe illi ꝓ
bet in ꝑuitū. ꝛ ſic patet quāta ſit
Ber lachrymarū potētia. Vñ Ber.
in quodā ſer. O humiliſ lachry
ma tua eſt virtus: tua eſt poten
tia tua eſt poteſtas: tuum eſt re
gnū. Ante tribunal iudicis ſo
la intrare non vereris gequid illi
petieris obtinebis. Si vacua i
trabis vacua nō exibis. Accu
ſantib⁹ inimicis iponis ſilētiū.
nō eſt qui te accedere ꝓhibeat.
Magis diabolum crucias q̃
gehenna. quid plura? vincis in
uincibilē ꝛ ſuperas oipotētē.

## De Luxuria.

A Sume arma tua phare
trā ꝛ archū ꝛ egredē fo
ras. Gen. xxvij. In bel
lo mortali ſagittarij ꝛ archarij
debēt a diſtantib⁹ ꝓliari. Naȝ ſi
ad pugnā de ꝓpinquo acceſſe
rint ars ſagittaria illis modicū
ꝓdeſſe. Nā anteq̃ traherēt ba
liſtā vel archū ab hoſtib⁹ occide
rētur. Sed dū ſic a diſtantibuſ
pugnāt magnam partem victo
rie conferunt exercitui nec poſ
ſunt ledi faciliter ab equitibus
q2 dū ſic diſtant ab equitib⁹ an
teq̃ ꝓpinquēt multas emittūt
ꝯ eos ſagittas quibus grauiter
vulnerant. Spūalr. nos ſum⁹
ſepe in mortali pugna ꝯ vitia
carnis. Nā ipa ad eternā gehē
nā quos pōt ſuperare inducit ꝛ
qđ terribili⁹ eſt q2 ſola nō veni
unt ſed multiplici comitatu va
lata fideles xpi inuadunt. Unde
Ber. ſup can. Luxurie curruſ Ber
q̃driga voluiť vitioꝝ igluuie. ſ.
vētris libidine coit⁹. molitie ve
ſtiū ocijs ſoporiſq̃ reſolutione.
trahiť equis duobus ꝓſperita
te vite ꝛ reꝝ abundātia. ꝛ hi q
ꝓſident dūi ignauie torpor ꝛ in
fida ſecuritas. Igiť hoſtis h tā
ſtrenuuſ ſuperari neqt: niſi dua
bus ſagittis. ſ. orōne ꝛ ieiunio
teſte dño qui ait. Hoc genus dē
monioꝝ nō eicitur niſi ieiunio ꝛ
oratione. ſed neceſſe eſt a diſtā
tibus eſſe in huius ꝓlio. ſ. a viſu
ꝛ locutionib⁹ blādis munuſcu
lis mulieꝝ. Alioqn in certami
ne ſubcūberet. Unde Hyer. in Hie.
quadā epla. Solus cū ſola om
nino nō ſteteris ſi iſamiā metu
is ꝛ ruinā. Nā credas mihi qđ
nō pōt cū deo puro corde ābula
re ꝛ lucē fame ſue ſuare imacu
latā q mulieꝝ collogis ꝺlectať.
Si ergo diuina luce ꝑfuſus fui
dñeť corpori miles xpi: ieiūio ꝛ
corꝑnū hēat ad iacēdū orōnis
ſagitas ꝛ victorioſus victor om
nia ſuperabit. Figu. Apoca. vi. Fig.
vbi ſcribit Joā. Ecce inqt equ⁹



BIBLIOTECA ... BURGOS

albuſ. Et qui ſedebat ſup eū ha
bebat archū: ⁊ data eſt ei coro
na ⁊ exiuit vincens vt vinceret.
Spūaliter. per hunc militē ſub
audi pudicū ⁊ caſtū: per equū
vero albū ſubaudi corp⁹ mūdū.
Nā per equū i ſacra ſcriptura i
telligiť corpus Iſay. xxxi. Eq
coꝝ caro. Igitur iſte miles ar
chū manu tenet qn̄ coꝛ habꝫ ad
oronem peruigil. Idcirco coro
natur victoria ⁊ ē ꝯ ſupradicta
vitia egregius triūphatoꝛ. qui
ergo vult de luxurie vitio triū
phare ſagittis oronis ⁊ ieiunij
muniať. Aliogn neceſſe erit il
Berlū ꝯflict⁹ ꝯfuſionē ſubire Ber.
Luxuria oēm etatē corrūpit.
oēm ſenſum ꝯfundit. oēm oꝛdi
nē ſoluit: oēꝫ gradū peruertit.
īuadit iuuenes. occupat ſenes:
īuoluit mares ⁊ feminas: ſupe
rat prudētes: ⁊ ſimplices nō fu
git ſericum nō timet ciliciū nō
curat. laſciuiat in plumis: infe
ſtat in paleis nulli vnqꝫ preſtat
requiēs. per orationem ⁊ abſti
nentiam fuerit fugata ⁊ omni
occaſione ſubtracta.

B D Omus impleta ē fumo
Iſay. vi. Nota q̄ fum⁹
eſt ſignū ignis. Idcirco
vidētes fumū a diſtantibus cō
ſueuerunt ad ignem feſtinare.
ſpūaliter. cū ignis carnalis con
cupiſcētie eſt in anima fumi ca
ligo exuberat per om̄es ſenſus
corporis vt conſueuit fieri. ꝑ ca

minū oculi nāqꝫ ipudici fiūt an
res ꝓne ad audiendū vana lin
gua vero ad loquēdū leuia. ma
nus ad operandū praua. Et ſic
oīa corporis mēbra caligine ce
citatis repleta ignē libidinis ac
cenſum in aīa foꝛe demonſtrāt.
Ad illa nāqꝫ ſigna demones ſo
liciti currūt ad aiam qn̄ plane
cognoſcunt illaꝫ faciliter poſſe
obtinere. Figu. Iudi. xx. vbi le Fig.
gimus q̄ hoſtes filioꝝ Benia
min dederunt ſignū inſidiatori
bus Gabaon q̄ qn̄ viderēt fu
mū ſcirent ciuitatē captā q̄ ſic
factum eſt. ſuppoſito. n. igne fu
mus incepit apparere ⁊ inſidia
tores intrantes interfecerūt fi
lios Beniamin. Spūaliť. Ga
baon interpretatur vallis me
ſticie. ⁊ recte denotat aiam car
nis ſue concupiſcentie preuen
tam. Unde ⁊ recte dicitur val
lis meſticie q: luxuria omnem
triſtitiam ſecum ducit cōtriſtās
animā pariter ⁊ corpus ſimul.
vnde Innocen. de vilitate con Inn.
ditiōis humane. O extrema li
bidinis turpitudo que non ſo
lum mentem effeminat ſed coꝛ
pus eneruat: non ſolū maculat
aiam ſed corpus vel perſonā fe
dat. Omne peccatuꝫ qd̄ fecerit
homo extra ſuū corp⁹ eſt q aūt
fornicať in ſuuꝫ corpus peccat.
hāc igiť ciuitatē optime cogno
ſcūt demones capiēdā ad ſignū
fumi. idest vanitates ab exterio

rībus ſenſibus emiſiſſe. Cogno ſcunt. n. illam intrinſecus ſuccenſā igne carnalis ꝯcupiſcentie ꝛ cateruatim accedentes ad illā occidunt oēs filios Benia min qui interꝓtatur filius dexteᷓ. q2 oīa opera meritoria qui bus hō ponendus erat cū omi bus xp̄i ad dexterā exterminānt ꝛ occidunt aīam ipam diuerſis repletā vitijs poſſidēt captiuā.

Hie. Hyero. in quadā ep̄la. O ignis infernalis luxuria cuius mate ria. gula cuius flāma ſuperbia cuius ſcintille praua eloq̄a cuius fumus infamia cuius cinis inopia cuius finis gehenna.

C ſ Upercecidit ignis ꝛ non viderūt ſolem. ps̄. lvij. Not. q hora meridiana ſtāte ſole in calore ſuo ſup nos nō fiunt corruſcationes atq̄ va poratōes in aere ſed ſole ad ocaſū accedēte. Et rō q2 in meri die dū calor eſt extenſior: vapo res illi indibūt calorē. ꝛ calefacti dſiccant. ꝛ efficiunt leues: ꝛ incipiūt aſcēder. Et anteq̄ ſint ad locū illū frigidiſſimū aeris ad quē ſolis reuerberatio nō at tingit appropinquat veſperti na hora. Et ſol tēdit ad occaſū. Spūaliter. qū ſol recte cognitō nis eſt ſuper nos ignis cōcupi ſcētie. non pōt corruſcare in no ſtra mente. ſed ſole recte ratio nis accedente ad occaſū vapo res carnaliū appetituū dſceniūt Et aſcendūt vſq̄ ad conſenſum volūtatis qui eſt locus ſūme re motus ab amore dei ꝛ feruore charitatis ꝛ ad quē nō attigit lu mē ſacre ſcripture. Et tūc vapo res illi succēſi igne libidinis de ſcendunt ad opera ꝛ tota aīa in famie caligine denigratur. Fig. Fig.

Gene. xv. vbi legimus q cū oc cubuiſſet ſol facta eſt tenebroſa caligo. ꝛ apparuit clibanus fu mans ꝛ lampas ignis trāſiens inter diuiſiones cadauerū. ſpi ritualiter. Fit caligo mētis ꝛ ob ſcuritas in aīa deficiente ratōis iudicio ꝛ apparet quaſi cliban⁹ fumans: q2 ignis libidinis qui latebat in corde per ſenſuum ipudētiā manifeſtat. ꝛ bene ſub ditur. q apparuit lampas ar dens trāſiens per cadauera: q2 delectatio ꝛ gratia, quā miſ pec cator ex ſua libidie capit fugax eſt ꝛ breuis ꝛ feſtino ictu ptran ſiens ꝛ nihilominus tantā vim malignitatis relinquit in ani ma vt nullū bonū valeat opera ri. ſed ſemper de malo in peius gradiens deſcendit ad ignē in teritus ꝛ triſtitie. Unde Greg. Gre in morali. Ex quo luxuria ſe mel mētes occupauerit alicui⁹ vix eum bona deſideria cogita re permittit. Sunt. n. viſcoſa de ſideria: quia ex ſuggeſtione ori tur cogitatio: Ex cogitatione af fectio. Ex affectione dlectatio. Ex delectatione conſenſus. Ex

cōſenſu operatio. Ex operatiōe
conſuetudo. Ex cōſuetudīe de-
ſperatio. Ex deſperatiōe pecca-
ti defenſio. Ex defenſiōe gloria
tio. Ex gloriatione dānatio.

D Ripe me de luto ⁊ nō in
c figar. pſ. lxviij. Quāq̃
cadens in aquā ꝓfundā
ſubijciat̃ feſtine mortis pericu-
lum: nihilomin⁹ cadēs in lutū
ꝓfundū mortē terribiliorē ex-
pectat: ⁊ precipue ſi lutū fedum
eſt atq̃ putridū. Nam q̃ꝺiu vi
uit in illo ducit vitā cū morte.
ſpūaliter. Cadēs in ꝓfundita-
tem culpe libidinis ꝑ opus ſpi
ritualiter ſuffocat̃. pſ. lxviij. ve
ni in altitudinē maris ⁊ tempe
ſtas demerſit me. Sed ille qui
cadit in lutū cōſideratiōis ⁊ me
ditatiōis: tantū per cordis con
ſenſum: lȝ opus exerceri corpa
liter nō poſſit: ſepultū eſt tamē
cor in ſtercore voluptatis ī quo
quāto āplius ſe voluit tāto am
pli⁹ fedat̃ tranſiēs gradatiȝ ad
deſperatiōis locū. pſ. Infixus
ſum in limo ꝓfundi ⁊ nō ē ſub
ſtantia. Ad hui⁹ ergo lutū dmo
nes ꝺducūt peccatores ſecretos
quos in fune timoris ꝑuentos
nō poteſt in aquis aperte ope-
rationis ſubmergere. Tales ſt
geſtantes ſuper habitum Chri
ſti: quorum opera in conſpectu
gentium apparent ſancta. ⁊ ni
hilominus vſq̃ ad guttur ꝑ cō
ſenſum voluptatis in ſtercore
ſubmerſi ſunt qđ turpius atq̃
abhominabilius eſt in ipſis q̃
in ſecularibus ⁊ apertis pecca-
toribus in quibus apta ſūt ope
ra praua. Figura. Hiere. xxx-
viij. vbi legimus ꝙ filij ꝓphete
funibus fecerunt poni Hiere-
miā prophetam in lacū: vbi nō
erat aqua ſed lutuȝ. Et erat ibi
propheta vſq̃ ad guttur: quod
erat ei vt dicit magiſter amari-
us miles morte. Spūaliter. p
Hieremiā prophetam dñi ſub
audi virum de mundo a dño re
uocatū per falſos ꝓphetas. ſub-
audi corporales appetitus: fal-
ſa ⁊ peſſima ſuggerentes q mi-
ſerum hominē deponūt vincu-
lis ſeu funibus voluntatis ⁊ cō
ſenſus ad complacentiam hu-
ius turpitudinis ⁊ efficiunt il-
lum ſubditū ⁊ ſeruum libidis.
ꝙ debet eſſe viro dei amari⁹ om
ni morte. vnde Augu. lib. pri- Aug
mo de libero arbitrio. ca. decio.
Nō iſta igr pena parua eſtimā
da eſt ꝙ ⁊ libido dominatur. ex
poliataq̃ virtutis opulētia per
diuerſa inopem atq̃ indigen-
tem trahit. Nunc falſa pro ve-
ris approbantē. Nunc impro-
bantem que antea probauiſſȝ:
⁊ nihilominus in anima falſa
retinentē. Nunc deſperantem
de tota inuentiōe virtutis ⁊ ſtul
titie tenebris penitus inheren
tem. Nunc conanteȝ in luce in
telligendi rurſuſq̃ fatigatiōe in

decidentem cum regnum illud
tyrannide seuiat ⁊ varijs cõtra
rijsq; tempestatibus totum he-
rens animum vitamq; pertur-
bet: hinc timore: hinc desiderio:
hinc anxietate: inde inani fal-
saq; leticia: hinc cruciatu rei a-
misse que diligebatur. inde ar
dore adipiscende que non ha-
bebatur que aduersum põt dis
sipare luxuria inflare superbia
torquere inuidia. desidia sepeli
re: pertinacia concitare: afflic-
tare subiectio: ⁊ quecunq; alia
innumerabilia regnum illi⁹ li-
bidinis frequentáter exercet.

¶ De Maria virgine.

v As admirabile op⁹ ex-
celsi. Eccle. xliij. Not.
ꝙ ille artifex dicitur es
se solemnis qui non solum no-
uum sit fabricare vas: sed q sit
fractum seu destructum in me
lius reparare. Nam subtilitas
artis per opa subtiliora cogno
scitur. difficilius est enim vas
fractum melius reficere q̃ no-
uum fabricare. Spiritualiter.
Deus est optimus artifex. Ná
ipsum vniuersum fecit ex nihi
lo. velut opus bonum. Gen̄. i.
Uidit deus cuncta que fecerat
⁊ erant valde bona: ⁊ vas de-
structum. i. humanum gen⁹ re-
parauit in melius. Sed not. ꝙ
primum humani generis vas
fuit conditio primorum paren
tum. Ná in ipsis deus reposue
rat imaginẽ ⁊ similitudinẽ suá
sed mulier misera vas suũ ica
te cõseruans illud confregit: ⁊
sic mutauerũt gloriam in simitu
dinẽ vituli comedentis fenũ.
Igitur pro reparatione huius
vasis plorauit humanũ genus
.v. milia ánorũ ⁊ vltra. ps. Fa-
ctus sum tãq; vas perditũ qm̃
audiui vituperationẽ multoꝝ.
tandẽ spũssanctus suggessit ⁊
docuit hunc artificem sapie. oi-
um enim est artifex: omnẽ hñs
virtutẽ oia prospiciẽs. Ad ipm̃
igitur clamauerunt sancti hu-
mili voce petentes reparationẽ
huius vasis. Job. vij. quis põt
facere mundũ de imundo con-
ceptum semine. Nõne tu qui
solus es? Et tũc omnium artifex
dei filius descendens. vas illud
multo preciosius reparauit in
virgine gloriosa q̃ prius esset.
Fign. Ciere. xviij. vbi legimus Fig.
dñm dixisse Ierusalẽ. Descẽ
de i domũ figuli: ⁊ descẽdit quẽ
facere vidit quoddã vas luteũ:
sed vas illud totum contritum
est. deinde terra ex eadem mas-
sa assumpta fecit vas optimũ
quẽadmodum ipse voluit: quo
facto dñs dedit Hieremie in si-
gnum ꝙ eque repararet vas. i.
populũ destructũ vt figulus vas
illud. spũaliter. subaudi p pri-
mũ vas primá mlierẽ quã ic⁹
diabolice tẽtationis a deo cõtri
uit: q̃ nõ remansit in ea nec in

ſuis poſteris tantū integritatis
vbi poſſet reponi ſintilla diuine
gratie nec valuit repari vas il-
lud per purū hoiem: ſed per ar-
tificē illū per quē vas illud fue-
rat fabricatuȝ. Unde ſuper illo.
Eccliaſtes. vij. Uide opera dei ⁊
ꝙ nemo corrigere pōt queȝ ille
deſpexerit dicit qdā iudeus no-
mine Rabi Azarias q fuit val
de autentic⁹ apud eos. In hora
inquit qua creauit deus ꝓmum
Adam tulit eū ⁊ duxit atq̄ȝ re-
duxit per omnes arbores para
diſi ⁊ dixit ei. Uide opera mea
q̄ȝ pulchra ⁊ laudabilia ſunt. ⁊
qcqd ꝓpter te creaui. ꝓbe men
tē tuā vt nō corrumpas aut di-
minuas ſeculū meuȝ. Si. n. de-
ſtruxeris nō erit poſt te qui re-
periet. Et nō ſolū tibi ⁊ poſteris
tuis ſed ēt ipſi iuſto eris relin-
quēs mortē. hec oia prudēs do
ctor. Ex quib⁹ verbis clare patȝ
qualiter fractio generis huma
ni reparari nō potuit per puruȝ
hoiem qꝛ oēs declinauerunt ſi-
mul. Et nō erat faciēs illud bo-
nuȝ vſq̄ȝ ad xp̄m qui ſolus fuit
iuſtus. Uenit ergo hic magr̄ re
parās vas virgineum. i. beatiſſi
mā Mariā quā fecit ex eodeȝ
luto. ſed ſanctificauit eā. ⁊ fecit
quēadmodū voluit. nā adeo re
pleuit ipſam ſanctitatis gratia:
vt tā ab originali q̄ȝ ab oi actua
li peccato deinceps eſſet mūda.
vnde ipa in. ps̄. In volūtate tua

ꝓſtitiſti decori meo virtuteȝ. In
ſigno igit̄ iſtius vaſis reparati
deſignauit qualiter repararet hye
ruſalē: qꝛ ꝑ ipaȝ glioſā virginē
liquorē balſami celeſtis. ſ. filiū
dei in ſacro vtero recipiēs nob
poſtmodū dedit ad oiuȝ repara-
tionē. vt felicius eſſet ꝙ ꝑ ipſaȝ
lucrati ſum⁹ q̄ȝ illō qđ per euaȝ
ꝑdideram⁹. vñ Criſo. ſup illud Cri.
Miſſus eſt. aue inqt gr̄a plena
Ultra iā diabolus aduerſum te
nō valet. vbi. n. ꝓus vulnerauit
bellator ibi primū medicus an
tidotū poſuit per mulierē decur
rit falacia: per mulierē emanāt
meliora. Nō verearis culpataȝ
ꝯdēnationē. Mater. n. illi⁹ qui
cōdēnauit efficieris: gr̄a in vte
ro materno ꝓfundaſti morteȝ.
Aue aiatum templū dei celi ter
req̄ȝ equilubrum.

q Uaſi aurora conſurgēs
can. vi. Naliter experi- B
mur egritudines huma
nas aleuiari ⁊ feras beſtias ad
latibula ſua fugere ⁊ hoies au-
daciores fieri in aurora q̄ȝ tpe
noctis eēt. Spūalr̄. totū tp̄s ꝓ-
cedēs aduētū beate virginis: fu
it nox ⁊ obſcuritas in qua egro
tabat humanū gen⁹ infernales
fere. i. demones ardentius dña
batur ⁊ homines timidi erāt in
ꝯſpectu dei ⁊ angeloꝝ ꝑꝑ ꝓmoꝝ
parētū maculā. Sed hac bñdi-
cta radiāte aurora curata ē egri
tudo humana fugit diabolus a

ꝯſpectu nr̃o. Jõ ipaꝫ aurorã ar-
bitranť vmbrã mortis. Et nos
facti ſumꝰ audaces ⁊ ſecri appa
rere corã dño ⁊ grãꝫ poſtulare.
Fig. Fig. Gẽn. xxxij. Cũ Jacob tota
nocte luctareť cũ dño apparen
te aurora dixitꝰ dñs vel angelus
cũ quo luctabať dimitte me au-
ra eſt qui dixit. Nõ dimittaꝫ te
niſi prius benedixeris mihi. Et
benedixit eũ in eodẽ loco di. nõ
vocaberis amplius Jacob ſꝫ iſ
rael erit nomẽ tuũ. Spũaliter.
laborans hõ in lucta cũ dño per
totũ tp̃s culpe non potuit ipſuꝫ
videre nec inclinare ad miſeri-
cordiã. ſed adueniẽte hac auro-
ra ſancta ait dñs. Dimitte me.
Ecce aurora lucet. Ecce virgo
mater miſericordie auctrix ad
illã recurr̃ amodo ab illa poſtu
la quicqd viſ. Amodo nequaq̃
vocaberis Jacob. i. lucrator. q̃
non te amplius ꝓpter p̃mũ cul
pã puniam non tibi moleſtiam
inferã. ſed nomẽ tuũ erit iſrael
q̃ videbis dei filiũ incoarnatũ.
⁊ quẽ prius vltorẽ dirum time
baſ: cognoſces amodo piĳſſimũ
redẽptorẽ. Igiť hec aurora bea
tiſſima inuocãda eſt in ſubſidi-
Verum cum oportet. Bernard. in
quodam ſermone. Si crimine
turbaris. ſi conſcientie feditate
confuſus: ſi baratro deſperatio-
nis abſortus. Mariaꝫ cogita:
Mariam inuoca. Nõ recedat
a corde nõ tranſeat ab ore. nã:
ipſam cogitans non erras. Ip
ſam rogans non deſperas. Ip-
ſam ſequens non deuias. Ipſa
tenẽte non corruis. Ipſa prote
gente nõ metuis. Ipſa duce nõ
fatigaris. Ipſa propitia per ue
nis. ⁊ ſic in temetipo experiri po
teris q̃ꝫ merito dictum ſit virgi
nis nomẽ Maria.

Sanctificauit tabernacu-
C lũ ſuũ altiſſimꝰ. p̃s. xlv. C
Precioſis reliquĳs cõ-
ſueuit fieri tabernaculũ aureuꝫ
vel argẽteum omni ornatu pre
paratũ. Nã precioſus locus de
betur precioſo locando ſm pro
portionẽ. Nulla reliq̃a precio-
ſior: nu llũ tã p̃cioſũ iocale vnq̃
mundus habere potuit q̃le fuit
filius dei. Idcirco decuit illũ ha
bere tabernaculũ p̃cioſũ: vbi re-
poneretť. Nam ipſe fuit ſpecio-
ſus forma pre filĳs hominum.
Ideo ſpiritusſanctus adeo ſan
ctificauit beatã virginẽ vt fieret
in d̃licĳs ſpecioſa iter filias hye
ruſalem ⁊ inter omnes creatu-
ras. Figu. Exo. xxv. vbi p̃cepit Fig.
dñs Moy. di. facies mihi ſan-
ctuariũ ⁊ ibi videbor a vob. por
tatũ eſt igiť aurũ ⁊ argẽtũ ⁊ la-
pideſ p̃cioſi. ⁊ ligna ĩputribilia
⁊ multiplex p̃cioſa materia ad
ducta eſt. ⁊ inẽti ſũt fabri ⁊ ope
ratores lignorũ ⁊ lapidũ. Fctõ
igiť opere: poſita ẽ ibi archa dñi
in qua erãt lapidee tabule mã-
datorũ. Manna ⁊ virga erant

Ibi duo cherubi ſeſe reſpiciētes extra i exteriori loco poſitū erat candelabrū aureū reſpiciēs ad aqlonē & ibi erat mēſa ppōnis panum. Et erat ibi altare holocauſtor. vbi. ſ. mactabat̃ beſtie offerēde in holocauſtum dño. & iſtud tabernaculū vocatū ē ſanctificatio. Spūalr. per hūc tab/naculū ſctificatū notat̃ v̾go maria que ſup oēs ſcōs ſanctior ē. Nā in eiuſ ſctificatione remota eſt ois macula ēt minimi peti. vt etiā ſanctos angelos ſʒ An/ſelmū ſuperet per puritatē por/tatū eſt aurū & argētū ꝛc. qꝛ celeſtis ſibi miſſa eſt gr̃e plenitu/do vt ipſa decoraret̃ lignis iputribilib⁹. ſ. pfecta charitate hu/militate ſobrietate prudētia ſa/piētia & ceteris v̾tutib⁹ abūdā/ter. Inuentus eſt vn⁹ optim⁹ faber. ſ. ſpūſanct⁹ qui ipſaʒ adeo ſubtiliter ornauit per artē ſuam vt fieret mr̃ & virgo. Repoſita ē ibi archa theſauri diuini qꝛ ip/ſe dei fili⁹ in vterū v̾ginis deſcē/dēs factus eſt hō. Ibi fuit ptās diuinitatis. Ecce virga. Ibi fuit aīa xp̄i in qua de⁹ ſcripſit am/pliſſimā ſapientiā. Ecce tabule Et caro in q̄ appuit dulcedo beniuolentie. Ecce māna. Erant i tabernaculo duo cherubin ſeſe reſpiciētes qui ſunt duo teſta/mēta mutuo veritatē de ipſa nūciantia vt pʒ de Luca & Iſaya. Eſt ibi altar̃ vbi mactant̃ beſtie ad imolandū: qꝛ ipſa virgo virginū ē exemplariū ad qđ ſi qs attendat plane reperiet q̄lr acta brutalia & beſtialia ſcilicet peccata debeant occidi & occiſa facere cū lacrhymis per cor cōtritū & humiliatū ſacrificiuʒ deo acceptum. Nā in hoc altari inueniet malleū humilitatis ad ꝯterēdū leonē ſuperbie aculeū charita/tis ad feriendū ſerpentē inuidie. Stimulū paupertatis ad percutiendū lupū auaritie. iaculū v̾/ginitatis ad feriendū porcū immūditie & ſic de alijs. Nam oia parata inuenies ad omnia pec/cata fuganda. Eſt ibi menſa panum quia in ipſa eſt omniuʒ tā peccatorū q̄ʒ iuſtorum refectio. Ibi eſt candelabrum reſpiciēs ad aqlonē exterius. No. p aq/loneʒ infernuʒ. Ie. i. ab aqlone pandet̃ omne malū. Inde eniʒ cōſurgens tenebrarū pnceps i inſidiat̃ fidelib⁹ & precipue ho/ra mortis. ſed in iſto ſacro alta/ri eſt candelabrū contra aquilonem exterius: qꝛ eſt in ea adiu/toriū & ſubſidiū ꝯtra diabolū in exitu vite preſentis. ſic igitur fuit ornatū v̾gineū tabernaculum vnde ipſa Eccl'ia. xxiiij. In me omnis gratie vite & v̾tutis. ꝛc. Ex iſto enim tabernaculo deus a fidelibus videtur qꝛ ipſa nob̄ dei filium dedit placatū & nobis ſociatum. Et ſic patet qualiter debuit ordinari tabernaculum

pꝛecioſum ad reponēdū eternū
regem venientem cum homini
bus ad conuerſandum. Unde
Leo Leo papa in ſermone natiuita
tis virginis. Oportebat quippe
pꝛius edificari domū in quā de
ſcendens celeſtis rex habēt di-
uine gratie hoſpicium. illam in
ſapientia edificauit ſibi domuꝫ.
Excidit colūnas. vij. ſeptē nāqꝫ
virginalis hec dom⁹ ſuffulta co-
lūnis extitit qꝛ venerabilis mr̄
dn̄i. vij. ſpūſſancti donis dotata
fuit. qꝛ vtiqꝫ ſapientia que attin
git a fine vſqꝫ ad fineꝫ foꝛtiter ⁊
diſponit oīa ſuauiter talē ꝯſtru
xit que digna fieret illū ſuſcipe-
re ⁊ de intemerate carnis ſue vi
ſcerib⁹ pcreare. Neceſſe igitur
erat ꝑus erigit thalamū qđ ve-
niētē ad ſancte eccleſie nuptiaſ
ſuſciperet ſponſū. h Leo papa.
L I Liberaſti me dn̄e ſꝫ mul-
titudinem miſericoꝛdie
tue. eccli. lj. Signuꝫ ma
gne libertatis eſt ⁊ nobilitatis ci
uitatibus tributū ſoluentib⁹ ſi
illa ex ſingulari pꝛiuilegio non
ſoluāt. Spiritualiter. oīs crea-
tura pure humana fuit peccato
ſubiecta. ⁊ per conſequens dia-
bolo tributaria. excepta beatiſ-
ſima virgine: que ex pꝛiuilegio
ſummi regis fuit ante ſanctifi-
cata qꝫ nata. ⁊ ſic fuit r̄pleta gra
tia. Ita ꝙ cuiuſcūqꝫ peccati tri-
Fig. buto extitit penitus aliena. Fi.
Geñ. xlvij. vbi legimus tp̄e il-
lius magne egeſtatis tota terra
egypti fuit tributaria Pharao
ni excepta terra ſacerdotali. q̄
libera erat ex regis pꝛiuilegio.
Spūalr̄. tp̄e quo fuit in mūdo
tāta egeſtas grē. omnis huma-
na creatura tributaria fuit pec-
cato excepta matre ſacerdotis
magni ſꝫ oꝛdinem Melchiſa-
dech. que ex diuino ꝑuilegio li
bera fuit. Nā đ dira ſeruitute to
tius humāe nature loquit̄. Je.
in trenis di. Quō ſedet ſola ci-
uitas plena populo facta ē qua
ſi vidua dn̄a gentiū ꝑnceps ꝓ-
uinciaruꝫ facta eſt ſub tributo.
vocat. n. humanā naturā dn̄am
aliaꝝ creaturarū inferioꝝ qꝛ ſic
ab initio a ſuo factoꝛe ꝯdita fu-
it. Sed de libertate hui⁹ ſanctiſſi
me terre. ſ. ꝟginis glioſe loqtur
ꝓpheta in. pš. deſcribens eā ſub
nomine ciuitatis. d. Glioſa dcā
ſūt de te ciuitas dei. Hec igit̄ fu
it terra ſacerdotalis de qua ſū-
mus ſacerdos nat⁹ eſt qui ꝓ no-
bis fact⁹ eſt ſacrificiū deo acce-
ptū ⁊ hoſtia imolationis. vnde
Leo papa in ſmo. nať. ꝟginis Leo
ſic dicit. obſecro dilectiſſimi fra
tres mei hanc nr̄e ſalutis hiſto
riā diligēter itēdere coꝛde vigi
letis oculi nō doꝛmiāt. Cū i hu-
mano genere hō iueniri nō poſ
ſet ſine ſoꝛdib⁹ creatoꝛ oīum de
btiſſima ꝟgine carnē ſumēs ſi-
ne pcō nat⁹ eſt ⁊ ꝯuerſat⁹ ē i mū
do, ecce ſacerdos ſctūs, nulla in

ſe habens peccata ⁊ idcirco di-
gnꝰ ⁊ potẽs fuit: vt ſacrificiũ of
ferẽs aliena mũdaret peccata.
Qḋ ergo in rebus humanis in
uenire nõ poterat ꝓciũ noſtre re
dẽptionis redẽptor nr̃ ſemetip
ſum obtulit hoſtiã in odorẽ ſua
uitatis. Sic ipſe factus eſt ſacer
dos ⁊ ſacrificiũ ⁊ redẽptor ⁊ p-
miũ. hec Leo. Bene igit̃ decuit
terrã illã fecundã que talẽ ꝓdu
xit fructum liberã fieri ab omni
tributo peccati. qḋ ſic factuȝ eſt
Aug. gr̃a diſpenſante. vñ Aug. de na-
tura ⁊ gr̃a ait. Excepta virgine
beata de quo ꝓpter honorẽ dñi
nullã penitus habere volo que-
ſtiõeȝ: qꝛ ſcimꝰ ꝙ ei plus colatũ
fuit gr̃e ad vincẽdũ ex omni ꝑ-
te peccatũ qꝛ ↄciperet parẽ me-
ruit eũ quẽ cõſtat nullũ habuiſ
ſe peccatũ. hac ergo virgine ex-
cepta ſi oẽs ſanctos ⁊ ſctãs cum
hic viuerẽt iterrogare poſſemꝰ.
vtrũ eẽnt ſine pctõ qḋ fuiſſet re-
ſpõſuȝ putamꝰ niſi ꝙ ait Joã. ſi
dixerimꝰ qꝛ peccatũ non habe-
mus ipſi nos ſeducimus ⁊ veri
tas in nobis non eſt.

Ecce ſplẽdida fulgebis.
E I Tob. xiij. Nota ꝙ fene-
ſtra vitrea talis eſt natu
re ꝙ per ipſam itrat lux ſed nõ
puluis vel aqua. Et ratio eſt. qꝛ
vitrũ eſt corpus dyaphanũ quod
aptũ eſt ad lucẽ recipiẽdã ⁊ eſt
tñ hec magne ſoliditatis ⁊ ideo
impenetrabile. Spũaliter. bea-
ta virgo Maria fuit feneſtra lu
cifera. i. lucẽ ferẽs generis ſal-
uandoꝝ ⁊ tam corpꝰ eius q̃ꝫ ſpi
ritus adeo fuerũt ſolidati diui
na gr̃a ꝙ licȝ per ipſam lumẽ eter
ni ſolis nobis illuxerit: tñ neqȝ
per ipſam guta peccati neqȝ ma-
cula culpe vnq̃ꝫ deſcendere va-
luit. Fig. Geñ. vj. vbi legimꝰ ꝙ Fig.
i archa Noe per quã ſalus mũ-
do remãſit erat feneſtra vitrea:
per quã lux intrabat habitanti
bus in archa ⁊ tñ aqua diluuij ꝑ
feneſtrã illã intrare non valuit
nec penetrare. Spũaliter. ꝑ ar-
chaȝ nota beatã virginẽ in qua
Noe. ſ. vera requies. ſ. dei filius
requieuit. Qui creauit me req-
euit in tabernaculo meo. Aures
nãqȝ eius adeo erãt dyaphane
vt per ipſas intraret diuina lux
angelo nunciãte ⁊ hanc lucem
oẽs ſaluandi ꝑticipant. Eccle.
xxiiij. Ego feci iquit in celis vt
oriret̃ lumẽ indeficiẽs ſed cum
hoc tãte fuit ſoliditatatis vt nec
aq̃ alicuiꝰ pci ꝑ ipſã vel ad ipaȝ
poſſent accedẽ. volẽtes igit̃ ad
eternã peruenire patriã. hãc lu
cẽ tota adheſione aſpiciãt vt per
ueniãt. vñ Ambro. ſup Luc. ſit Am.
igit̃ nobis tanq̃ꝫ ymago deſcri-
pta virginitatis vita Marie i
qua velut i ſpeculo refulget ſpi-
ritꝰ caſtitatis ⁊ forma virtutis.
Hinc ſumatis exempla viuen
di tãq̃ꝫ i exẽplari magiſteria ꝓ
bitatis. que quid corrigẽ quid

fugere quid tenere debeatis o-
ſtendunt.

Recepi mulieri vt pa-
ſcat te. iij. Regū. xvij.

5 P

Multū honoris cōfert
viro ſuo vxor circa miniſteriū
ſolicita. ꝯtingit enim interdū
ad domū patriſfamilias acce
dere peregrinos improuiſe: q̄
bus cōmode miniſtrare nō poſ
ſet: niſi vxore mediāte miniſtra
ret. Naꝫ quedā ſūt que intantū
habent in promptū q̄ volūt vt
ſtatim oia videant̄ preparaſſe.
Spūaliter. paterfamilias deus
volens ꝓuidere peregrinis. ſcꝫ
hominibus: q nimio labore laſ
ſati querebāt refectionē. voluit
beatā virginē ſponſam ſuā eſſe.
cuius ſolicitudīe ecclie filijs de
ficientibus ad ꝯuiuiū diuinum
abundanter ꝓuideret. ps. cxx
vij. Uxor tua ſicut vitis abun
dans in circuitu menſe tue. ꝛc.
Figu. Gen. xviij. vbi legim⁹ q̄
cū tres viri veniſſēt ad taberna
culū Abrahe: ipſe vocauit vxo
rem ſuam dicens. Accelera tria
ſata ſimile ꝛ fac pulmentū qd
fecit ꝛ viros illos refecit. ꝛ tres
viri illi angeli erāt: ſed in ſpecie
viri erāt viſi. Spūaliter. ꝑ tres
viros illos ſubaudi tres aie rō
nalis vires: quibus hūana na
tura angelis ꝛ deo aſſimilat̄. ſ.
memoriā: intelligentiā: ꝛ volun
tatē: vel per tres viros illos tri
plex hominū genus ſeu tp̄s. ſ. q

fuerūt in lege nature. q fuerūt
in lege moſayca: ꝛ q fuerunt in
lege gratie. Nam in hoc tripli
ci ſtatu fuerunt hoies peregrini
ꝛ apparuerunt tabernaculo A
brahe. ſ. militantis eccleſie. licꝫ
aliqui ſpūaliter ꝛ perſonaliter:
aliqui fidei deſiderio. Abrahaꝫ
vō pater magne familie dñs de
us noſter eſt. videlꝫ volens om
nib⁹ ꝓuidere de vno pane. ſ. de
incarnato vbo ꝓuidit. Et idem
fuit dei filius: in quo refecti ſūt
antiqui ꝛ quo reficiunt̄ nouiſſi
mi. Unū Leo papa in quodā ſer Leo
mone. Uerbi inquit incarnatio
h̄ ꝯtulit facienda q̄ facta. ꝛ ſa
cramētū ſalutis humane i nul
la vnq̄ antiqtate ceſſauit. queꝫ
ꝑdicauerunt aplī: hūc ānūcia
uerunt pphete. nec ſero eſt adi
pletū qd ſemp eſt creditū. Nec
minus adepti ſunt qui in illuꝫ
crediderunt ꝓmiſſū: q̄ꝫ q ſuſce
perunt donatuꝫ. Hec Leo. Ut
igitur. h̄ panis ꝑ humano gñe
reficiendo ſic fieret: vocauit A
brahā Sarrā. i. beatā virginem
cuius ſancto vtero ex trib⁹ ſatiſ
ſimile fact⁹ eſt panis iſte. Ber. Ber
lib. i. de ꝯſideratiōe. Mulier i
quit euāgelica que miſcuit tria
ſata farine fuit beata virgo que
in incarnatōe fermēto fidei ſue
ꝯmiſcuit tria ſata. i. nouū anti
quū ꝛ eternum. ſ. aiam de nouo
creatā. Corp⁹ de natura. Adam
ꝛ eternū de vnione diuinitatis.

G 5 Ratia ſuper gratiam muli er ſancta et pudorata. Eccle. xxvi. Nunq̃ pōt furor viri citius māſueſcere q̃ p mulierē ſibi placitā. Exēplum nāle. Siroferos ferē aial terribile ferenſ in fronte cornua cuius ictu nemo valet ꝓtegi. Sz expoſita corā illo puella virgie deponit ferocitatē et cadens coram illa obdormit i gremio eius. Spūaliter. furor diuie iuſtitie ꝯ genus humanū terribiliter vrgebat intantū q ictū illius omēs vſq ad inferos tranſiuit. Sed vgo hūilis et manſueta inuenta eſt placita in ꝯſpectu eius: cuius amore captus depoſita oi feritate deſcēdit in vterū eius: et factus ē nobis benignus ꝓtector. Fi. Heſter. iij. vbi legimus q Aſſuerus dederat ſup iſrael capitalē ſniam et ſub pena mortis mandauerat neminē ad illū accedere niſi vocatū. ſed tunc ſuaſa Heſter puella decora nimis a Mardocheo patruo ſuo aſſūptiſ duabus puellis ad ſuū obſequiū: quarū vna fimbriis veſtimēti tegebatur. alterius vo brachiis ſuſtētabatur: ingreſſa eſt ad regez. Que cū vidiſſet regis magnificētiaz ſtupore ac pauore repleta cecidit in brachiis puelle pdicte. ſz cū rex eius admirabilē inſpiceret pulchritudinē deſcēdēs de ſolio ſuo virgā quā manu tenebat depoſuit in ſignū clemētie, et manibus ꝓpriis ſubleuauit heſter. et ꝯfortauit ipſaz: et ad ipſius poſtulationē aſſenſit ac domuz et pplm illius ad mortē ꝯdēnatū liberauit et occidi fecit inimicuz ſuū Naamā q pplm ſuū ꝓcurauerat mori. Spūaliter. p Aſſuerū qui interptatur beatitudo. ſubaudi deū cuius cognitio eſt aiarū felicitas. Hic erat iratus hūano generi pp ſeductionē quā diabolus illi ꝯſentienti impſſerat. et ſtatutū erat oēm hoiem mori ps. Quis eſt hō q viuet et nō videbit mortē: aut qs eruet aiam ſuā de manu inferi: non poterat qs p gratia impetrāda ad ipm accedere: q̃uis ſcūs Jer. vij. Tu aūt noli orare p pplo iſto: quia nō exaudiā te. Sed inuēta ē Heſter q interptatur abſcōdita p q̃m ſubaudi beatiſſimā Mariam q abſcōdita erat mūdo. ſed notiuz cognita deo. Unī Jſa. vij. vbi textus nr hz. Ecce vgo ꝯcipiet filiū hebraica vitas hz. Ecce alma cōcipiet filiū. et no. q alma idē ē qd vgo abſcōdita. hec igitur pſuaſa a mardocheo ꝓpinquo ſuo. i. ab angelo Gabriele: cui virginitas cādida dē eſſe ꝓpria quā intrauit ad regē eidē locutura p hūani gnis ſalute. Cum igitur myſteriū incarnatiōis audiret: et ſe tm̄ magnificari cognoſcerz obſtupuit: et turbata ē turbatōe admiratiōis et cecidit in brachiis vnius puelle. No. pr

 quas noīatas sup puellas vir tutē humilitatis & ỽtutē caſtita tis. vtraqꝫ iſtaꝝ fuit in ſingula ri ỽginis obſequio. Cecidit vir go lƀata in brachijs qñ vox illa colūbina ſuauiſſime itonuit. d. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcḋꝫ ỽbū tuū. Ad hanc igiẗ vocē in tonuit de celo dñs & altiſſimus dedit vocē ſuā & ait. Uulneraſti cor meū ſponſa ſoror mea. vul neraſti cor meū in vno oculoꝝ tuoꝝ: qꝛ certe btā ỽgo lꝫ placue rit ỽginitate multū nihilomi nus magis fuit accepta ex eiuſ humilitate. Deſcendit igiẗ rex excelſus: depoſita oi feritate in virginitatis vteꝝ: & ex illa fact hō liberauit pplm ſuū ꝑcutienſ diabolū. q ꝓcurauit ꝑditionē hūani gnīs ꝑ lignū: & ipſe ꝑ li gnū vict & ꝯtrit eſt. Et no. q i tex. ſequiẗ. ſ. q rex Aſſuer oēs poſſeſſiōes q̄ fuerant Aaaman donauit Heſter & pplo ſuo. qꝛ ipſe dei fili poſtq̄ꝫ ꝑcuſſit diabo lū eterne btitudinis palatia bea te virgini dedit & pplo credētiū. Ecce quātā grē plenitudinē ꝓ curauit nobis virginalis hūili tas: maxime qꝛ quē celi & ter ra capere nō poterant, ſuo con tinuit vtero. Unde Aguſtinuſ
Aug ſuper his nimio ſtupore mira tus eam alloquitur dicens. dic mihi iā q̄ſo ſancti ſanctoꝝ liliū mr: quō florē niuei candoris & ꝯualiū ſine ſucco hūane ꝓpagi niſ: & ſine vmbre carnalis ſemi nis i ſinu ecclie germinaſti: dic queſo mihi vnica mater qbus manib vel quo diuinitatis arti culo in vtero tuo format eſt fi lius. Cuius ỽ ſolus eſt pater. dic obſecro te per illū q te taleꝫ fecit vt ipſe fieret i te. Quid bo ni egiſti quē premiū obtuliſti? per q̄s poteſtates abijſti? quos patronos adhibuiſti? q̄ ſuffra gia premiſiſti? quo ſēſu vel qua cogitatione ad h̄ vt acciperes ꝑ ueniſti vt virt & ſapiētia p̄ris q̄ attingit a fine vſqꝫ ad finem for titer: & diſponit omnia ſuauiter totus vbiqꝫ manens: & ſine vlla ſui mutabilitate in vterū tuū ve niēs: ita caſtū caſtellū tui vētriſ incoleret: & ingrediēs nō lede ret: & exiens incolumen cuſto diret. Dic ergo mihi quō ad h̄ perueniſti? Et illa. queris a me quid obtuleriꝫ muneris vt mei mater efficerer creatoris. Ob latio mea eſt virginitatis pro miſſio. Oblatio mea eſt humi litas mea. Et iō magnificat aīa mea dñm. Luce ꝑmo &c. Et ſe quiẗ qꝛ reſpexit nō auro eleua tam tunicā meā nō pōpoſo cul tu radiantis auri ornamētum ceruicis mee: aut precioſorum lapidū margaritaꝝ dependenti um aſpexit in auribus meis. ſꝫ reſpexit humilitatē ancille ſue. venit enim ad humilem māſue tus requieſcens ſuꝑ maternuꝫ

ſpūm hūilē ⁊ māſuetū. h aug.

h Ecce nubes lucida obum

e brauit eos Mat. xvij. ¶Naliter nubes nō eſt lucida pp ſpiſſitudinē. vñ videm⁹ ꝙ ipſa nobiſ lucē ſeu radios ſolis ⁊ lumē ſtellaꝝ tollit. Ideo ſi nubes lucida eſt: hoc eſt ſup naturā eius ſicut appareret de nube in trāſfiguratōe que fuit multū lucida vltra naturā nubiuȝ. Spūaliter. nulla creatura humana ꝙ̄tū eſt de ſui natura: potuit eſſe lucida ⁊ ſancta pp culpā tenebraꝝ ⁊ ꝯdenſationē peccati. Et ideo cū beata Maria i mūdo mūda ⁊ lucida apparuit hoc fuit ꝯtra ꝯſuetudinē humanā: q: in ipſa rex eternus transfiguratus eſt. ⁊ de furibundo iudice mutatus eſt in piiſſimū patrē. Ergo nota per lucidā nubeȝ beatā virginē ꝓpter tria in nube lucida reperta. Nā nubes habet fecūdare eo qd̄ inducit beneficiū pluuie ſuper terrā. Habet eſtū tēperare q: ſe interponit inter nos ⁊ ſolē: ⁊ habet illuminare q: vt dictuȝ fuit ſupnaturalit̄ lucida eſt ſic beata Maria hec tria pleniſſime habuit. Nā primo fuit fecūdiſſima q: abundātiā pluuie gratiaꝝ fecit in mundo deſcēdere. ps. lxxi. Deſcēdit ſicut pluuia in vellus. ⁊ tēperat nobis eſtū diuine iuſtitie cū peccam⁹. qa ſe interponit inter nos ⁊ deū pro cura delictoꝝ nr̄oruȝ. Caſſio. in quodā libello. Tu inquit afflictis medica ſingul'qs tuo nō egeat munere cū omnibus peccare commune habet in ſua luce ducere aut reuocare errātes ad terminū. Ber. ij. ſmo' de nc. virgo regia ipſa eſt via per quā ſaluator venit ꝓcedēs d ipſius vtero tanꝙ̄ ſponſus de thalamo ſuo. ⁊ ſubdit per acceſſum habemus ad filiū. O benedicta inuētrix gratie. Genitrix vite. ſalutis mr̄. Figu. Exo. xiij. vbi nubes ignea ducebat filios iſrael per deſertū verſus terrā ꝓmiſſionis q̄ ipſos ꝓtegebat etiā ab eſtibus ſolis. ꝑduxit ad petram oreb vbi ſitientibus data eſt aq̄ lariſſima. Spūal'r. ꝑ hāc nubeȝ ſubaudi virginē gl'oſam vt dictū eſt. que illa ſuperius tria dicta nobis abūdāter p̄bet. vt oīs natio bn̄ficio ei⁹ gaudeat. ber. ſermo. ij. Ad btāȝ v̄ginem ſicut ad remediū: ſicut ad archanuȝ dei: ſicut ad rer cām: ſicut ad negociū ſeculoꝝ: reſpiciūt qui i celo ſūt. Et qui in purgatorio habitāt. Et qui p̄ceſſerūt. ⁊ nos q̄ p̄ntis ſumus: ⁊ qui'ſequuntur enei ⁊ nati natoꝝ. Et qui naſcētur ab illiſ. Illi qui ſunt in celo vt reſtaurent̄ ⁊ q in purgatorio vt eripiant̄. qui p̄ceſſerūt vt ꝓphete fideles inueniant̄. Et q ſequunt̄. vt glorificentur.

n E dimittes legē matris tue ꝓuer. i. Nulla res ē I

Caſ. Ber Fig.

adeo difficilis quã nõ temperet maternus amor. Exẽplũ hẽm⁹ in natura. Gallina.n.cũ ſit ani mal infirmũ ⁊ debile pro libera tione pulorꝫ aggredit̃ fortiorez ſe.vt canẽ.⁊c. Et pro educatiõe pulorꝫ ſuorꝫ multa ſolicitudĩe la borat. Ħ ꝑ tãto deũ ſit ad oſten dendũ matrem oĩ feruenti affe ctu filios diligere. Spũaliter. peccator eſt in pñti vita oĩ conſi lio deſtitutus pp peccatũ niſi iu uetur cõſilio ṽginis matris ma rie que ſingulari ꝓrogatiua dr̃ aduocata peccatorꝫ ⁊ mater. hec n. oĩ ſolicitudĩe ſe interponit ꝓ filijs ſuis pro fortiores ſe nõ di co ꝫ.ſ.cõtradicendo: ſed dico ꝙ cũ peccator ex cl̃pa meret̃ mor tẽ ipa totis virib⁹ inuadit xp̃m precibus ⁊ ſuffragiis ⁊ ꝓ pec catore intercedit qui iſtius ma tris ꝯſilio ageſcat. ꝯ odioſo red dit carũ ⁊ gratũ. Figu. Geñ. xx vij. vbi legimus ꝙ cum Rebec ca mater Jacob cupiens ipſuz Jacob benedictionẽ ꝓmogeniti obtinere: vocauit illum ad ſe di cens. Audi cõſiliũ meũ fili mi. vade ⁊ porta mihi duos edos ⁊ quoquã illos prout ſcio patrez tuũ libẽter veſci. ⁊ dabis illi co medere vt benedicat tibi anteꝗ̃ moriat̃. Et reſpõdit Jacob. Cũ ſim lenis ⁊ frater me⁹ ꝓmogeni tus cuius eſt benedictiõ eſt pillo ſus timeo ne putãs me illũ vel le illudere loco benedictõis ma ledictionẽ recipiã. Ad quẽ illa. Super me ſit illa maledictio fi li mi. Obediuit ergo Jacob. ⁊ il la edi pelle impoſita collo ⁊ ma nibus Jacob miſit illũ cũ epu lis paratis ad patrẽ qui ipſum primogenitũ eſſe putãs eo ꝙ ve ſtibus ꝓmogeniti tegebat̃ bene dixit illi benedictione primoge niti. Et ꝯſtituit eũ dñm domus ſue. verũtamẽ cũ Jacob loq̃ret̃ ait Yſaac pr̃ eiuſ vox quidẽ vox Jacob eſt: ſ; manus ſunt Eſau. Spũaliter. rebecca interꝑtatur que multũ accepit. ⁊ bene deno tat beatã virginẽ Mariã q̃ cete ris creaturis ſuperabũdauit in gratijs. puer. vltimo. Multe fi lie ꝯgregauerũt diuitias ſed tu ſupergreſſa es vniuerſas. p yſa ac pr̃em Jacob qui interꝑtatur riſus ſubaudi xp̃s qui eſt diſtri butor ⁊ diſpẽſator atq; dñator ꝓmo geniture celeſtis ⁊ ſupne hr̃ditatis. Sed no. ꝙ hec hr̃di tas debet̃ iuſtiſ. ⁊ ſãct̃. ps. xxiij. inocẽs manib⁹ ⁊ mũdo corde q̃ nõ accepit in vanũ manũ ſuam nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo. Hic accipiet bñdictionẽ a dño. Talẽ ergo facit dñs primogeni ture heredem. ps. Ego ꝓmoge nitũ ponã illuz. ⁊c. Per Jacob lenẽ ſine pilis ſubaudi hic pec catorẽ meritis ⁊ virtutib⁹ ſpo liatuz. Igit̃ hec piiſſima mr̃ cu piens peccatorẽ premia penitẽ tia ducere ad gratiam ad cele

ſtem obtinẽdā hereditatē eū⁹ad
ſe vocat di. Audi conſiliū meū3
fili mi. ps. xxxiij. Venite ⁊ audi
te me: timorē dñi docebo vos.
Porta inqt mihi duos edos .ſ.
ꝯtritionē ⁊ confeſſionē ⁊ chari
tatis mee igne decoquā: ⁊ illos
pr̄i tuo xp̄o dabis vt tibi indul
geat ⁊ bñdicat anq̄3 moriaris:
ſ3 rn̄det peccator: vide q2 lenis
ſu3 ſine meritis: ſine virtutib⁹:
ſine ſatiſfactiōe: nū boni feci: co
gnoſcet me nō eſſe primogeni
tū. i. iuſtū: ſed peccatorē ⁊ impi
um: ſed cōfortat ipm miſericor
die mr̄. Et tunc pctōr virginis
pſidio ꝯfortat⁹ corde ꝯtrit⁹ per
git ad ꝯfeſſionē: ⁊ tāgit eu3 xp̄s
manu ꝯfeſſoris. ⁊ odorat veſtiū
primogeniti ſuauitatē. ſ. cor cō
tritū ⁊ humiliatū. Et dicit. vox
qde3 vox Jacob eſt. ac ſi dicat
vox peccatoꝝ tuorū que clamat
ꝯ te eſt vox iudicandi ⁊ condē
nādi. ſed manus. i. affectiones
penitudinis tue te primogeni
tum effecerunt: ⁊ non recogno
ſcit ipſum eſſe Jacob. q2 in qua
cūq3 peccator hora peccata ſua
gemit pater iſte peccatoꝝ illorū
non recordat̄ amplius: ⁊ bñdi
cit illi in pinguedine terre ⁊ ro
re celi: q2 ſibi in pn̄ti gratiā tri
buit: ⁊ gloriam in futuro. Ergo
optimū ꝯſilium eſt talis matriſ
que ſic nouit peccatores ad xp̄i
Ber miſericordiā, puocare. Ber. in
quodā ſer. Si inquit ad dei ma
ieſtatē nō audes accedere nō li
queſias ſicut cera a facie ignis.
Vade ad matrē miſericordie: ⁊
oſtēde ſibi tua vulnera. ⁊ ipa p
te oſtendet filio pectus ⁊ vbera:
⁊ filius oſtēdet patri lat⁹ ⁊ vul
nera. Pater ñ negabit filio po
ſtulanti. Filius nō negabit mr̄i
interpellanti: mater non nega
bit peccatori ploranti. h Ber.

d Digito ſuo ſcribebat in K
terra. Jo. viij. Ad actu3
ſcribendi requirit̄ hoc.
Primo ſcriptor: inſtrumentū
quo ſcribitur: tinctura ⁊ mate
ria in qua ſcribatur. Et tūc po
teſt fieri ſcriptio ⁊ illam expo
nere legendam his qui legere
nouerunt. Spiritualiter. Hec
concurrunt in liberatione illi
us deprehenſe ⁊ in liberatōe na
ture humane in peccato lapſe:
quia fuit ibi filius dei: ſcilicet
ſpiritus ſanctus. fuit ibi tinctu
ra. ideſt ſanguinis Chriſti. fuit
ibi materia in qua ſcriberetur
tanq̄3 in libro. i. beata virgo ma
ria. Nam ipſa fuit in qua pri
us prophete depinxerunt paſ
ſionem Chriſti. Et poſtmodu3
tēporis proceſſu ſanguine chri
ſti fuit aſperſa. Jdcirco ipſa ob
tinuit ſepte3 ſpiritus ſancti do
na: vt quilibet etiam poſſit le
gere quantam fuerit paſſus
paſſionem. Et quam magnam
nobis intulerit miſericordie
largitate3. Figura leuitici quar Fig.

ro. vbi legimus qđ Moyſes. ſe
pties aſperſit altare ꝓpitiato
rij qđ erat in tabernaculo ſan
guine vituli digito ſuo. vt per h̄
accedẽtes ad tabernaculũ remiſ
ſionẽ peccatoꝛũ inuenirent: ⁊ đ
us ꝓpitiaretur illis. Spũaliť.
per hoc altare ad qđ ſumm⁹ ſa
cerdos ſolus accedebat ſubau
di beatã virginẽ ad quã ſumm⁹
ſacerdos nr̄. ſ. dei fili⁹ ſolus đſcẽ
dit vt ibi cõficeret hoſtiã quam
pꝛo nobis imolaret. Aſpergitur
ſepties ſanguine occiſi vituli qꝛ
ſepties percuſſa eſt gladio paſ
ſionis redemptoꝛis noſtri ⁊ filij
ipſius. Pꝛimo a Simeone qñ
audiuit. Et tuam ipſius animã
pertranſibit gladius. Secundo
qñ audiuit ipſum tota nocte fla
gellari in domo cayphe. Tertio
qñ ipm vidit caſtigari in ꝑtoꝛio
Pilati. Quarto qñ audiuit ip
ſum ad crucẽ condẽnari. Quin
to qñ vidit illi crucẽ imponi ſu
per humerũ. Sexto qñ vidit ip
ſuz in cruce poni. ⁊ manus ⁊ pe
des ipſius ꝯfigi ⁊ caput eius co
rona ſpinea coꝛonari ⁊ ẽt aceto
felle mixto potari. Ultimo quã
do vidit latus aperiri. Iſta oia
percuſſerũt coꝛ virginis ex quo
patiebatur coꝛ virginis vt caro
Hyc xpi. Vñ Hyero. in quodaz ſer.
Quot inqt leſiones in coꝛpoꝛe
xpi tot vulnera in coꝛde mr̄is.
Quot ſpine pongẽtes: quot cla
ui perfoꝛãtes quot ictus carne
rũpẽtes tot ſagitte per oculos i
trãtes. ⁊ tot coꝛ ⁊ aiam Marie
virginis vulnerãtes. vt ipſa di
cat nõ peccaui ⁊ in amaritudini
bus moꝛať oculus meus. Ergo
beata virgo altare eſt in cui⁹ coꝛ
de occiſus vitulus ſacrificij ⁊ ſã
guine illius aia eius ſepties eſt
aſperſa. Ideo ipſa facta eſt liber
federis in qua ſcripſit ſpũſſan
ctus. vij. dona ſpiritualia pꝛe oi
bus abundãti⁹. vt cupiẽtes deũ
repꝛopitiari ſibi accedant ad ip
ſaz ⁊ inueniãt magne miſericoꝛ
die copiã. Ber. i ſer. Quis mi Ber
ſericoꝛdie tue o benedicta longi
tudinẽ latitudinẽ ꝓfunditatez
atqz ſublimitatẽ queat inueſti
gare. Naz longitudo eius vſqz
ad nouiſſimã diẽ inuocãtib⁹ cã
ſubuenit vniuerſis. latitudo ei⁹
replet oꝛbem terrarum ſublimi
tas eius ſuperne ciuitatis inue
nit reſtaurationẽ. Et ꝓfunduz
eius miſericoꝛdie ſedentib⁹ i te
nebꝛis ⁊ vmbꝛa moꝛtis redem
ptionem obtinuit. hec Ber.

Go ſum lux mũdi. Io.
c viij. Tempoꝛe caliginis E
nequit inueniri de facili
res que cecidit inter ſoꝛdes niſi
appꝛehenſo lumine perquira
tur locus ille in quem dignoſci
tur cecidiſſe. Spiritualiter. hu
mana natura per ineptam pꝛi
moꝛum parentum cuſtodiã: ce
cidit inter ſoꝛdes peccati ⁊ cul
pe ſine omni releuationis ſpe:

ſcriptũ eſt de ſe. pſ. iſixus ſum i li mo pfundi ⁊ nõ eſt ſubſtãtia ſ3 veniẽs virgo beata acceſo lumi ne diuino ſeruata ẽ hanc rẽ pdi tã ⁊ inuentã poſuit in loco debi to q2 ipſa3 copulauit ordinibus angelorũ. Figu. Luce. xv. Ubi
Fig. dñs i parabolis loquens dixit dragmã vnã pditã3 fuiſſe ex. x. Et mlier accẽſa lucerna reuolu it totã domũ ⁊ inẽtã cũ alijs. ix. poſuit vocãs cõuicinos dicens ɔgratulamini mihi ⁊c. Spũali ter. x. dragme ſũt. x. creaturaꝝ genera rõnaliũ. ſ. ix. angelorũ ordies ⁊. x. ẽ natura hũana. Ex oib⁹ eni3 illis celi pulchritudo cõſiſtit. Na3 denari⁹ numer⁹ eſt ɔplectiſſim⁹ ſ3 q2 ex culpa prio rũ parentũ vt dictũ eſt. Hũana natura q. x. dragma dr̃ cecidit de manu inocẽtie ⁊ imerſã i ſor dib⁹ nõ erat qui inde poſſet eri pere. Et hoc totũ vniuerſũ erat turbatũ. Sed tũc ſubuentrix il la mulier ſancta ⁊ pudica iple uit lucernã. i. mẽtẽ ſuã oleo hu militatis i quã mox lumẽ diuie maieſtatis deſcẽdit. Et hec mu lier totã reuoluit domũ q2 ipſã naturã quodãmodo mutauit to ta3: vt ipſa fieret mater: virgini tatis tñ pudicitiã nõ amitteret. Extraxit igĩ hãc dragmam de ſordib⁹ ⁊ eã ɔiunxit. ix. angelo ru3 ordinibus. quo facto vocat oẽs aias ſaluãdoꝝ. d. Uenite ad me oẽs q cõcupiſcitis me dlici is meis adimplemini. Pat3 igi tur q3 ſublimiter. et ſupra nãm beatiſſima virgo Maria circa natur hũane ſalutẽ operata eſt. Unde Hiero. in ſermõe aſſum ptionis eius. Quod nã inqt nõ habuit vſus neſciuit. Ignorauit rõ mens nõ capit humana. pa uet celu3: ſtupet terra: creatura celeſtis miraẽ: hoc totũ per Ga brielẽ Marie diuinitus nũcia tur ⁊ p xp̃m adimpletur. Hie.

Um lucẽ habetis credi te in luce3. Jo. xij. Fini to completorio in eccle ſia extinguũẽ oĩa luminaria ex cepta lãpade q ſemp ſtat coram altari maiori que pro tanto ibi dem ardere permittiẽ: q2 corp⁹ dñi ſemper manet ibi. Et cũ eti am ſacriſta aut alius noctis tẽ pore aliquo ſuperueniẽte caſu i diget lumine pergit ad lãpade3 illa3 lumie alibi nõ inuẽto: q2 il la ſemp ardet. Spũalr. tpe quo myniſteriũ dñice paſſiõis cõſu mabaẽ oẽ fidei lumẽ quodãmo do fuit extinctũ. qñ oẽs eo reli cto fugerunt. Sed vna lampas tñ accenſa remãſit. ſ. beata ṽgo Maria i qua ſemp fidei lumẽ vixit ⁊ exarſit i ipſa ṽa charita tis ignis. ⁊ h̃ ſtetit iuxta altare. i. iuxta crucẽ i qua pẽdebat cor pus xp̃i. Jo. xix. Stabat iuxta crucẽ Jeſu mater eius. In cui⁹ ſignũ trib⁹ noctis maioris heb domode ⁊ tenebre ſiũt oĩa lumi M

maria extiguūť vno excepto ꝙ
latet ſub altari. Nā fugiētib⁹ di
ſcipulis virgo maria ſub cruce
remanſit mente ⁊ corde cū filio
crucifixa: lꝫ corpoꝛe iuxta crucē
ſemiuiua iaceret. Nō deficit ne
qꝫ deficit aliquādo lumē illius:
qm̄ oēs tp̄e noctis.i.cū nebula
tentatiōis vrget. ⁊ caligo culpe
grauat lucē ei⁹ gratie inueniūt
paratā. ꝓuer. xxxi. Nō extigue
Fig. tur lucerna illi⁹ in nocte. Figu.
Exo. xxvij. vbi legim⁹ ꝙ ī tem
plo lucerna ſemꝑ ardebat ⁊ nū
q̄ꝫ ōbebat extigui. Spūalr̄. bea
ta v̄go hec lucerna eſt q̄ nō exti
guiť ſed cōſeruať lumine diuie
gratie p̄bēdo oib⁹ viatorib⁹ vn
de valeat viā ſalutis videre nec
eſt tā cecus cui lumē illud recti
tudinē vie nō oſtēdat. p̄s. In lu
mine tuo videbim⁹ lumen. Jō
Ber Ber. i quodā ſer. Ille ſolus O
virgo beata tuas laudes ſileat q
te fideliter inuocatā ſenſerit vn
q̄ꝫ in ſuis neceſſitatib⁹ ōfuiſſe.
⁊ quid mirū ſi aduocata adeſt:
q̄ etiā nō vocata preſto eſt.
Jcut mr̄ vnicū diligit fi
N ſ liuꝫ. ſic te diligebam. ij.
Reg. i. Tātus eſt amoꝛ
matris erga filiū ꝙ nūq̄ꝫ facian
tur fere oculi viſiōe illi⁹: ⁊ dū fi
lius abeſt a matre de illo ſemꝑ
ſollicita cogitat vt vix poſſit aīuſ
ab hm̄ōi cogitatione quieſcere.
Spiritualr̄. inter oēs matres q̄
vnq̄ꝫ pꝛopꝛiuꝫ filiū dilexerunt:
v̄go beata plus dilexit xp̄ꝫ. Tū
qꝛ ſolus ſibi erat fili⁹. tū etiā qꝛ
ſciebat illū eſſe deū ⁊ hūani ge-
neris redēptorē. tū etiā qꝛ ipſa
fuit plēa ꝑfectiſſima charitate.
Cōcludiť igiť ex p̄dictis beataꝫ
virginē xp̄m dilexiſſe plus om
ni matre. Jō cū ip̄e tp̄e paſſiōis
ſue ab ea ſeperatus eſt. multos
paſſa eſt doloꝛes: multoſq̄ꝫ emi
ſit gemit⁹: ⁊ m̄ltaſ effuſit lachꝛy
mas: atq̄ꝫ his occupata grandi
affectu expectauit reſurectiōis
diem. in quo q̄deꝫ die viſo filio
a moꝛtuis reſurgēte: vt pie cre-
dēdū eſt ſūmū recepit gaudiū.
Figu. Tob. x. vbi legim⁹ ꝙ miſ Fig.
ſo Tobia puero a patre, cū ciro
grapho i rages ciuitatē medo
rū pꝛo recuperādis. x. talentis
argenteis angelo ſociato. q p̄ri
ſpopondit illū reducē tp̄e deter
minato atq̄ꝫ a p̄re p̄fixo. mater
ei⁹ lachꝛymabat iterim irreme
d̄iabili ꝑcuſſa doloř ⁊ dicebat.
vt q̄d te miſimus ꝑegrinari ba
culū ſenectutis nr̄e: ꝑgebat eni
oī die ad loca vn̄ filij ſperabat
aduētū ſeu reditū. Et vna dieꝫ
ſic faciēdo aſpexit ⁊ vidit fami-
liā ⁊ diuitias illū p̄cedētes. Et
ſic p⁹ lachꝛymas m̄ltoſq̄ꝫ ploꝛa
tus conſecuta eſt grādē letitiā.
Ita vt mai⁹ eſſꝫ gaudiū q̄ꝫ pri⁹
erat doloꝛ. Spūalr̄. Per Tho
biā filiū Thobie ſubaudit xp̄m
filiū dei ⁊ filiuꝫ v̄ginis bn̄dicte.
Igiť iſte dei fili⁹ miſſus ē a p̄re

accepto cyrographo nr̄e mortalitatis ⁊ ſoluto debito noſtre mortalitatis: deſcendit ad inferos. ⁊ inde decem talenta ideſt humanum genus quo ad ſaluandos rediit. ⁊ nota ꝙ denarius numerus notat humanum genus cum ordinibuſ angeloꝝ copulādū vt ſuperi⁹ dictū fuit. Iteꝫ p Thobiā ⁊ angelū ſimul ſociatos cōgrue potes itelligeꝛ hūanitatē xp̄i verbo aſſociataꝫ ī vno ſuppoſito. Deſcēdit ergo dei filius ſeu xp̄s in rages ciuitatē pro ſolutione debiti humane nāe corrupte. qd̄ ipe p lignū pſoluit ⁊ in ligno nr̄ꝫ exterminauit pctm̄. quo diabolus ſub cyrographo ſnīe diuine oēs vinctos tenebat vicit ex pugnatione in ligno q miſerū hoiem i ligno expugnauerat ⁊ q expugnatum detinebat captiuuꝫ. vñ Ber. in ſuis meditationib⁹ deſperare vtiqꝫ potuiſſē pp nimia pctā mea niſi quia verbum tuum, domine. Verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis.. Ille enim factus eſt obediens vſqꝫ ad mortem. mortē autem crucis. tulit cyrographū nr̄oꝝ pctōꝝ ⁊ illud effigiēs cruci peccatū crucifixit ⁊ mortē. Igitur cū iſta xp̄s ptractaret poſt mortem v̄go maria multis pfuſa lachrymiſ multis qꝛ occupata gemitibus numerabat dies rationis ipſius. ⁊ ibat feſtinanter ad

loca frequenter illa viſitans vñ filij ſperabat aduētuꝫ qꝛ ſacrā ſcripturā meditabatꝛ aſſidue q̄ de xp̄i reſurrectiōe ſpiritu pfeti co loquebatꝛ. Et cū iaꝫ ad terminū reſurrectioni pfixū ⁊ determinatū eſſet pucta deuoti⁹ atqꝫ frequēti⁹ lachrymabatꝛ i ſeipſa dicēs. Quis idicabit mihi quē diligit aīa mea vbi cubat ⁊ vbi qeſcit q̄ſo nūciate illi qm̄ dolore langueo. O q̄d te miſimi⁹ peregrinari ſolatiū aīe mee. Reuertere dulcis mi: dulceſcat amaritudo doloriſ mei. Exeat gladi⁹ q ptrāſiuit aīaꝫ matris tue. redde mihi letitiā pſentie tue: oñde mihi faciē tuā: ſonet vox tua, in aurib⁹ meis. o ſpes mea ⁊ vita mea videā te: ⁊ ſufficit mihi. Cū intra ſe virgo beatiſſima hmōi ptractaret. Ecce angeloꝝ multitudo. ecce xp̄i familia ipſū pcēdens q̄ in aure virginis talē ſalutationē premiſit. Regina celi letare alleluya: qꝛ quē meruiſti xp̄m portare all'a. reſurrexit ſicꝫ dixit all'a. hic igitꝛ anti. ab angelis condita creditur Quod autē vlterius aditū eſt. ſ. ora pro nobis ⁊c. Factū eſt ab eccl'ia. Igitꝛ leuās occulos ⁊ aſpiciēs virgo vidit xp̄m vnigenitū ſuū veniētē inter aues celi qui ſequētem ſalutationē ei contulit. di. ⁊ ſūt v̄ba Anſelmi. O inqt virginuꝫ An.
v̄go ſingularis. roſa celice amenitatis. prelucidū ſidus inter p

meuas lucernas diuini luminis
ſuſceptiuas in tuo Jeſu: pre o[m]
bus gaude gaudio magn o. qz
quē deū ⁊ hoiez peperiſti ⁊ pro
prijs vberibus enutriſti. Uidi-
ſti in cruce pendentē. Uidebis
in celo regnātem. videbis oēm
altitudinē celeſtium terreſtium
⁊ infernoꝝ inclinatā eius maie
ſtati. Et videbis oē robur inimi-
corum attritū poſt hec aūt vba
tam meliflua. beata virgo humi
li voce ⁊ ſolita ait Benedictus
q venit in noie dñi. ⁊ cadens in
faciem ſuam adorauit illuz di.
Et nunc dñe ſuſcipe pces ancil
le tue. ⁊ preſta. vt ſi quis ad me
quis pctōr acceſſerit corde con
trito tuā indulgentiā petiturus
illaz abundāter ipetraſſe ſe no
ſcat. ⁊ calidi hoſtis inſidias i hu
ius vite exitu ſecurſus ptranſe
at. Et ait ad ipſam dñs. O inte
merata ⁊ in eternū bñdicta quā
ta eſt tua charitas quāta eſt tua
benignitas. Tu glia Jeruſalez:
tu letitia iſrael. Tu honorificen
tia populi dei. Eſto mater miſe
ricordie ⁊ peccatorum aduoca-
ta vt omnes gaudeant ad te. cō
ſolentur per te. Et ſic beata vir
go extunc facta ē aduocata no-
ſtra. Ideo Bernardus in ſer-
mone. Maria omnibus om-
nia facta eſt charitate debitri-
cez fecit ſe omnibus miſericor
die ſinuz aperuit: vt de plenitu-
dine ei⁹ accipiant vniuerſi. Ca
ptiuus redemptionem: eger cu
rationē: triſtis: conſolationez:
peccator veniā: iuſtus gratiaz:
angeli letitiam: filius dei carnis
humane ſubſtantie deniqz tota
trinitas gloriam: vt non ſit qui
ſe abſcondat a charitate eius. h
Gregorius. Subaudi prudēs
lector me non aſſerere ſeu aſſer
tiue premiſſa in figura precedē
ti dicere. eſt tamen quedaz pul
chra adaptatio que ſi predican
da ſit legentium diſcretioni re-
linquo. puto tamen pie creden
dum eſſe dominum matrem ꝓ
priam que tanta paſſa eſt pro
Chriſti paſſione penam in ſui
reſurrectione vt ceteros hono-
raſſe.

c Leuauerunt archam in
ſublimez. Geneſis ſepti- O
mo. Prudēs mercator
omnes ſuas merces cognoſcēs
precioſas tractat prius de loco
congruenti. Spiritualiter. Co
gnoſcens dei filius matrez ma
riam virginem glorioſam eius
eſſe inter omnes creaturas ſpe
cioſam prius voluit illi locum
preparare ſpecioſum ⁊ amenū
in quo ipa ſublimaretur. ⁊ poſt
modum cum celeſti colegio de
ſcendere ad ipſam ſumendam.
Figura. ſecundo Regum ſexto Fig
vbi legimus Dauid regem ta-
bernaculum feciſſe iuſta domū
ſuā ꝓ reponēda archa federis.
deſcēdit ipe cū electis ſuis iſrael

⁊ tulerūt archā de domo amina
dab que erat in gabaa ⁊ poſue-
runt eam ſuper plauſtrum no-
uum: quē cū Oza tetigiſſet per-
cuſſus eſt a dn̄o. demū portaue-
runt archā in locū ſuū Dauid
precedente cū citara cū canto-
ribus electis ex iſrael. Spūali
ter. ſubaudi per archā federis
beatā virginē que tali federe or
dinata eſt. vt videlicet repleta
ſit gratia ⁊ gloria a deo: ⁊ nos p
ipſā gratia repleamur. Iſtud
eſt igit̄ fedus vt ꝓpter nos ſal-
uatorē ꝯceperit. Et per ipſum
nobis propitiatione procuret.
Aug. Unde Aug. in quodā ſer. Ut. n.
ad te gr̄a plena loquar ex gr̄a
te debes. O piiſſima peccatorib⁹
gratioſa cui nimirū peccatorū
reſtauratio tāte ſublimitatis ex
titit cā. Mira loquar. O dn̄a
ſed ſic eſt multū audeo: multū
gaudeo. Nos. n. tibi teqꝫ nobiſ
neceſſitudo mira ꝯfederat. ſ. vt
pro nobis habeas eē qḋ es nos
vero per te id quod ſumus. Si
n. nulla noſtra preceſſiſſet tran
ſgreſſio non foret ſecuta nr̄a re
dēptio. ⁊ ſi neceſſariū nō fuiſſet
nos redimi neceſſariū non erat
te parere redēptorē. per Dauid
ergo ſubaudi xp̄m qui taberna
culū. i. locū ſublimē in cel' beate
virgini ſuper angelos iuxta cel
ſitudinē ſue maieſtatiſ parauit.
Veniēs igit̄ in die aſſumptio-
nis cū electis ſuis iſrael. i. cum
ordinibus ſanctorum angelo-
rum: recepit beatam archam ḋ
domo Aminadab' qui interpre
tatur ppl's. Gabaa vero interꝑ
tatur vallis qꝛ eduxit eā de po-
pulo mortaliū. Et ḋ hac lachry
marū valle ſed in plauſtro poſi
to eius ſacroſancto corpore per
cuſſus eſt. Oza. i. iudex qui illḋ
tangere attētauit. ꝑcedebat aūt
Dauid cū cātoribus. i. cū ange
lis ſequētibus apoſtolis. Et no.
ꝙ per plauſtrū nouū in quo fu
it archa poſitū: corp⁹ virgis glo
rioſe reſuſcitatū ⁊ glorificatum
intelligitur cui reddita eſt aīa
vt tota in ſublimi gloria collo-
caret ſicut pie credit̄ ſup choros
angelorum ad celeſtia regna.
Unde nob gratias tribuit abū
dantius. Unde Aug. in ſer. ſu- Aug
pradicto. Ad hāc vſqꝫ ad gliam
tu glorioſa ꝓuocata es vt ſup-
no regi hereas ſuperius in ſup-
nis que in angelicā trāſiens di
gnitatē vſqꝫ ad ſupni regis es
ſublimata ꝯſenſum. Ubi. n. po-
ſuit idē filius tu⁹ rex quod ex te
ſumpſit ibi poſuit ⁊ te reginam
ḋ qua ſumpſit: nec. n. factuꝫ eſt
alibi te eſſe qꝫ vbi eſt illud quod
a te genituꝫ eſt. hinc nos per te
hereditam⁹ miſericordiā miſeri
ingrati gratiā. veniam peccato-
res. ſublimia infimi: celeſtia ter
reni. deuꝫ homines mortales.
vitā ⁊ patriā peregrini.



Eſcēdit ros parit ⁊ mā P

na. Numer. xi. Tempore veris
qñ philomena cãtat ros tũc in-
cipit descendere ⁊ campi germi
nare. q: hymber abijt ⁊ recessit.
Spũaliter. mũdus diu fuerat
priuatus grẽ dei roze. pp hye-
mis primoꝝ parentuꝫ peccata.
Agei. i. Prohibiti sunt celi ne
darent rorem. sed cantate cele-
sti philomena. s. Gabriele ar-
chãgelo illud dulce cãticuꝫ. i. sau
res ỽginis. Aue grã plena. ⁊c.
Descendit ros de celo. s. dei fili⁹
in vterũ virginalẽ ⁊ cũ eo dul-
cedo benedictiõis ⁊ gratie ⁊ ces
sauit gelu amaritudinis ⁊ dolo
Fig. ris. Fig. Jud. vi. vbi legim⁹ dñs
dedisse signũ gedeon vt liberarẽ
tur filij israel de manu Madiã
per hũc modũ. s. q ipse Gedeõ
vellus i area poneret. Et ibi ros
tm̃ descẽderet nulla parte ⁊ ter-
re roze pfusa q sic postmodũ fa
ctũ est. Et sic percusso Madian
geuit israel multo tẽpore. Spi-
ritualiter. istud fuit signũ quod
gen⁹ humanũ petebat a deo. ps.
Fac mecũ signũ in bonuꝫ dedit
dñs signũ de roze qđ descẽderet
in virginẽ gliosã Isa. vij. Pro
pter hoc dabit vobis dñs signũ
Ecce virgo concipiet ⁊ pariet fi
liũ. ⁊c. Qđ signũ recognoscens
Dauid ait. Descendet sicut ros
in vellus. Nam ipsa virgo bea-
ta fuit velus quo celestis agnus
coopertus est. Ipsa igitur sola
fuit in quaꝫ ros descẽdit q: quẽ
celi ⁊ terra capere nõ poterant
suo gremio cõtulit. Ber. in ser Ber
mone. O venter capacior celis
diffusior terris latior elementis
qui illũ ꝯtinere valuit qui trib⁹
digitis molem terre appendit.
Nã in hoc benedicto signo per-
cussus est Madiã. h est diabo-
lus liberati sunt filij israel. i.
fideles ⁊ longa. i. eterna reges
dãda est illis in gliam cum an-
gelis dei. Ber. in ser. Ex hoc in Ber
quit te beatã dicũt oẽs genera-
tiones q: omnib⁹ generationi-
bus vitã ⁊ gliam inuenisti. In
te. n. angeli letitiã. iusti gratiaꝫ
peccatores veniã inuenerunt in
eternũ. Merito ergo in te re-
spiciunt oculi creature totius.
⁊ i te ⁊ d te ⁊ propter te benigna
man⁹ omnipotentis qu icquid
creauit ⁊ recreauit.

Abscondes eos in abscõ
a dito faciei tue. ps. xxx.
No. pauo vidẽs pullos
suos nõ assimilari: nimiuꝫ eos
odit. Et nisi eos mater abscõde
ret occideret eos statim. sed fe
mella ducit eos clam in abscon
dito. Et occulte nutrit eos quo
usq crenerint plume eoꝝ ⁊ pa-
tri assimilentur. quos tũc pater
intuens videt libẽter. Spũalr.
aspiciens diuina iustitia pecca-
tores dissimiles xpo odit eos q̃
rens eos perdere. sed peccato-
rum mater ⁊ eorum aduocata
scilicet virgo benedicta eos. S

alis misericordie sue ꝓtegit ⁊ abscōdit quousq; reuocet eos a peccatis facietq; similes xp̄o patri suo in virtutib⁹ ⁊ bonis operibus. Fig. Fig. ij. Reg. xij. vbi legim⁹ q̄ Jonatas ⁊ Achimaas fugiētes a facie Absalon qui querebat eos occidere. mulier quedā illoꝝ miserta eos abscondit in puteo expādens velū sup os putei vbi latuerunt quousq; s/ui Absalon abierūt. ⁊ sic p mulierē illā liberati sunt a morte. Spūaliter. Jonatas interꝑtat᷑ colūba ⁊ dnotat aiam humanā quā pp candorez imaginis dei xp̄s vocat columbā. Can. ij. veni colūba mea. ⁊c. Achimaas interꝑtat᷑ mēdaciū fratris ⁊ denotat humanū corpus: qd̄ mul totiēs spūi mētitur. ps̄. mendaces filij hominū in stateris. no. q̄ per filios hoīum pn̄t humana corpora notari q; homo dr̄ ab humo qd̄ ē terra per hos ergo duos notatur aīa ⁊ corpus: quos culpa reddet dn̄o odiosos Ideo statim iuxta vindictā dn̄i illos persequit᷑ ad dānationem. Sed mater benigna illos protegens abscondit eus suis sacratissimis ꝓcib⁹ ⁊ meritis ne patris ira eos feriat ⁊ paulati eos de vitijs ad v̄tutes deducit quousq; ad perfectū bonoꝝ operuz pertingant. Et tūc alacriter prebet eos patri. Ecce q̄ pia ⁊ benigna mater est ista. Jd̄o ad gratiarū actiones eius beneficij oīno sumus indigni q; nō tm̄ nobis sed toti mūdo inuenit misericordiā Augu. O beata virgo Aug Maria quis tibi valeat digne iura gratiarū ⁊ laudum preconia ipendere que singulari tuo merito mūdo succuristi perdito. quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet que solo tuo cōmertio recuperandi aditum inuenit.

c Columba mea i foraminibus petre Cañ. ij. fertur q̄ in partibus vltra marinis volētes reges ⁊ barones aliq̄ magna noua significare habēt apud se columbā cui⁹ pulli sunt in regiōe illa ad quā noua transmittere cupiūt. ⁊ ligantes litteras ad pedes colūbe dimittūt illam. que nequaq̄ qescit quousq; ad regionē illaz vbi ꝓprios pullos esse nouit q̄escit. Et tūc gētes regionis illi⁹ cognoscūt illā esse colūbā regiā Et accipiētes lr̄as de pedib⁹ ei⁹ cognoscunt nomina que mittit illis dn̄s suus. Spi. eram⁹. n. ī regione vmbre mortis: pp culpā ꝓmā ⁊ nullū bonū scire poteramus de placatione eterni erga nos. sed demū veniēs columba cādida. i. virgo Maria a superno rege missa portauit nob̄ priuilegiū nr̄e redēptiōis ⁊ salutis. Fig. Gen̄. viij. Colūba reuersa est ad archā portās olinā Fig. R

virentē. Et tūc cognouerunt q erāt iclusi in archa cessasse aq̄s diluuij desuper terrā. Spūalr. familia iclusa in archa erat genus humanuꝫ originali culpa valatū. Cooperiebāt.n. aq̄ hu' culpe mōtes ꝛ colles.ſ. ſcōſ ꝛ iustos vt nullus poſſet extra hu' carcerē apparere. Sed veniēs hec colūba eis portauit virēteꝫ oliuā pacis vꝫ recōciliationis. qꝛ ipſa effudit ꝛ edidit ſaluatorē per quē carcer noſter ꝯfract' eſt. ꝛ deo nos reconciliauit. ꝛ ad Berceli palatū perducti ſum'. ber. in ſermo. Inueniſti O btā ꝟgo gr̄aꝫ quā an̄ te nemo iuenit potuit. Inferni.ſ. captationē. pcō rū liberatōnē: mūdi reſtaurationē: angelis ꝛ hoib' ꝯſolatiōeꝫ.

St Non' eius ſicut dies celi. ps. lxxxviij. Decet regiā maieſtatē aliter viſitare gētē ſuā ꝛ pmittere ſe videri a ſubditis ſuis ꝛ cū illis iterdū loq. Et illis gr̄as elargiri p cipue qn̄ raro ab illis viſus eſt. Ideo rex iſta facturus cōſueuit facere parari ſoliū vl' tronū ei' decori regio cōgruētē. Et iō tronus ille parat' ꝛ ornatuſ multiplex. Spūaliter. Eternuſ rex a ſuo populo grandi tempore ſtetit remotus. Et ab eodem extraneus ꝛ indignatus propter culpam commiſſam. Sed temporis plenitudine ꝛ placatōis die aduenientibus, quando rex noſter voluit ſe papulo ſuo manifeſtare. Et ipſum perſonaliter viſitare fecit ſolium ſibi pulcherrimum ſcilicet virginem glīoſam per quam viſus eſt cuꝫ hominib' conuerſari ꝛ puelle brachijs baiulari. Figura. iij. Regum. x. Ubi legimus regē Salomoneꝫ feciſſe in domo libani tronū de ebore ꝛ veſtiuit eū auro preciosiſſimo. Et habebat ſex gradus inferius ꝛ ſumitas ei' erat rotūda ꝛ in parte poſteriori erāt due man' tenētes ſedile hincinde. ꝛ duo leones ſtabant iuxta manus ꝛ leunculi ſtabāt ſuper. vi. gradus ꝛ in illo ſedēs rex Salomō ꝯferebat gratiaſ. Spūaliter. per hunc tronū ſubaudi virginē glorioſā de ebore per candidam virginitatem de auream perfectiſſimam charitateꝫ. vi. gradus inferiores illa ſunt. vi. ſanctorum genera ſua per quos ſublimata ſedet ſcilicet angeli prophete ꝛ patriarche apoſtoli martyres ꝛ confeſſores ꝛ virgines, ſumitas hu' troni pro tāto dr̄ rotūda. Quia rotunditas in figura perfectionē denotat eo qd̄ ſit capacior oībus figuris. Nā ſublimitas genitricis xp̄i oībus dr̄ eſſe latior ꝛ perfectior. Nā eſt ipſa cū cherubin ſapiētiſſima cū ſeraphin ardētiſſima ꝛc. qꝛ q̄cūq ꝑfectō ſanctis glorie reperit' in ſetis, p culdubio puto reperiri in ſetis

Fig.

ſanctoꝝ matre que exaltata eſt ſuper choꝛos angeloꝛum ad celeſtia regna: vñ Paulus diaconus in ſermone beate v̾ginis. Nec inqt mirũ ſi hec admirabilis virgo cũctoꝝ celſitudinẽ trãſcẽdat moꝛtaliũ. Cũ in hac parte etiã excellat btõꝛũ meritũ angeloꝝ. Due man⁹ tenẽt ipſã. ſ. due nature xp̃i. ſ. humanitas ꝛ diuinitas duo leones iuxta ipſam quaſi ad cuſtodiã extrahentes ꝛ ab hereſibus cuſtodiẽtes ſũt duo teſtã ſicut patet de Iſa. ꝛ luca. xij. leonelli ſunt. xij. articuli fidei que habuit ſemper ꝛ tenuit. In hoc trono ſedẽs verus Salomõ rex pacificus prebet ſe populo fideliũ benignũ atq; clemẽtẽ ꝛ oĩbus preſto eſt: ad hũc tronũ accedẽtib⁹ imẽſa dona largiri vnde Anſel. in ſuis meditationibus beate virginis de hoc beneficio pſtito generi humano grarũ actiones referens ait. Tu dña poꝛta vite. Ianua ſalutis aditus recuperationis aula vniuerſalis pietatꝭ. cã generalis recõciliationis. vas ꝛ tẽplũ vite ꝛ ſalutis vniuerſorũ. Tu oſtẽdiſti mũdo dñz ꝛ deũ ſuũ quẽ pꝛius neſciebat. viſibilẽ exibuiſti mũdo creatoꝛẽ ſuũ quẽ pꝰus nõ videbat. Tu genuiſti mũdo reſtaurationẽ qua perdit⁹ indigebat. Tu peperiſti mũdo recõciliatoꝛẽ quẽ reuſ nõ habebat per fecũditatẽ tuã peccatoꝛ mũdus eſt iuſtificat⁹ exul educt⁹. Celũ. ſydera. terra. flumina. dies. nox. ꝛ q̃cũq; poteſtati humane vel vtilitati ſũt obnoxia ꝛ amiſſum deus ſeſe gratulanꝭ dño per te quodãmodo reſuſcitata ꝛ noua quadã ineffabili gratia dotata. hec Anſel. Anſ.

¶ De miſericoꝛdia.

Filij alieni mẽtiti ſũt mihi. ps. xvij. Videm⁹ ꝙ interdũ ſupponunꝭ galline oua anate que fouens pullos inde natos ꝓpꝛios putãs ꝛ magna gubernat ſollicitudne. ſed inuẽta aqua pulli anate ꝓpꝛia natura inclinati relinquũt gallinã ꝛ intrãt aquã. Gallina vero per lit⁹ vadẽs eos cupit reuocare ab aquis. vociferaꝭ p⁹ eos ſed ſequi illã renuunt eo ꝙ magis diligũt aquã. Spũalr̃. de⁹ fouet omnes ſua grata abũdantia. nõ cognoſcuntur peccatoꝛes futuri quouſq; ꝑueniãt ad diſcretionis tp̃s. Sed tẽ apparet qui ſunt filij dei ꝛ filij mũdi qꝛ qui de mũdo ſunt inuẽtis aquis fluxibilib⁹ terrenaꝝ delectationũ relinquũt deũ ꝛ ſe immergũt in illis. Et nihilomin⁹ Chꝛiſtus de litoꝛe ſacre ſcripture nititur de huiuſmodi aquis educere ne ibi ſubmerganꝭ ꝑmittens eis inextimabilia bona. Sed potius vana diligentes q̃z certa ꝛ ſecura xp̃i. ꝛ ei⁹ vocatões negligũt. vñ ipſe Mat.

xxiij. Illis loquit̃ dī. quotiēs vo lui ꝯgregare filios tuos quem/ admoduꝫ gallina ꝯgregat pul/ los ſuos ſub alis ⁊ noluiſti. De/ mū vidēs deus eos nō velle re/ dire eos permittit i ꝓprijs pec catis iterimi iuxta ꝙ in. ps. ſcri ptū eſt noluit benedictionem ⁊ elongabit̃ ab eo. ⁊c. Figu. Nu me. xiij. Ubi legim⁹ ꝙ cū explo ratores miſſi a Moyſe ad ter/ rā ꝓmiſſionis rediſſent inde ⁊ fructus ſecū tuliſſent egregios ⁊ populo oſtendiſſent. vt anima ti affectione regionis illi⁹ aſcen derēt ad obtinēdā terrā. ꝑdixe/ rūt ēt eis fecūditatē terre ⁊ pa/ trie pulchritudinē noluerūt ni hilominꝰ ſequi Moyſem volē tē ipſos ad terrā illā de mādato dñi itroducere. ſed plorabāt ce pe ⁊ allea que dimiſerāt in egy pto ⁊ voluerunt Moyſeꝫ lap dare. ex quo deus reliquit eos in deſerto ⁊ mortui ſūt. ⁊ ex oib⁹ exeūtib⁹ egyptū nō intrauerūt terrā ꝓmiſſiōis niſi res tn̄. ſpi/ ritualiter. cupiēs nos ver⁹ moy. ſ. xp̄s q i aqs ↄ̄lectatōis vite pn̄ tis māſionē hr̄e noluit ex hui⁹ delectationib⁹ educē ne ſubmer gamur in illis nobis ꝓbet fru/ ct⁹ eterne retributōis ꝯtēplan/ dos. vt ad patriam illā mente ⁊ corpe proficiſcamur. Clamat. n ꝯtinue exploratores q terrā ill/ lā luſtrauerūt in aures noſtras deſcribētes fruct⁹ illos vt ē pau lus ⁊ ceteri apl̄i ꝓphete ⁊ docto res dulcedinē illi⁹ glie oñdūt. Sꝫ quorūdā appetit⁹ pctōꝝ ar dēti⁹ ihēret fetidis alleis ⁊ cepiſ egypti. i. ardēti⁹ ↄ̄ſiderāt iuolui voluptatib⁹ tenebrarū carnis ⁊ mūdi q̄ꝫ aliquē ſuſtinē laboreꝫ ⁊ ſeq xp̄i veſtigia ꝑ pnie viā. Jō a xp̄i mia derelicti pereūt i vijs ſuis prauis ⁊ duris obſtinatio/ nib⁹ ꝑ nihilo hn̄tes terrā deſide rabilē. vn̄ Gre. in omē. Sunt lū Gre bi vr̄i pcincti ⁊c. ſic dicit. Altiſſi m⁹ ē patiēs redditor qꝛ pctā ho minuꝫ patit̃ ⁊ reddit. Nā quos diu vt ꝯuertātur tollerat nō cō/ uerſos durius damnat.

P Opulus icedebat ꝑ viā oliue. ij. re. xv. Jnt̃ al's B arbores ire oliua dr̃ cē fecūdior. ſp. n. retinet virorem ⁊ ſp in ipſa q̄ſi flores aut fruct⁹ iueniunt̃. Et no. ꝙ lꝫ fruct⁹ oli/ ue ſit guſtu amar⁹ tn̄ reduct⁹ ad oleū eſt vtilis ⁊ ſuauis. Condit̃ ex eo cib⁹. Caput vngit̃ ⁊ nutri tur lumē. Sp̄ualr. per oliuam ſubaudi diuinā miſicordiam ꝑ quā celū repletū ē ſaluādis. qꝛ nō ex operib⁹ nr̄is iuſtificati ſu/ m⁹: ſꝫ ꝑ ſuā miaꝫ ſaluos nos fec̄ vn̄ ipa mia ↄ̄ ſe dic̄ i. pſ. xli. ego inqt ſicut oliua fructifera in do mo dñi. Nullus vn̄q̄ꝫ hoīuꝫ ce/ lū intraſſet: niſi mia ipm illuc i/ troduxiſſꝫ: vn̄ ſicut oliua hyemē ⁊ eſtāi ſuum ꝓbet virorē. ſic di/ uina miſericordia peccatorib⁹ a

iuſtis ſuſi pbet virorē. ps. Homines ⁊ iumēta ſaluabis deus: quēadmodū multiplicaſti miſericordiā. Et lȝ miſericordia exigat in petōre amaritudinē pnie nihilomin⁹ hec amaritudo vtit in dulcorē: qȝ ex ipſa cōdit ois virtus. Niſi.n.mia dñi accepta ret opera nr̄a ⁊ ſuo ſapore ſeu pinguedine grata deo redderet qcqd facere poſſem⁹ eſſet inſipidū vngit ex ea caput nr̄ȝ.i.xp̄ſ vt miteſcat.vt cū irat⁹ fuerit miſericordie recordet. lumē ēt intellect⁹ nr̄i nutrit ⁊ accēdit affectū. Jō mia dñi nobiſ via eſt ad

Fig. gliam. Figu.iij. Reg.vi. Salomō fecit portas tēpli: de lignis oliuaꝝ.vbi ipſe deus accipiebat holocauſta accepta ⁊ dicebatur domus dei. Spūalr.xp̄s ordiauit introitū celi de lignis oliuarū.i.de operib⁹ miſericordie vt nulli claudi debeat:ȝ oēſ poſſint ingredi tā petōres ꝙ iuſti. Naȝ per ipſas portas ingreſſi ſūt peccatores:latrones meretrices:⁊ publicani ⁊ quotquot vnaȝ viā ſalutis ingreſſi ſunt per viā mi-

Ber. ſericordie igreſſi ſunt. Ber.ſuper can. ꝓpter manſuetudineȝ que in te pdicat dñe Jeſu bone currim⁹ poſt te audiētes qd nō ſpernas pauperē peccatorē non abhorreas. Nō horruiſti cōfitētē latronē. nō lachrymantē peccatricē.nō cananeā ſupplicātē. nō deprehenſaȝ in adulterio,nō ſedentē in tholoneo.nō deprecātem publicanū.nō negantē diſcipulū.nō perſecutorē diſcipuloꝝ.non ipſos crucifixos tuos. In odorem ergo vnguentoruȝ tuorum currimus.

m Iſit ſaturitatē in aiaſ eorū.ps.cv. Scdȝ ſapientis ſniaȝ: prudēs homo debet eſſe memor egeſtatis abūdantie tpe.vt ita vȝ ſibi pͥuideat dū pōt vt tp̄s fertilitatis trāſierit eū premat penuria. Jdcirco mittit Salomō noſ ad formicā q̄ eſtiuo tpe ſibi pͥuidet ꝑ hyemali. Spūaliter.dū ſum⁹ in vita pn̄ti abundam⁹ miſericordie diuine largitate. Sȝ illo tpe cōſumato foꝝ miſericordie excludit ⁊ non inuenieť niſi iuſtitia. ps.xli. Jn die mādauit dñs miſericordiā ſuā ⁊ nocte cāticū eı⁹ ſ. Surgite mortui venite ad iudiciū. Jō debem⁹ nobis dū dies eſt pͥuidere. Figu. Gen̄.xli. vbi legim⁹ Pharaonē ſomniū vidiſſe ꝙ. vii. vacce pinguiſſime pcedebāt:⁊ tenuiſſime ſequebātur illas.qd quidē ſomniū Joſeph exponēs dixit. vij.annos priores tante eſſent abundātie ꝙ nō poſſent hoies frumenta ⁊ alia naſcentia in terra recondē ⁊ ꝙ in.vij.alijs ſequentib⁹ taliſ eſſet egeſtas: ꝙ neqȝ meti neqȝ arari poſſet terra neqȝ daret fructū aliqueȝ. Spūaliter.per.vij. pcedētes annos fertiles ſuban Fig.

ſi tēpus vite p̃ſentis qḋ voluit numero ſeptenario. in quibus adeo dn̄s impleuit terram ſola miſericordia vt nullaten⁹ poſſit ei⁹ copia exauriri. ps. xxij. Mi ſericordia dn̄i plena eſt terra. Sed peracto vite p̃ſentis tp̃e tā ta eſt futura egeſtas vt neq; p̄cio neq; dono poterit miſericordia reperiri. Jdō diſpēſator bonus dn̄s Jeſus xp̄s voluit p̄cedere miſericordiā iudiciū vt p̄us nobis exhiberet medicinā ſalutis q̃z īferret penā p̄ pctīs. Jdō qui de miſericordie abūdantia nō ſe fulcierit in vita p̄ñti in egeſtate futura peribit. vn̄ Au.
Aug
ſup Joā. Nullus inq̄t nobis ꝯ fidē quā tenem⁹ ꝛ annūciamus de iudice xp̄o ſcrupulus dubitationis remaneat in corde venit xp̄s p̄mo ſaluare poſtea iudicare eos iudicādo ī penā q̄ ſaluari voluerūt: eoſ p̄ducēdo ad vitā qui ſalutē nō reſpuerūt: p̄ma igit̄ diſpēſatio dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i medicinalis eſt non iudicialis. Nā ſi p̄mo veniſſet iudicaturus neminē inueniſſet cui p̄mia iuſtitie redderet. Quia ergo vidit oēs pctōres ꝛ neminē eē imunē a morte pctī p̄us erat mia p̄rogāda ꝛ p⁹ea exercēdū iudiciū.

D q Ui ſeminat in benedictionibus de benedictionib⁹ ꝛ metet. ij. ad Chori. ix. no. q̄ ſm diuerſas terre diſpoſitiones prudēs agricola diuerſa ſemina mittit. vnde videmus q̄ alia eſt terra frumēti alia leguminū. ꝛc. Spiritualr. terra nr̄a. ſ. vita p̄ñs multū eſt apta ꝛ fertilis ad p̄ducēdū optimum fructū ſi ibidē ſeminabim⁹ opera miſericordie. nā ex eo q̄ miſericorditer hic elargimur tp̄e eterne meſſiſ recipiem⁹ cētuplū Fig. Gen̄. xli. vbi Pharao ante vidit in ſōnio. vij. ſpicas plenas pululātes ī culmo vno. ſpiritualiter. per. vij. ſpicas ſubaudi miſericordie opera quoꝝ plenitudo apparebat ī culmine latiſſime menſure celeſtis patrie Luc. vi. Mēſurā bonā ꝛ cōfertā ꝛ coagitatā dabūt in manib⁹ vr̄is. Pe. ra. ſuper Mat. in regno inq̄t celi corā oīb⁹ angelis in ꝯuētu reſurgētiū q̄ Abel paſſus ſit q̄ mūdū ſuauerit Noe. q̄ Abraā fidē h̄ūit. q̄ moy. legē tulerit de⁹ tacz ꝛ clamat ſoluz q̄ paup comedit di. eſuriui ꝛ ñ dediſtis mihi māducare: ſitiui ꝛc. Fig.

Pe.

m Jſericordia edificabit̄ ī celis. ps. lxxxviii. Volēſ erigere magnū edificiuz alicubi querit bonos artifices. nā ſi boni erūt artifices bonum erit edificium vt per locū a cauſa graui ſolet. Spiritualiter. deus cupit cōplere edificiū ī celis magnū ꝛ bonum. Jdō q̄rit artifices illi⁹ artis q̄ magis ad p̄ficiēdū illō ꝯgruant. Jnter aliaſ. n. artes miſericordia ē ꝯgruētioꝛ E

qm̄ per artē illā celeſte edificiū longe plus ꝯualuit. nā ars illa illud fractū ac diruptū reparauit. Jō q̄rit artificeſ arte mīe pitos: per quos poſſit ipſe dn̄s in-

Fig. cepta perficere. Fig. ij. Reg. v. vbi legim⁹ qḋ Jrā rex thiri miſit artifices ad Dauid q ſciebāt operari ⁊ ligna cedrina, ⁊ illa q̄ regrebant ad pulchritudinem edificij. vt fieret dom⁹ i ciuitate dauid. ſpūalr. Jrā iterp̄tat ſuſcitās teſtū̄ p̄deſtinatiōis qḋ in mēte diuina fuit ab eterno ordiatū. pr̄. n. ip̄s executorē hui⁹ teſti cōſtituit vt fidelr̄ illḋ exeq̄ret. pſ. xcliij. teſtū̄ meū fidele illi. Jſte igit̄ executor vt perficiat op⁹ celeſte ⁊ teſtū̄ eternū adipleat. ſʒ pr̄is mādatū q̄rit ꝯtinue artifices mie ⁊ illos mittit ad patrē. Eſtote igt̄ miſicordes ſic pr̄ vr̄ celeſtis miſicors ē. Et alibi. Bti miſicordeſ qm̄ ip̄i miaʒ cōſequēt. Et q̄ xp̄s fac̄ vt prudēs pr̄ p̄pos filios ditari cupiēs. q̄r docet eos artē lucratiorē. h̄ eſt miaʒ q̄ hō lucrat̄ celū. iō cū xp̄s ſit oīuʒ artifex oīuʒ hn̄s ſciaʒ n̄ min⁹ filijs ſuis dic̄ miaʒ volo ⁊ ⁊ nō ſacrificiū qm̄ nullus arte illa p̄uat⁹ ēt ſi oīuʒ artiū ſcia poleat neq̄q̄ʒ in ꝯſpectu dei idone⁹ reperit̄. vn̄ Leo papa in ſer. apparitiōis mie ingt. vt⁹ tāta ē vt ſine illa cetē ſi ſint p̄deſſe n̄ poſſint. q̄uis. n. qs fidelis ⁊ caut⁹ ⁊ ſobri⁹ ſit ⁊ alijs maiorib⁹ ornat⁹ ꝟtutib⁹ ſi miſericors tn̄ nō eſt miſericordiam non meretur.

¶ De morte.

Quiſ dimiſit lapidē angulare Job. xxxviij. not. A
q̄ lapis ſʒ nois ethymologiā dr̄ ledēs pedē. Naʒ itinerantib⁹ interdū occurrunt lapdes in via ⁊ pede leſo ipſi retrorſū cadūt. Spūalr. per lapidē ſic in p̄uiſo ambulātes ledētē ſubaudi mortē humanā que gradientiū greſſus tāto fortius proſtrat ac p̄cutit quāto icautiores ac ſecuriores ſe reperit. Eſt. n. ad moduʒ lapidis angularis q q̄litercūq̄ʒ caderit rectus remanet pp ſuā eq̄litatē q: mors ſup oēs eq̄liter cadēs ēt, oēs adeq̄t potētias diuitiaſ magnitudinē ⁊ d̄litias vero ictu diſrūpes nec eſt q poſſit ſuo ip̄etu reſiſtē. Fig. Fig.
Danielis. ij. vbi vidit Nabuc. ſtatuā cui⁹ caput erat aureū brachia ⁊ pect⁹ argētea. corp⁹ ſeu vēter ereus. crura vero ferrea. pedes tn̄ hēbat de luto. Sequit̄. Exciſſus eſt lapis d̄ monte ſine manib⁹ ⁊ percuſſa i pedibus ſtatua cōminuta eſt ⁊ redacta i fauillā. Spūalr. per hanc grādē ſtatuā ſubaudi diuitē ⁊ magnatē mūdi hui⁹. caput aureū p nobilitatē ſanguinis. pect⁹ ⁊ brachia argentea per pecunie quātitateʒ in cuius acquiſitionē diues corde manibus ⁊ brachijs operat̄. corp⁹ ⁊ venter ere⁹ per

quē famā ſubaudi. Eſt.n.ſono-
roſū.per crura ferea nota forti
tudinē ⁊ potētiā. Sꝫ pes lute⁹
ſeu terre⁹ denotat mortalitatē.
Excidit lapis de monte diuine
iuſtitie.ſ.humana mors quam
manus dñi fabricata non eſt qꝛ
deus mortē nō fecit nec dlectat
in ꝑditione viuentiū.ſed miſeri
parētes nr̄i ad illā virib⁹ acceſ-
ſerūt. Hic igit lapis pedeꝫ ſta-
tue percutiēs reddit improui-
ſe oīa in fauillā.nec eſt q valeat
ſuo furori reſiſtere. qꝛ adeo eſt
eius impet⁹ incert⁹ ⁊ in mō ⁊ i
loco ⁊ in tpe ꝙ humana prudē
tia illi ſufficit minime ꝓuidē.
vñ.Aug.c.iij.ſoliloqoꝝ. Illa in
quit oportuna mors mille mo-
dis quottidie hoies rapit. hūc
nāqꝫ febrib⁹ illū opprimit dolo
rib⁹: hunc ꝯſumit fames.illū ſi
tis extinguit.hunc mors ſuffo-
cat aquis.⁊ illū perimit flāmis
hūc iterimit laq̄o illū dentibus
beſtiarū.hūc trucidat ferro: illū
veneno corrūpit. Et ſic mors tot
modis humanā vitā miſerā fi-
nire compellit. Et nunc ſuper h̄
omnia magna eſt miſeria qꝛ cū
nihil ſit morte certius: nihil ta
men incertius hora mortis.

B f Ecit ſibi cornua ferrea.
iiij.Re.xxiij.No. ꝙ nā
ꝓuidet beſtijs ꝓ ipſarum
defenſione de armis. Et qꝛ ſūt q̄
dam carentia dentibus ſufficiē-
tib⁹ ad mordendū ꝓuidet ſibi d
cornibus ad feriendū: ⁊ ſignan
ter dedit duo cornua beſtie vt poſ
ſit vndiqꝫ ferire. Spiritualiter.
mors dr̄ cornuta beſtia duobus
armata acutiſſimis cornib⁹. vt
feriat ad dexterā ⁊ ad ſiniſtram.
ſ.vt iuuenes ⁊ ſenes diuites ⁊
pauperes ſuis ictibus cōterat.
Fig.Dañ.viij.vbi ꝑdict⁹ Dan.i Fig.
v.viſione dū eſſet in guſſis: añ
portā paludis vidit arietē hñtē
excelſa cornua: ⁊ vnū altero ex
ceſſiu⁹ ⁊ vētilabat cornua ꝯ oriē
tē ꝯtra occidētē.ꝯ aquilonē cō-
tra meridiē ⁊ oēs beſtie nō pote
rāt ei reſiſtere. Spūalr. ꝑ hanc
beſtiā notat mors vt dictū ē duo
enim hꝫ cornua vt ſiqs vnū ho-
rū ſubterfugit reliquū non eua
dat: percutit in oriente.ſ.in eta-
te puerili: ⁊ percutit in auſtrali.
qꝛ in iuuentute humida ⁊ cali-
da. Et percutit ad aqlonē frigi-
dū ⁊ ſicū qꝛ in ſenectute. Et per
cutit in occidentē qꝛ aliquos vſ
qꝫ ad decrepitā expectat etatem
⁊ illos ferit tāto moleſtius q̄to
plures illā ꝓcedūt gemitus ⁊ do
lores iſperate ſalutis. vñ Señ. Señ
epl̄a.x. Alia inqt genera mor-
tis ſpei mixta ſunt. deſinit mor-
b⁹ icēdiū extinguit mare quos
hauſerat eadē hora inſorbet ꝓ
iecit incolumes gladium miles
ab ipſa perituri ceruice reuocat
nihil aūt habet qd̄ ſperet quem
decrepitas ducit ad mortē. Sꝫ
ne mortis aculeo durius ꝓſter

naſ docet ꝓuidē remediū dict⁹ doctor. vñ in li. de nālib⁹ qōnib⁹ Effice tibi igt mortē familiarē cogitatione vt ſi ita ſors tulerit poſſis illi ēt obuiā exire.

C i Laudaui mortuos magiſ q̄ꝫ viuentes eccli. ꝓuer. x. Vix q diu vixerit bene finierit iō bti mortui q i dño moriūť: expedit homini aut ꝙ cotidie anguſtijs ꝛ tribulatiōis purificeť in gfa conſeruetur vt pannus ne magnitudo reuelationū ꝛc. aut ꝙ de hoc ſclo eleuetur ſicut de enoch dr ſublat⁹ vł trāſlat⁹ ne malitia mutaret itellectū eius ꝛ Jo. ba. Cito mortu

Fig. us eſt ſimiliter ꝛ xp̄s. Figu. iij. Reguꝫ. xi. de Salamone ꝙ adamauit mulieres ꝛ habuit vxores. xl. reginas ſeptingentas ꝛ ꝯcubinas trecētas ꝛ aduertunt cor eius adeo ꝛ adorauit idola ꝛ adeo apoſtatauit quia ipſe dixit vinum ꝛ mulieres apoſtare faciūt hoieꝫ. Spiritualiter per Salomonē intellige rōnalē creaturā ſubmerſā in delitijs hui⁹ mūdi. ꝑ ꝯcubinas itellige ꝺſideria mlia carnalia q̄ aduertūt cor nr̄m a deo ꝛ ducūt aiaꝫ

Fig. ad interitū. Jō Ag. in li. i. ꝺ aia Dic mihi vbi ſūt amatores mūdi q añ pauca tpa nobiſcū fuerť nihil ex his māſit niſi cineres ꝛ vermes. Attēde diligēter q ſūt ꝛ q fuerūt hoies fuerūt ſicut tu comederūt ꝛ biberūt: rixerunt duxerūt in bonis dies ſuos in puncto aūt ad inferna deſcēderūt. hic caro eoꝝ vermibus illic aie eorū ignib⁹ deputanť donec rurſus infelici collegio colligati ſempiternis inuoluanť incendijs qui ſocij fuerūt i vitijs vna. n. pena iplicat quos vnuſ amor in crimine ligat: qd ꝓfuit illis inanis glia breuis letitia mūdi potētia carnis voluptas? vbi riſus? vbi iocus? vbi ſaltus? vbi iactātia? vbi arogātia? De tāta letitia quāta triſtitia: poſt tātā voluptatē tāta grauis miſeria: quid illis accidit tibi quoqꝫ accidere pōt: qꝛ homo es humus de humo limus de limo de terra es ꝛ i terrā reuerteris.

i Lux man⁹ tua deducet me ꝛ tenebit me dextera tua. ps. cxxxviij. Si iterdū latrones ꝛ malefici ſcirēt ſe tranſformare in pſia vbi furtū fecerūt ſepe furcas vitarent. Sed nos videmuſ ꝙ prudens ꝛ caut⁹ iudex illos ibi capit vbi ſecuriores ſe putabāt. Spūalr. ſi peccatores vite pñtis poſtq̄ꝫ ꝯ deū ſuuꝫ peccauerūt ſcirent ſe tranſformare ꝛ trāſferre de peccato ꝑ pnia; ad gfam etern⁹ iudex nō cognoſceret illos vt euaderēt infernale patibulū. Sed qꝛ ꝯfidūt in iuuētute ꝛ ſanitate corporea: man⁹ iudicis per ſuuꝫ militē. ſ. ꝑ mortē capit illos qñ ſecuriores putabant perſiſtere D

Fig. Figu. dan. v. vbi legim⁹ q̄ dum Baldaſar rex babilonis feciſſ3 grāde ꝯuiuiū optimatibus ſuiſ vt vaſis tēpli abuterecē i potu cō cubinaꝝ ſuarū in eadē hora ap parnit manus ſcribētis in pa riete hec tria v̄ba. mane thetel phares que vidēs rex p̄teritus fecit conuocari magos caldeos multa eis ꝓmittens ſi ſenſū ſcri pture exponerēt. Sed neſcierīt. Demū Daniel itroduct⁹ ſic ſcri pturas expoſuit. Mane hoc ē. Numeratū eſt regnū tuū o rex i. numerus dieꝝ regni tui com pletus eſt. Thethel hoc eſt dice re. Apēſus eſt in ſtatera ꝛ iuen tus es minus hn̄s phares. i. di uiſū eſt regnū tuū ꝛ datū ē me dis ꝛ perſis. Et hec cōpleta ſunt nocte ſequenti vt dicit magiſter in hiſtoria. Sp̄ualiter. Balda ſar iterp̄taꝛ venit turbatio ꝛ de ſignat peccatorē ingratuz ꝛ diu pro ipſius expectatū cōuerſione nō tn̄ ꝯuerſū. Idcirco diuina p eū iritata ſiue excitata ſn̄ia mit tit ſup caput eius turbationez. Abutiꝛ. n. vaſis tēpli: q2 memo riā: voluntatē: ꝛ intelligentiaz: p̄bet carnalib⁹ voluptatib⁹ ꝛ ter renis delectationib⁹ occupan das quib⁹ celeſtia dona debue rāt ꝯtēplari. Sed cū ſe putat ſe curi⁹ atq3 felici⁹ reſidere florenſ Iuuētute circūdat⁹ delitijs v̄tu tib⁹ diuitijs ꝛ ſanitate coadiut⁹ ſubito mors repētina irruens fallacē ſpē atq3 fugacē quā miſ i p̄dictis poſuerat dirrūpit ꝛ cō terit. Et tūc Baldaſar. i. pctoꝛ. hac pturbatione p̄uent⁹ iprouiſa. Iubet caldeos magos. i. me dicos itroduci vt ſalua eorum mercede adhibeāt rmediū ꝯtra mortē. O iſipiēſ ꝓuiſio putat. n ruie meatū manu ꝓhibē cui ꝯ dicē nequeūt mōteſ ꝛ colleſ mū di. Sz nihil ꝓdeſt medicoꝝ ſub uētio. Nō eſt. n. ars neq3 ſcia ꝯ dn̄m itroducaꝛ. Daniel. i. diua ſcia ꝛ irreuocabil' diffinitio. dic̄ n. numeratū eſt regnū tuū q2 cō plet⁹ termin⁹ vite tue quo expe ctat⁹ abuſus ē i oi p̄uitate ingra titudis. Vn̄ appēſus es in ſtate ra examinis ꝛ iuēt⁹ eſ min⁹ hn̄ſ q2 imaginē tui creatoris nō cu raſti ſeruare itactā. Talēta tibi ꝯmiſſa. i. memoriā itelligētiā ꝛ volūtatē diſſipaſti ſine lucro ſpi rituali ꝛ ſciebas dn̄3 tuū ex his talētis expectare a te ſp̄ualē vſu rā. Et iō hec ſn̄ia a dn̄o tuo lata vt diuidatur regnuz tuū ꝛ vna pars detur medis ꝛ alia perſis. hec ſic expone q2 regnum ho minis eſt ipſe homo ex duabuſ cōſiſtens regionibus. ſ. ex ſpiri tuali ꝛ corporali. i. ex aia ꝛ cor pore. Hec eſt ergo ſn̄ia lata ma nu dn̄i vt regnū illud ſit diuiſū ꝛ quod vna pars deꝛ terminus corrodēda. ſ. corp⁹ aia tradaꝛ d monib⁹ igne perpetuo cruciāda iſernali. Et tūc mors potentiſſi

ma hāc ſniam preſto eſt execu-tioni mādare. p3 igit' diuinū inſipientia ⁊ ſpes vana cum videat alios ɔtinue deficere ⁊ ipſi ñ pē ſant qͤliter agans caute ac ſi fedus pepigiſſet cu3 morte. vnde

Gre Greg. in mor. pertractans illō Job. Numer⁹ annoꝝ incert⁹ ſic ait. Cū ɔſpicit ipſius qō tēpoꝛaliter floret. Et penſare negligit quod in interitū ducit' in vitam carnis fiduciā ponit eāq3 diu p manere exiſtimat quā ad tp̄s te net ſolidat' in elatione aius: q̄3 repētina moꝛs ſubripiat nūq̄3 ɔſiderat: q̄3 ſit incerta eius feli citas nunq̄3 penſat. Nam ſi icer titudinē vite p̄ntis ɔſpiceret in certa pꝛo certis nunq̄3 teneret.

D m Jtte falces q2 mature ſit meſſes. Johel. iij. Nota q⁹ prudēs agricola agꝛ pꝛopꝛiū occioſum exiſtere nō p mittit dū tp̄s adeſt germis. Qn̄ enim inde eleuatū eſt frumētū: interdū ſeminat rapas vel aliō qō ſentit tpe illo naſci aptū. Jō ſollicit⁹ ē cū matureſcūt meſſes illas metere. Sp̄ualiter. agricola p̄ntis vite teſte dño deus ē qlibet nr̄m eſt fruges qui in hoc agro fructificare d3: videm⁹ qō ſemina in agro permittūtur vſq3 ad tp̄s meſſiū: ⁊ tūc falce me tunt' nec vltra permittuntur in agro ēt que ſunt acerbe ⁊ imatu re ſimul cū maturis metūtur. Sic loquēdo ad ppoſitū. Deus in hac vita nobis merēdi tēpus ɔcepit vt ad maturā meſſem deuenictes reponamur in hoꝛrea dñi. i. i eina vita ⁊ ñ tradamur cū palleiſ ad ɔburrēdū. q2 niſi tpe debito pducam⁹ fruges dbi taſ nō pmittet noſ ampli⁹ dina inſtitia in hoc agro perſiſtere ſ3 falce moꝛtis nos de cāpo vite p̄ſentis delebit ſiue dulces pdu-xerimus fructus ſiue acerbos. Fig. Apoc. xiiij. vbi beat⁹ Joā. vidit cuidam angelo pꝛecipi vt meteret: q2 mature erāt meſſes. Venit ingt hoꝛa vt metatur. Et miſit falcē ſuā in terrā et meſuit terrā. Et in codē capi. imediate ſequit'. Et alius exiuit qui habe bat falcē acutā ⁊ angelus q ha bebat ptātem ſup ignē dixit illi q habebat falcē. Mitte ingt fal cē acutā ⁊ vindemia botros vi-nee quos fecit: ⁊ quod vinde-miauit miſit in lacū ire dei. ſpi-ritualiter. ſubaudi per falcē hu manā moꝛtē. rō eſt q2 quāq3 ſpi ce dum ſunt in agro vna altera maioꝛ atq3 lōgioꝛ ſit. Tn̄ verſus radicē per falcis deciſionē oēs inueniunt' equales ſic facit hu-mana moꝛs. Nā licet i agro hu mane vite vnus ſit altioꝛ ⁊ ex-cellētioꝛ altero nobilitate: ⁊ di-uitiarū magnitudie: tn̄ moꝛte il los metēte ⁊ in manipulos re-ducēte: ſi quis aſpiciat oēs eq̄-les inueniet. Exemplū habem⁹ Exē in Diogene philoſopho q nul-

lā differentiā inter oſſa ignobi-
biliū ⁊ nobiliū potuit inueniri.
Subaudi igitur ꝑ primā falcē
metentem meſſem: mortē iuſto
rum: qui de campo preſentis vi
Dic. te ⁊ aduerſitatis vipribus mul
tarū afflictionū ꝓbant. arētes
deuenerūt. ad pfactā maturita-
tē ⁊ metunt ne ampli⁹ grandi-
nes ⁊ tēpeſtates eos ꝯterēt ⁊ ne
cadat ſuper illos vllus eſt⁹. Et
eſt illoꝝ mors ꝓcioſa in conſpe-
ctū dn̄i. ꝑ aliū ꝟo angelū falcez
acutā tenentē cui angelus ptā-
tem habens ſuꝑ ignem dicit vt
videmiaret botros ⁊c. Subau-
di mortē dānatoꝝ d̄ q̄ i p̄s. xxxij
Mors peccatoꝝ peſſima. Dia-
bolus eſt qui ptātē eterni ignis
ſeu ſupplicij dn̄o ꝓmittēte iubz
eoſ videmiari ⁊ eleuari d̄ vinea
p̄ntis vite: qn̄ vz cōpleta eſt coꝝ
malitia: qn̄ debito expectanti tē
pore vt vuas dulcium operatio
nū ꝓducerēt. Dederūt lambru
ſcas iniq̄tatis ⁊ malitie pſeuerā
tes ſine pn̄ia in oī malo. Deciſi
n. de vita p̄nti accutiſſima mor-
te eo qḋ in ſubſtantia ſola habe
rent: requiē: nihil de ſuis nouiſ
ſimis cogitantes ꝓiciunt in la-
cū iferni vbi calcabunt ⁊ ꝑmen
tur opera eoꝝ. Et quātaz ſūpſe-
runt ſuis prauis opationib⁹ de
lectationē: tanta dabuntur illis
tormēta ⁊ luct⁹. ⁊ quanto ſe ele
uauerunt ꝯ deū in ſupbia ⁊ abu
ſione tūc in tormētis deicientur
in cōfuſione: q2 terre coꝝ vinea
ab eis eleuabitur vt iaz merito-
rū fruct⁹ amplius ꝓducere ne-
queāt ⁊ dabit agricoliſ aliſ. ſ. d̄
monijs q fructū diuine iuſtitie
reddēt ꝓut exigit diuina altitu
do. Vn̄ Augu. i. ꝯfeſſionū. Illa Au.
inquit ē pena peccati iuſtiſſima
vt amittat vnuſqſq3 qḋ bn̄ vti
noluit cū ſine vlla poſſit difficul
tate ſi vellet. ⁊ q ſciēs recte non
facit amittat ſcire qḋ rectum ē.
Et qui rectum facere cuz poſſit
negligit amittat poſſe dū velit.

Sicut exit fulgur in oriē
te. Mat. xxiiij. No. ꝙ
eadez cā tonitrui ⁊ ful-
guris ⁊ quaſi eadē res eſt: ſ3 ꝑ-
cipitur duob⁹ ſenſibus. ſ. audi-
tu ⁊ viſu. videt. n. prius fulgur
q̄3 audiatur tonitruū. ſed tamē
ſimul ſūt: q2 hec prioritas ex ꝑ-
te ſenſus eſt. Citius. n. ſpēs vi
ſibilis multiplicat q̄3 audibiſ s
q2 ad ſenſum p3. Si quiſ percu
tiat ictu magno aliquid a diſtā
tibus prius videt ꝑcuſſionis ic
tus: ⁊ poſtmodū auditur ſon⁹
eius. Ita eſt. n. d̄ tonitruo ⁊ ful
gure. Sed interdū eſt ſon⁹ ⁊ ic
tus ſimul. Et tūc valde pericu-
loſa res eſt. q2 eſt ſignū qḋ ſit ꝓ
pe nos. Spūaliter. Scriptura
ſancta vocat mortē fulgur. Rō
eſt. q2 curſus fulguris eſt ab o-
riente in occidens. Et curſus
mortis eſt a natiuitate vſq3 ad
finē. Nota ergo ꝙ mors iſta ē

idem cum morte illa quam ſa-
cra ſcriptura clamat cuȝ dicit.
ſtatutū eſt oībus hoībus ſemel
mori. Videm⁹ cōtinue hoc ful-
gur hunc ⁊ illū percutere. Sed
nō audim⁹ vocē dicentis. Mo-
rieris tu ⁊ nō viues. Ideo nul-
lo mō credimus nos eſſe mori-
Exē. turoſ. Exēplū. Ille. n. q eſt i na-
uicula velociter tranſeūte cum
alteri nauicule tranſeūte obui-
at apparet ꝙ illa tranſeat. ⁊ qȯ
ſua imobilis ꝑſeueret: cum ta-
men vtraq́ȝ pariter vadat. Sic
igitur homines in carne ſȝ car
nem viuētes vident cōtinue vi
te pñtis fluxum erga oēs: ⁊ tñ
ſe putāt eſſe imortales. Sȝ no.
ꝙ periculoſa res eſt qñ ſiml' vi-
deť ⁊ audiť. nō. n. pōt pcaueri.
Sic periculoſa res eſt qñ pecca
tor diuinā ſcripturā nō audit i
vita: ſed expectat experiri ⁊ au-
dire quādo mors ꝑcuſſerit cuȝ
repentina. Tunc. n. pcauere nō
poterit. Sene. in epiſtola. L.
Te dementē ⁊ oblitū fragilita-
tis tue: ſi tunc times mortē cuȝ
Fig. tonat dico. Figu. Exod. ix. vbi
legimus ꝙ per totā terrā egyp
ti facta ſunt tonitrua ⁊ fulgu-
ra igne admixta ſimul cū gran
dine ⁊ mortua ſunt iumenta q̄
extra domos inuēta ſunt. ſpūa
lr. ꝑ egyptū q interpťať tene-
bra ſubaudi cecam vitā pctōꝝ
oculos habētiū ⁊ nō videntiuȝ.
Fiūt eis ſubdito ⁊ iprouiſo ful-
gura ⁊ tonitrua qñ cū mortali i
firmitate arripit eos timor ge-
henne: ſȝ q2 extra domos pñie
reperiūť vagātes per agros va
nitatis vite pñtis putreſcentes
vt iumenta in ſtercorib⁹ carnis
deſcēdētes ſuper eos repētine
mortis tempeſtas ſubdito exti-
guunť: ⁊ a demonibus ei inſidi
antibus rapiunť i hora mortis
Gre. Grego. li. vi. mora. Antiqu⁹ ho-
ſtis ad rapiendas peccatorum
aīas tempore mortis crudelita
tis effrenatur violentia. ⁊ quos
viuentes blādiījs decipit ſeui-
ens moriendo rapit. audire er-
go debemus tonitruū ſacre ſcri
pture di. Vbi te iuenio: ibi te iu
dicabo. Idō docet nos ſapiēs cō
ſiderare nouiſſima noſtra vt nō
peccemus: ſȝ ſemper ſimus pa-
Gre. rati. vnde Gregorius. xij. mo-
ra. Qui conſiderat qualiter erit
in morte ſemper pauidus erit i
operatiōe. ⁊ in occulis ſuis qua
ſi non viuit. Unde veraciter in
occulis ſue ꝯditionis viuit. ni-
hil qȯ tranſeat appetit. cūctiſ vi
te pñtis deſiderijſ ꝯdicit. ⁊ pene
ſe mortuū ꝯſiderat q mortuuȝ
ſe minie ignorat. ꝑfecta. n. vita
mortiſ iitatio: quā dū iuſti ſolici
te pagūt: culpaꝝ laqos euadūt.

c Ongregat⁹ eſt oīs ppl's
ante portaȝ aquaꝝ. Nee
mie. viij. Nulla eſt via
F adeo longa dummodo ſit finita
que ꝑ itrādi aſſiduitatē aliqñ ū

cõſumet̃: ad terminũ veniatur. Spũalr pñs vita eſt q̃dã via in ter duos incluſa ꝛ termiata ter minos. ſ. inter natiuitatẽ ꝛ mortẽ. Igitur viatores omnes ſim⁹ Ergo oportet nos venire ad ter minũ ꝛ ad portã. i. ad mortẽ q̃ dr̃ eſſe finis vite pñtis ꝛ initiuꝫ ſeq̃ns. verũ ẽ ꝙ porta aliq̃n eſt ardua ꝛ etiã ꝓpter ꝑſſurã oportet intrãtes eſſe expeditos ꝛ agi les: ne pondere alicuius preue niri impediti in porta deficerẽt ꝛ ab introytu forẽt excluſi. Spi ritualr opꝫ fideles cupiẽtes vitã futurã per portã mortis gra tis intrare ſic in preſenti ſe pre parare ꝛ in die tranſit⁹ depoſi tis pctis nõ cogantur a diabo lo q̃ paratus ẽ tũc mactare ꝛ cõ primere peccatores quos pon deribus peccatorũ occupatos cõperiet. Vñ Job. Longe fient filij eius a ſalute conterentur i

Fig. porta. Fig. Hyere. xvij. vbi dñſ legit̃ dixiſſe. Cuſtodite aias ve ſtras: ꝛ nolite portare pondera in die ſabbati: nec iferatis i portas Hieruſalẽ. Et poſt modicũ ſubdit. Non inferatis onera p portas ciuitatis hui⁹ in die ſab bati. Ingredientur per ea prin cipes regni ſedentes ſup ſoliuꝫ Dauid viri Juda ꝛ habitatoreſ Hieruſalem ꝛ habitabitur ciui tas hec in ſempiternum. Spũa liter per diem ſabbati qui dicit̃ requies ꝛ qui eſt dies vltimus ebdomade ſubaudi dieꝫ vltimũ hominis. ſ. diem mortis in quo non licebit plenum ponderib⁹ hominẽ inuenire. male. n. tũc poſſunt pondera deponi. male põt homo tunc ꝯfiteri ꝛ animaꝫ ſuam a peccato aleuiare. Ideo docet xp̃s ſ. Mat. xxvij. Roga te ne fiat fuga vr̃a hyeme vl̃ ſab bato. Oportet nos intrare portam arduam. ſ. humanam mor tem que tanta eſt arduitatis q̃ꝺ niſi prius depoſita ſint peccato rum onera: non valet quis per portam illam libere intrare ad

Se. pniaꝫ. Sen. de naturalibus q̃ꝺ nibus. Si volumus eſſe felices ſi nec deorum nec hominuꝫ nec rerum timore verſari deſpicia mus fortunam ſuperuacua ꝑ mittentem. Si volumus tran quile degere de ipſis dijs con trouerſiam agere anima in ex pedito habẽda ẽ hec. Sen. Se quitur. In Hieremia ingredit̃ tur per eam reges. ꝛc. q: qui be ne rexerunt vitam ſuam ꝛ bene ſciuerunt ꝑncipari vicijs ꝛ per confeſſionem pondera peccati deponere intrãtes per hãc por tam mortis que cõmunis omni bus eſt habitabunt ciuitatem il laꝫ. ſ. eterne pacis viſionẽ: ꝛ erit eorũ hitatio gl'oſa. Secure igit̃ ibũt q expeditos ſe i illo trãſitu exibebũt. nõ poterit eos ꝑſura demonũ ipedire. ps. Nõ ꝯfũde tur cũ loquet̃ inimicis ſuis i por:

ta imo nō pauebunt a morte co
qd̄ fugiētes vitā mortalē: vitā
Caſ. ingredietur eternā. Vñ Caſſio. ſu
per beati imaculati. Quis inqt
mortē tpalē metuat cui vita eter
na promittit? Quis labores ti
meat ⁊ ſe in perpetua rege no
uerit collocandum.

Errauerūt in ſolitudine
S e via ciuitatis nō inuene
rūt. Ps. cvi. No. via dici
tur valde periculoſa in q̄ inter
dū paſſus aliquis inuenitur in
ſolitudine ignot⁹ ⁊ dub⁹. Aliqñ
n. illuc viator accedēs a via re
cta deuiat ne amplius ſit redit.
⁊ iterim pōt a latronib⁹ vel a fe
ris interfici ſeu capi. Jō dz ho
mo in tali trāſitu ſocietati ſe cō
tingere ⁊ nullo mō eā deſerere.
Spūaliter. via vite pñtis ē du
bia: qꝛ ſi in quodā paſſu. ſ. mor
tis hora perdit nunq̄ pōt am
pli⁹ recta via inueniri. Job. xvi.
Semitas p q̄s nō reuertar am
bulo. Debem⁹ igit ſeq ductorē
⁊ viā bñ ſcientē. ſ. xpm. Matt.
xxij. Magiſter ſcim⁹ qꝛ verax
es ⁊ viam dei in veritate doces.
Aliogn a via rectitudinis deui
antes capiemur a latrone illo
crudeliſſimo calcaneo nr̄o inſi
diāte. i. fini nr̄o: ⁊ trademur fe
ris infernalib⁹ eterna ꝯfuſiōe ꝓ
Fig. ſtrādi. Figura. Numeri. xxiiij.
filij iſrael in deſerto nolētes in
introitu terre ꝓmiſſionis ſequi
Moy. pierūt p diuerſa ſuppli
cia. Sic ſpūalr nolētes xp̄z ſeq
via penitētie preueniūt ad paſ
ſum ignotū mortis horrende p
ſolitudinem pergentes vbi ne
minē cognoſcēt plenā latroni
bus ⁊ feris peſſimis. Vñ Ber. Ber
in lib. medita. O inquit anima
mea quis erit ille pauor cū di
miſſis omnib⁹: quorū tibi pñ
tia eſt tam iocunda ſola ingre
dieris ⁊ ignotā tibi penitus re
gionē vbi occurſanda caterua
tim teterrima mōſtra videbis?
Quis tibi in die tante neceſſi
tatis ſuccurret? Quis tuebitur
a rugientibus preparatis ad eſ
cam? Quis cōſolabitur? Quis
te deducet? Et ſubditur. Elige
ergo tibi illū amicū tuū pre oi
bus amicis tuis qui cum om
nia ſubtracta tibi fuerint ſolus
tibi fidem ſeruabit die ſepultu
re tue. Cū omnes amici tui re
cedent a te: ille te nō derelinqt:
ſed tuebit a rugientibus prepa
ratis ad eſcam. Et conducet te
per ignotā atq̄ perducet ad pla
team ſupne ſyon: ⁊ ibi te colo
cabit cū angelis ante faciē ma
ieſtatis diuine.

Abitauit in ſpeluncha.
h Judicium decimoqnto. H
Nota q̄ itinerans per
niues tempore claro cū ſol ſu
per illas lucet cū peruenit ad
domū vel hoſpitiū nihil videt.
Ratio eſt. qꝛ albedo illa excel
lens tantā diſgregationē facit

in oculis ⁊ fantaſma tante cla/
ritatis relinquit q̄ nihil aliud
pōt videre: imo qui domuz vel
ſpeluncā intrat obſcurā: ſemꝑ
claritatē illā ante oculos videt
habere: ⁊ nihil videt: ergo itrā/
ti hoſpitiū etiā periculoſa res ē
tunc intrare paſſū periculoſū.
Nullū ergo eſt remediū niſi q̄
per magnā horā ibi moret quo
uſq; claritatis fantaſma euane
ſcat. Spūaliter. p niues ꝓſperi
tates vite preſentis intelligunt
Nō ē. q2 dum niues ſūt coagu/
late ſūt albiſſime ⁊ lucide ⁊ flā/
te auſtro reſoluunt ⁊ efficiunt
turpes. Sic ꝓſpera mundi duz
adherent hoi clara vident ⁊ lu
cida. Sed fortuna flante p ro/
te ſue volubilitatē ꝯuertunt in
gemitū ⁊ luctū. Igitur itineran
tes diu per ipas. i. ponētes cor
⁊ affectum in ipſis adeo excecā
tur q̄ qū debent intrare hoſpici
um future vite per mortē nihil
vident: neſciūt quo vadāt. Re/
linquūt enim fantaſma adeo i/
preſſum menti q̄ ēt per mortez
quaſi deleri nō pōt. Nequeunt
ꝓſpicere caſuz mortis. Nō pūt
aſpicere pericula in infernalia
nō valēti intueri timorē iudicij
nihil breuiter cogitare poſſunt
niſi mortalis vite felicitatē q̄n
tūcūq; pedes quaſi in foueā te/
neant aiam in gehennā. Unde
Gre. in mora. ſuper illud Job.
dies mei velocius tranſierunt
q̄ a texente tela ſuccidit. Itaq;
homines carnales vltor ad iu/
dicium ptrahit: ⁊ tñ ipſa ordia
tione ſolliciti rebus tranſitori/
is occupati: nil aliud cogitant
niſi in hoc mūdo qualit adhuc
viuant relinquēdo omnia qua
poſſidenda diſponūt: q2 ſpes vi
uendi nō frangit ēt cū vita ter/
minat. Itaq; ad iudiciuz trahū
tur per ſniam: ⁊ tñ habēdis re/
bus adherent per curā. dure et/
enim menti adeſſe mors nō cre
dit ēt cum ſentit. hec Gre. Nō
pōt igitur hō peruent⁹ ſibi de ſa
lute ꝓuidere ꝓpter huiuſmodi
vane ac fantaſtice lucis occupa
tionē. remediū ergo neceſſariū
eſt ad h̄ diuinū ſpeculare hoſpi
cium. i. mortē per ſpeluncaz vel
foueā. Inde. n. cognoſcēt quid
valet mundi pompa: mūdi glo
ria: quid diuitie: quid delitie. ⁊
ſic hec oia reſpuens cognoſcet
dnm deum ſuū. Figu. iij. Reg. Fig.
xix. Helias ſtetit in hoſtio ſpe/
lunce obſeruās ⁊ ſpeculās. Et
primo tranſiuit ventus validuſ
ꝯterens petras ⁊ nō ibi dns. ſe/
cūdo tranſiuit cōmotio terre. ſ3
nō eſt in eo dns. quarto tranſi/
uit ignis: ſed nō eſt in eo dñus.
quarto tranſiuit ſibilus aure te
nuis ⁊ cū eo dns. Et vidit He/
lias dnm ⁊ locuti ſunt mutuo
deus ⁊ Helyas. Spūaliter. per
ꝓphetam iſtū qui dr̄ videns no
tat prouidus xp̄ianus q̄ ſe mo

ritur cognoſcēs ſemꝑ mortem ſpeculat̄:q̄ꝛ.n.termin⁹mortis i cert⁹ē.idcirco ſe ſic diſponit ad illā:ac ſi oī die ſit ille terminus. Jō ſic diſpoſitū mors nō cōtur
Sen. bat. Unde Sen̄.ep̄la.xij. Nō ſit nr̄m quē ꝓpe verſet̄ termin⁹ Sic itaq̄ꝫ formem⁹aīum tanq̄ꝫ ad extrema ventū ſit. venientem nemo hilaris mortē ſuſcipit:niſi qui ſe ad illā ꝯpoſuerit diu ſpeculās. Jgit̄ in morte videb ven tū ſuperbie ꝯterentē hedificia ꝛ percutientē oīa:ſed trāſiēs quaſi fauilla:q̄ꝛ ibi nō eſt deus:videbis terremotū ire:ſed non ē ibi deus:non.n.iraſcit̄ ꝑ ſingulos. videbis ignē cupiditatis:ſed n̄ eſt ibi de.q̄ꝛ ſupbo oculo ꝛ inſaciabili corde cū hoc nō edebā. vt in.p̄s. Videbis vltimo dulci loquij ſibilū ſcē ſcripture: ꝛ ibi dn̄s loquet̄ ſalutaria monita. Sic ergo apte intuebit̄ q̄ ſit fugiēda ꝛ q̄ ſūt ſequēda: nec poſſunt mundi tranſitoria oculos mētiſ diſgregare. Sed videbit ꝛ aſpiciet apte q̄ pro obtinēda
Hie. glia debeāt adipiſci. Un̄ Hiero. ad Cypria. Memento mortis tue ꝛ nō peccabis. Qui ſe conti nue cogitabit moriturꝫ ꝯtēnet ꝑ ſentia ꝛ ad futura feſtinabit.

¶ De mundo.

A h
Ec mutatio dextre excelſi.p̄s.lxxvi. Not.q꜄ qn̄ aliq̄ oppoſito modo ſe mutuo reſpiciūt qd̓ eſt ad dextram vni⁹ eſt ad ſiniſtrā alterius. Spūaliter deus ꝛ mūdus ſunt quodāmō oppoſita. Jō qd̓ ē vni gratū alteri eſt odioſū. ꝛ qd̓ vni placet:alteri diſplicet. vnde dn̄s Mat.vi. Non poteſtis deo ſeruire ꝛ mamone. Jgit̄ filij mundi ꝛ dilecto res eius ponunt̄ ad mūdi dexterā ꝑ cōſolatiōes eius ꝑ delectatiōes pn̄teſ. Filij ꝟo xp̄i.ſ.paupꝫeres ꝛ humiles ad ſiniſtrā ꝑ afflictionē ꝛ penalitatē.ſꝫ fiet i vita ſequēti dextere excelſi mutatio. Fig. Gen̄. xlviij:vbi legim⁹ q꜄ poſitis duobus filijs Joſeph corā iſrael vt eis bn̄diceret ꝛ ſtaret. Manaſſes ad dexteram q̄ꝛ maior. Effraim tanq̄ꝫ minor ad ſiniſtrā. iſrael cāzellatis manib⁹ poſuit dexterā ſup caput Effraī.ſ.minoris:ſiniſtrā ꝟo ſup caput manaſes.ſ.maioris. Et clamante Joſeph nō cōuenit pr̄: q̄ꝛ hic ē ꝑmogenitus.ſ. Manaſes rn̄dit iſrael.minor maior erit. ſpiritualiter.mūdus vt dicū ē ponit maiores ad dexterā. Paupꝫeres ꝟo ꝛ humiles ad ſiniſtrā ſed nō ita erit in futura vita.qn̄ .ſ.deus dextere ſue veniet ꝯferre iuſtis. Tūc.n.eleuabit paupꝫeres ꝛ electos de ſiniſtra penalitatis ꝛ locabit eos ad dexterā ꝯſolatōis:ꝛ ibi magni fient. qn̄ ꝟo peccatores ꝯſumata felicitate vite pn̄tis deiciet̄ ad ſiniſtrā tribulatiōis ꝛ ꝺ. vnde recte

ꝺꝫ ꝙ ſiniſtraꝫ poſuit ſuꝑ. Ma-
naſem: qꝛ poſitus fuerat ad de-
xterā. Manaſes interpꝛetatur
obliuio: ⁊ bñ denotat pctóꝛes ⁊
diuites mundi huius q dei ob-
liuiſcunť in vita pñti. ſed ipſi il
loꝛūmet obliuiſcunť in moꝛte:
Aug. ⁊ ēt deus illoꝝ obliuiſceť. Aug.
in quodā ſermone: hac aīaduer
ſione ꝑcipiť ꝑccatoꝛ vt moꝛi
ens obliuiſcať ſui: qui ꝗ̄zdiu vi
xit eſt oblitꝰ dei. Effraim inter-
ꝓtať creſcēs ꝑ quē denotantur
pauperes paruuli ⁊ abiecti in
vita pꝛeſenti. ſed tūc creſcunt ⁊
apparebūt glioſi. Jō in apoca-
lipſi. Cū btūs Jo. aſpiceꝛ̄t quoſ
dam oꝛnatos ſtola candida: ⁊ i
terrogaret q eſſent hi. Rñſum
audiuit hi ſūt q venerūt ex ma
gna tribulatiōe ⁊c. De mūdi di
uitibus ⁊ potētibus erit oppo-
ſitū: qꝛ h̄ recipiūt bona vt poſt
modū in ſupplicijs gemāt. vn-
Hie. de Hiero. in q̄dā epl̄a. Diffici-
le imo impoſſibile eſt: vt pñti-
bus quis ⁊ futuris fruať boniſ
vt ⁊ hic ventrē ⁊ illic mentē im
pleat: vt de delitijs ad delitias
tranſeat. Et in hoc ſeculo ꝓmꝰ
ſit ⁊ in terra ⁊ in celo appareat
glorioſus.

B m Utabis eos ⁊ mutabūť
ps. ci. No. ꝙ q̄druplex
eſt mutatiōis ſpēs. iiij.
⁊. v. phi. ſ. ad ſubſtantiā: ad q̄li-
tatem: ad quantitatē: ⁊ ad vbi.
Ad ſubſtantiā dꝛ̄ generatio et
coꝛruptio. Ad qualitateꝫ diciť
alteratio. Ad quantitatē augmē
tum. Ad vbi dꝛ̄ surſū ⁊ deoꝛſuꝫ
antroꝛſū ⁊ retroꝛſum: dextroꝛ-
ſum ⁊ ſiniſtroꝛſū. ſpūaliter has
mutationes ꝯtinue mundꝰ iſte
facit. Nam pꝛima mutatio eſt
ad ſubſtantiaꝫ: qꝛ de natiuitate
ad moꝛtem que dꝛ̄ generatio ⁊
coꝛruptio. ſ. naſci ⁊ moꝛi. Job
hō natus de muliere ⁊c. ſecūda
eſt alteratio qꝛ alterať hō mille
modis. Ber. in meditatiōibꝰ. Ber.
Jn hac valle lachꝛymarum eſt
vita laboꝛioſa: vita coꝛruptibi-
lis: vita amaritudīe plena. hāc
humoꝛes tumidant: doloꝛeſ ex
terminant: ardoꝛes exiccant ⁊
aera moꝛbidant: eſce inflant: ie
iunium macerat: ioci ſoluunt ⁊
triſtitie conſumunt: ſollicitudō
coartat: ſecuritas hebetat: ſene-
ctus incuruat: infirmitas fran
git: meroꝛ depꝛimit: hec Bern.
Alia eſt mutatio ad quantita-
tem. Et hec reſpicit diuitiaſ mū
di que augmentantur ⁊ dimi-
nuuntur ſepe ſcd̄m dominium
⁊ reuolutiones foꝛtune. vñ qui
dam philoſophus. ſi bene inq̄t
volumus dicere veritatem non
pꝛopꝛia ſꝫ mutuata vocare poſ-
ſumus qua habemus: quia cuꝫ
omnes in rota foꝛtune volubi-
lis militemus ſepe de diuitijs i
paupertateꝫ mergimur ipꝛouiſ-
ſe. Quarta eſt ad vbi mutatio

ſurſuz ⁊ deorſuz ⁊c.hec mutatio
reſpicit dominia ⁊ ptātes. Naz
videm⁹ q̄ q primatuz tenebāt i
mūdo ſubdito demunt̄ ad miſe
riā:⁊ q in dextera florebāt p̄ po
tētiā cadūt p triſtitiā ad ſiniſtrā
⁊ tāto fortius conquaſſant̄:q̄to
Cri. locus eoꝝ erat eminētior. Cri-
ſoſtomuſ ſuper.ij.ca. Mat.ſp
s.grādis ptās maiori timori ſb
iecta eſt.ſicut.n.ramū arborū i
excelſo poſitum ēt ſi leuis aura
flauerit mouet ſic ⁊ ſublimes in
culmine dignitatuz exiſtes leui
nūcij fama ↄturbat humiles ſi-
cut in ↄualle plerūq in trāqui
litate cōſiſtūt.his ergo mutatōi
bus pulſat̄ miſer hō in hoc mū
do.qui ꝓpter haſ penit⁹ fugien
Fig. dus eēt.Figu.Gen.xxxi.Cum
Jacob ſeruiſſz Laban pro Ra
chel.vij.annis accepit lyam.vi
dens igit̄ quāplures deceptio-
nes in ipſo dixit ei mutaſti mi
hi mercedē meā.x.vicib⁹ ⁊ tol-
lēs qd̄ ſuum erat.Jacob poſtq̄
multo tpe morat⁹ eſt ⁊ p⁹ mul-
tas deceptiones receptas reuer
ſus eſt ad terrā natiuitatis ſue.
Spūaliter.p Labā q dealbatō
iterpretat̄ ſubaudi mundum q
ſemp extrinſecus ꝓſpera p̄bet
⁊ int⁹ amarior ē felle.mutat igi
tur nobis mercedez.x.vicib⁹ ⁊
cū credim⁹ Rachel.accipe que
pulchra ⁊ dlectabilis eſt dat no
bis Lyā que dr̄ laborioſa.Re-
uertendū ē ad terrā natiuitatis
nře.ſ.ad eternā vitā pp quaz re
meati ſumus i xp̄o.vbi pfectaz
requiē inueniemuſ q̄ etiā ſupat
oē bonū terrenū.vn̄ Aug.in li.
de morib⁹.eccle.Tāta ē pulchri
tudo iuſtitie tāta ē iocūditas lu
cis eterne hoc ē incōnumerabi
lis veritatis ⁊ ſapie:vt ēt ſi ñ li-
ceret in ea ampli⁹ manere niſi
vnius diei hora pp hanc huius
ſeculi inumerabileſ āni vite ple
ni delitijs ⁊ ↄfluentia bonoꝝ tē
poralium recte meritoq contē
nerentur.

Ria ſunt mihi difficilia
t puer.xxx.Si ſtrenuus C
hō cāpū certaminis in-
trās pugnaturus ꝯ ꝓprios ho
ſtes ſemotos atq ſepatos inueni
ret ita q̄ poſſet ꝯ illos ſucceſſi-
ue pugnar̄.forte illos faciliime
ſuparet.Sz cū ſimľ ipſos inue
nit cūctos ↄiūctos:dur eſt vin-
cere.qr dū pcutit vnum alij pūt
eū ex latere repercutere ⁊ gra
uis vulnerat̄.Spūalr.Si fide
lis xp̄i itrans ſpūale certamen
hr̄et tm̄ pliar̄ cū mūdo:tunc co
gnita arte pugnet illi⁹ caueret
ſibi ab ictib⁹ ſuis ⁊ cauēdo illuz
ſuperaret facilr̄:ſed mūdus nū
q̄ ē ſolus prelians ſed ducit ſe-
cuz carnē ⁊ diabolū:⁊ hi tres ſi
mul ⁊ ſemel ꝯ ſpūm pugnāt de
hijs.Eccli.xxv.tres ingt ſpeci-
es odiuit aia mea.pauperē ſup
bum.diuitē mendacem.⁊ ſenez
fatuū ⁊ iſenſatū.poſt diabolus

eſt qui eſt oĩbus gratijs ꝓuatuſ ⁊ oĩbus creaturis pauperioꝛ. ſꝫ eius ſupbia ſemp creſcit qꝛ cuꝫ ſemper ſit ſic deiectus ⁊ miſer in elatõe ſũmũ gradũ tenet. Apo. iij. Tu dicis qꝛ diues ſum ego ⁊ nulliꝰ egens ⁊ neſcis qꝛ pauper es ⁊ nudus ⁊ cecus. Secũdus mũdus eſſe dꝫ qꝛ diuitias oẽs ↄtinet. ſed oĩ mẽdacio plenꝰ eſt ⁊ ↄ̃ ſeruos ſuos fraudulẽter in cedit. Et graues ĩctꝰ recipiũt ab

Caſ. eo q ſecũ miſceꝛ. vñ Caſſio. epi. vi. Graue munꝰ eſt vt fructu la boꝛis ſui fraudeꝛ induſtrioſus ⁊ cui dꝫ ꝓ ſedulitate ↄferri pre mium diſpẽdiũ patiaꝛ. ⁊ maloꝝ oĩm ꝓbatur extremũ: ⁊ inde quis cogaꝛ detrimẽta ſuſcipere. vñ credebat auxilia ꝓuenire. h n. homo a mũdo cõtinue patiꝛ. Tertius vero inimicꝰ eſt coꝛpuſ humanũ: qḋ antiquꝰ eſt ſpiritu Sed oĩmoda ipleꝛ inſipiẽtia h n. hoſtiſ tãto foꝛtiꝰ fert ſpiritũꝫ: quãto dignoſcitur familiarioꝛ inimicus. Jḋ ſũme caueri debet

Am. vñ Ambꝛo. de offi. In caſſum ↄ̃ exterioꝛes inimicos in cãpo bel lũ geriꝛ: ſi inter ipſa vrbis me nia hoſtis inſidians habeaꝛ. igi tur tres hi pꝛedicti hoſtes bellũ ↄ̃ ſpũm gerunt cõtinue ⁊ inter dũ illũ ꝓſtrant vt oẽs perdat vi

Fig. res. Fig. Job. pꝛimo. vbi legiꝛ ꝙ caldei fecerũt tres turmas ⁊ in uaſerũt camellos Job: tulerũt ꝙ illos ⁊ pueros illos cuſtodiẽ tes gladio percuſſerũt. Spũalr ter. caldei q interpꝛtanꝛ captiuã tes ſignificãt mũdũ carnẽ ⁊ dia bolũ q frequẽter captiuant ſpi ritũ in lege peccati. aſpoꝛtãt ca mellos. i. opera meritoꝛia ⁊ oc cidũt pueros. ſ. puritatẽ affectõ nis q pꝛiꝰ erãt vt redderẽt ſpiri tũ ꝓmptũ ad bonũ opus. Igiꝛ cognoſcẽs ſe tales hoſtes habe re: nõ debet ſolus cãpũ intrare. ſed dei debet pñſi diũ innocare. Et tũc eiꝰ ſocietate ꝓtectꝰ ab incur ſibus oĩum hoſtiũ erit ſecurus. pſ. cxvij. Dominꝰ mecũ ⁊ ego ḋ ſpiciam inimicos meos.

f Filij tui ſicut nouelle oli uaꝝ. pſ. cxxvij. Inter duꝫ ſunt vniꝰ pñs plu res filij quoꝝ aliqui ḋ legitimo thoꝛo nati. Alij vero ſunt nãleſ. Oẽs tamẽ paſcit ⁊ gubernat ⁊ i ictu ac veſtitu illis ꝓuidet. ſed i hereditatẽ pariter nõ equãtur. Dat. n. pater aliquã particulaꝫ naturalibꝰ filijs. ſꝫ legittime na tis totã ↄfert hereditatẽ. Volũt n. iura ꝙ ſic fiat eo ꝙ dubitatur de natiuitate eoꝝ. ſ. naturalium an ſint vere filij putatiui patriſ. Jḋ ne fraudẽꝛ filij legittimi pñ na hereditate ⁊ deueniat ad ex traneos ſic lex oꝛdinauit. Spi ritualr. celeſtis pꝛ. ſ. xpẽ mltos habet filios. qꝛ taꝫ iuſtos ꝙꝫ pec catoꝛes regenerauit in ſangui ne ſuo. ſed inter ipſos quidam declinantes a lege mandatoꝝꝫ D

eius ſiũt ſpurij ⁊ perdunt gratiam diuinam. adherent, ſolum terre. que nõ eſt vxor xp̄i. Iſti igitur ſunt filij mundi ſed non chriſti. Iſtis non eſt promiſſa paterna hereditas: ſed hic aliquam portionem in temporalibus bonis accipiũt. De talibuſ filijs ille diues fuit qui quottidie epulabatur ſplendide. Jõ dictum fuit ei cum peteret aque guttam. Recepiſti bona in vita tua: q2 portionem eius in terra receperat. S3 pauperes ⁊ abiecti quibus mundus hec negat omnia hi velut filij veri ⁊ paternalem hereditatem expectant non hic ſed in beata vita. ps. xxvj. Portio mea domine ſit i terra viuentium.

Fig. Figura. Geñ. xxv. Abraam dedit munera filijs concubinarum. ſed Iſaac filio vxoriſ legittimo dedit hereditatem. Spiritualiter. Abraa3 pater multarum gentium chriſtũ ſignificat omniu3 patrem vt dictum eſt. filij vero conoubinarũ ſunt filij vite p̄ntis ⁊ diuitiaru3 mundi cum q̄bus ipſe xp̄s nullum contraxit matrimonium. Nõ ſunt igit̃ hi legittimi xp̄i filij ſed ſolus Iſaac qui interpretatur gaudiũ ſeu riſus: per quẽ notatur genus ſpiritualiũ pauperũ q̄bus iure hereditario debetur regnũ celoru3. vt habetur Matth. viij. quia ipſi ſunt leticia ⁊ exultatio patris q̄ ait. Voſ eſtis gaudiũ meũ.

Be. Unde Beda ſuper illud Jacobi. Oẽ gaudiũ exiſtimate. ⁊c. Sic ait. Ne indignemini inquit ſi mali in h̄ mũdo floreãt ⁊ vos patimini: q2 nõ eſt xp̄iane religionis in mundo exaltari: ſed deprimi. Mali nihil hñt in celo. vos nihil i mũdo. Sed ſpe illius boni ad qd̄ tenditis quicquid in via cõtigerit gaudere debetis.

E. f Ugite de medio babilonis. Hiere. lj. Propter duo cõſueuerũt homies loca relinquere. ſ. ſi ibi nimium affligunt̃. ⁊ ſi de loco ad quẽ ire deſiderãt multa felicia ſperant. Spũaliter. hec duo debent nos excitare ad fugam vite preſentĳ quia ⁊ hic premit̃ varijs ⁊ multis tribulationibus ⁊ in vita futura multis ſperamus ꝯſolationibus perfrui.

Gre. Greg. in quadã omel. mala que nos hic p̄munt ad deũ ire compellũt.

Fig. Fig. Exo. xij. vbi legim⁹ q̄ filij iſrael duabus ex cauſis feſtinabãt exiret Egyptũ. Nã ſi egyptij cõpellebant eos exire diris afflictionibus ⁊ ipſimet anhelabãt ad terrã ꝓmiſſionis lac ⁊ mel manantẽ. Spiritualiter. cõpellũt nos exire egyptũ vite preſentis habitatores. ſ. tribulationes afflictiones infirmitates dolores ⁊ infinita veh que cõtinue nos infeſtant ⁊ demum ipſa mors que neminem in egypto vite preſen

tis diu morari permittit vt teſtificant qui nos pceſſerunt. vnde
Pro Proſper in ſuis ſentētijs. Reſpice inqt teipſum qꝛ mortalis es ꝛ qꝛ terra es ꝛ in terrā ibis. Conſpice eos qui cū ſimilibus fluxere ſplendoribus. vbi ſunt quas ambiebāt ciuiū poteſtateſ vbi inſuperabiles oratores? vbi qui conuenientius feſta diſponebāt? vbi equoꝝ ſplendidi nutritores? vbi exercituū duces? vbi ſatrape ꝛ tyranni? Nonne omnia puluis ꝛ fauilla. Nōne in paucis verſibus eorum vite memoria ē. Reſpice ſepulchra ꝛ vide qs fu⁹. qs dn̄s. qs diueſ qs paup. diſcerne ſi poteſ victū a rege. fortem a debili. pulchrū a deformi, memor itaqꝫ nature eſto : ne extollaris aliquando. memor autem eris ſi teipſū reſpexeris. Nos igitur exemplū ſumentes a nobis ipſis egyptū fugiam⁹ non expectantes vt ſic cogamur exire ꝛ quo vadamuſ neſcire. preceſſores repulit ſic ꝛ nos cōpellet exire. Non faciamuſ vt aliqui miſeri ex populo iſrael qui potius ſtare i egypto appetebant ꝛ cepe ꝛ allea comedere: q̄ꝫ in terra promiſſionis lacte ꝛ melle abundare. Nos vero tales nequaq̄ꝫ ſimus ſed queramus terram nobis ꝓmiſſam vbi abūdabimus omnibus bo-
Ber nis. Ber. in quodam ſermone prouidi viri feſtinemus ad locum tutiorem: ad agrum vberiorem: ad paſtum ſuauiorem: vt habitemus ſine metu: abundemus ſine defectu: ꝛ ſine faſtidio epulemur.

Viriliter age ꝛ conforte-
v tur cor tuum. ps. xxvi. 5

Periculoſa res eſt valde exercitum ſeu aciē duceſ ad capiendā terrā vel ciuitatē ꝛ in acie timidos ſeu pauidos habere. Nā quādo ſunt in acriori neceſſitate relinquunt ſocios ꝛ fugiunt. Et ſic reliqui remanētes ſubcūbunt ſociorū auxilio deſtituti. Spiritualiter. xp̄s nos ducit ad capiendā vitam eternam quam nos opꝫ expugnare ꝯtra vitia demonum q inde expulſi fuerunt. Oportet igitur nos cuꝫ armis penitentie illam obtinere. ſed vere magnū ē periculū d quibuſdā qui incipiunt ſeq xp̄ꝫ ꝛ cuꝫ ſunt in maiori neceſſitate aliqbus mūdi delectationib⁹ inuentis volūt xp̄m relinquere; ꝛ mūdo potius adherē. tales enī volētiū benefacē itentionē eneruāt. Fig. Numeri. xxij. vbi legi Fig.
m⁹ q cū Moy. populū educeret ad terrā ꝓmiſſionis. ꝛ peruenīſſet ad terrā Galaad filij gad ivenerunt ad ipm Moyſē. di. Si inuenim⁹ grām in oculis tuis da nobis hāc terrā i poſſonem hēm⁹. n. aialia ꝛ pecora multa ꝛ terra h bona habet paſcua. Tu vero duc fratres meos ad terrā

quã daturus es eis ⁊ noſ dimit
te. hic. Turbatus vero Moy-
ſes dixit. Quare vultis frange
re vires fratrũ veſtrorũ ne va-
dãt ad terrã quã dñs eis pmiſit
nũquid fecerunt ita pães veſtri.
Spũaliter. filij Gad denotant
mũdi dilectores terrã ⁊ terrena
diligentes ⁊ dei ſeruitiũ reſpuẽ
tes. Nã Gad interptaꝛ abiciẽs
ſeruitutẽ. hñt. n. multa bruta ⁊
beſtialia deſideria que i agro pe
nitẽtie ⁊ vie dei paſcere nõ pñt.
Peruenerũt. n. ad terrã Galaad q̃ i
terptaꝛ poſſeſſio aque: ⁊ recte de
notat hui⁹ mũdi pſperitates ⁊
rõ eſt: qꝛ oĩs aqua dũ mare itrat
amittit oẽm dulcedinẽ ⁊ efficiꝛ
amariſſima. Sic pñtis vite pro
ſperitas que oĩu3 virtutũ exter-
minatrix eſt dulcedinẽ quãda3
pmo ptinet ſed pſumato curſu
ſup abſinthiũ amareſcit. Unde
Cri. Criſoſto. i. lib. curialium nug.
Nouerca virtutu3 proſperitas
beatulis ſuis applaudit vt no-
ceat ⁊ infelici ſucceſſu ſic in via
fortunatos obſequiꝛ vt in finẽ p
niciẽ operetur. cũ vinis ſuis ab
initio ppinans dulcia ⁊ cũ ine
briati fuerint latale virus mi-
ſcet. Et ſi qd deterius ẽ: quo ſpẽ
ſuã clareſcat amplius: eos ſtu-
pentib⁹ oculis depreſſiorẽ infun
dit caliginẽ. hec Criſo. Eſt ergo
mũdus iſte cu3 ſuis pſperitati-
bus quedam labilis aque poſ-
ſeſſio cito tranſiens in ſuã dul-
cedinẽ. in ſũmã vertens amaritu
dinẽ. ſed miſeri filij Gad. i. mũ
di hui⁹ amatores bruta ac beſtia
lia deſideria ſecũ portãtes portio
nẽ ppriã tñ in eadẽ poſſeſſione
obtinere deſiderãt: vt ibi volupta
tes brutales quas diximus vale-
ant exercere: futurẽ dĩ abiciũt
nihil curãtes de promiſſione ce
leſti. Sed rñdet mox. i. xps q̃re
frãgitis fratrũ veſtroꝝ vires: ac
ſi dicat. Nõ creditis gaudẽ cũ
mũdo trãſitorio ⁊ in futuro ob
tinere gliam. nõ ſic fecerũt pães
veſtri. i. Apli. martyres: ⁊ ceteri
ſancti qui nuditate paupertate
⁊ diris puenti tribulationibus
acqſierũt celũ. Et tñ poterant ſi
volebãt poſſeſſionẽ mũdi ⁊ eiuſ
dẽ delectationẽ dulci⁹ poſſidere.
Gre. in quadã omel. Ecce inqt Gre
mũdus qui diligitur fugit. Sã
cti vero ad quoꝝ tumbã conſiſti
mus florẽtẽ mundũ mentis de
ſpectu calcauerũt. Erat vita lõ
ga. Salus ptinua opulẽtia i re
b⁹ fecunditas in ppagine tran-
quillitas in diuturna pace. ⁊ tñ
cũ in ſeipſo floreret iã in eoꝝ
cordib⁹ mundus aruerat. Ecce
iam mũdus in ſeipſo aruit ⁊ ad
huc in nrĩs cordib⁹ floret: vbi-
q3 mors: vbi luctus vbiq3 deſola
tio vndiq3 percutimur. vndiq3
amaritudĩe replemur. ⁊ tñ ceca
mẽte ei⁹ amaritudieſ amam⁹ fu
giẽtẽ ſeqmur labẽti iherẽs qꝛ la
bentẽ tenere nõ poſſum⁹ cũ ipſo

ſebimur. h Gre. Cōſideremꝰ ergo fratres qꝛ illic nos i Moy. i. xp̄s conat̄ de huiꝰ mundi moleſtia ad celeſtē p̄ri̇̄z ducere q ꝑꝑ h voluit d̄ celo d̄ſcēdēs oēs mūdi moleſtias ſuſtinē: ⁊ nulla dul cia ſentire. ſeq̄mur ergo ⁊ nos veſtigia pedū eius vt liberi ab his penis ſecuri perueniamus
Aug. ad celū. Aug. in quodā tracta. Si xp̄s de celeſti ſede pro te deſcendit. tu ꝑꝑ ip̄z fuge terrena. Si dulcis ē mūdus: dulcior eſt xp̄s. Sꝫ dicis xp̄s eſt. n. deus ⁊ homo. Ego autem fragilis homo: ⁊ ideo mihi mundus amarus eſt. reſpondit Aug. tranſierunt iuuenes. trāſierunt ſenes. tranſierunt pueri ⁊ puelle: ⁊ viam quaꝫ ignorabas tibi certaꝫ fecerunt ⁊ facilem tibi eſſe oſtēderunt: ⁊ ad hec tibi via amara eſt. Ambula ergo ſecurus: quia poſt pugnaꝫ ſequitur palma victorie ⁊ corona. Et poſt morteꝫ vita ⁊ gloria ſempiterna. Hec Auguſtinus.

C Onfuſum ē gaudium a filijs hominuꝫ. Joelis.
G i. magna quippe ē illoꝝ confuſio qui incepta ſumptibuſ ⁊ labore magis perficere nequeunt. Remanent. n. quodaꝫ modo deluſi atq̄ confuſi in conſpectu omnium qui viderant eos. Jō valde inſipienter ſe gerunt qui altiora ſe querūt. Spiritualiter. hac confuſione ſepe homines huius mundi decipulis cōfundūtur: agrediuntur. n. in vita preſenti quedam ardua ⁊ ſuper mundi facultates cupiētes de lapide ſanguinem elicere cōtra naturam. cum nemo det q̄d non habet. hoc enim temptant qui in hoc mundo putāt requiem inuenire quaꝫ mundus nullatenus continet. Laborant. n. die noctuq̄ in mari ⁊ in terra: i fame ⁊ ſiti frigore ⁊ calore ⁊ innumeris periculiſ erga congregationē mundialiuꝫ reruꝫ. Et cōtexerunt velut aranea telam ventus improuiſus vno ictu dirumpit quicquid fuerat multo labore cōtextum. quoniam cū putat homo in ſuis diu congregat diuitijs gaudere: mentiente ſibi fortuna ſubito his priuatur aut infirmitate cruciat̄: aut feſtina morte preuentus totaliter exterminatur. vnde Jnnocē- Jn.
tius de vilitate conditionis humane. Super inquit humane letitie triſtitia repentina ſuccedit ⁊ quod incipit a gaudio deſinit in merorem. mūdana quippe felicitas multis eſt amaritudinibus reſperſa. Nouit ille q dixit. Riſus dolori miſcetur ⁊ extrema gaudij luctꝰ occupat.
Figu. Gene. xi. vbi legimus ꝙ Fig.
poſt obitum Noe venerunt homines vt edificarent turriꝫ que attingeret vſque ad celum cupientes ꝑ illā mūdū ſugare. ſꝫ lin

gua que prius vna erat cõfuſa eſt: ⁊ in multa diuiſa dogmata: qr nõ valuerũt turriʒ perficere. Naʒ cum artifex lignum petebat alius dabat lapidem. Et ex hoc locus iſte vocat⁹ ē babel. i. cõfuſio. Spũaliter. Noe q iterpretatur reqes denotat diuinaʒ grãm. Ipſa. n. eſt que requiem menti humane ſiue cõſcie pſtat hac igitur grã in hoib⁹ mortua ſtatim cõuenitur ad edificatõis ſtudium. vt errigatur turris ſuperbie per multiplicationeʒ diuitiarum pp quas gloria putatur ⁊ requies. O ſi poſſeʒ inquit hõ cumulare tm̃ teþſaurũ vt ſuper excelereʒ diuitijs ↄuicinos tunc eſſem glorioſus: tunc gauderez. tunc ſubicerent alij ⁊ eſſē cũctis honoratior. Et ſic miſer ſupra vires humanaſ ambiens laborãs expectat cumulaꝛ ⁊ applicare florenos florenis vt perficiat qđ inſcipienter pſumitur. ſed vide qꝛ ↄfunduntur lingue ⁊ vna ſua cogitatio diuiditur in contraria. vñ cum aliquando q̄rat diuitias ſibi. fortuna paupꝫtatē pbet. Cum vero poſtulat ſanitatē: hũores langore ſibi gratiſſimuʒ ſubmiſtrant. cũ optat vitã diuturnaʒ mors ſubdita illuʒ morſu denorat repētino. Ec
Aug. ce igiꝛ lingua artificũ quot modis diuidiꝛ. vñ Auguſti. i li. cõfeſ. O ingt amatoreſ mũdi cui⁹ rei grã militatis. Maior ne eē poterit ſpes vra in mũdo q̄ȝ vt amici mundi ſit. Ille quid niſi fragile plenuʒ piculis: ⁊ p quot pericula peruenit ad maius piculum. pereant hec oia dimittamus hec vana ↄferam⁹ nos ad ſolã inquiſitionem coruʒ que finem nõ habēt vita hec eſt mors incerta: ſubdito obrepit⁹ ⁊ poſt hec negligentie ſuplicia luēda.

¶ De oratione.

P Reperatiõeʒ cordis eorum audiuit auris tua. A
pś. x. Not. q citharista preparat citharã ſuam ⁊ moderat eam prius q̄ȝ citharizet corã magno dño. ⁊ tunc itrat ad pulſandum. Turpē enim melodiaʒ ⁊ diformē faceret niſi prius moderata eſſet. Spũaliter. volens pulſare añ dñm per orõnē pri⁹ dʒ cor ſuũ moderare ⁊ diſponere ad qetē trãqlitatȝ ⁊ pacis facere q itētio intrinſeca bñ correſpõdeat vbis exteriorib⁹ i orõne ,platis. Sic. n. cor ornatũ vtute charitatȝ ⁊ patientie pſallēs corã dño cito exaudiꝛ: Figu. iij. Fig.
Reg. viij. Salomõ. pri⁹ diſpoſuit tēplũ ⁊ prepauit illđ ceteriſ ornamentj. Et poſtmodũ ipʒ intrãs ad ornãdum obtiuit a dño ſuas petitões. Spũalr. ſalomõ interptaꝛ pacificãs mētē ⁊ denotat fidelē cupiētē p denotã orõnē a deo obtinere grãʒ. quã pri⁹ aduerſ⁹ eũ hʒ aliqđ dʒ pacificaꝛ neceſſe ē ſemp hrē. ſ. ſatiſfactionē ,pximioꝝ ſp prepare vt ſi qs memorē illi⁹ petendo indulgē

tiā vel ſi meroꝛ vel doloꝛ i ipſo ē q recepit iiuriā oȝ talē errorē indulgēdo pacificare ⁊ delere ꝺ ꝓprio corde. vt alteri debitū di mittēdo ſuoꝝ debitoꝝ idulgētiā īueniat. ſic igit̃ oȝ coꝛ nr̄m pre parari ſi volum⁹ exaudiri. Ec cli. xviij. añ orationem prepara aīam tuā ⁊ noli eē hō q̄ſi qui ten tat deū. Temptant. n. deū qui ſi ne diſpoſitione cordis per ora tionem pulſāt deū. Lōge pl⁹ va let cordis deuotio q̄ȝ oro ⁊ oris
Iſi. locutio. vñ Iſidoꝛ. de ſūmo bo no. Quid ꝓdeſt ſtrepitus labio rum vbi coꝛ mutū eſt. Sicut. n. vox ſine modulatione eſt quaſi vox poꝛcoꝝ: ſic oratio ſine deuo tione eſt quaſi mugitus bouū. Oratio cordis nō eſt labioꝛum. Nēpe. n. deprecātis coꝛ aſpicit de us nō ꝟba orantis. Melius eſt cum ſilentio orare cordis ſi ne ſono vocis q̄ȝ ſolis verbis ſi ne intuitu mētis. hec Iſidoꝛus.

Sacrificiū deo eſt ſolēne.
B i. Reg. xx. In domo ma gni ꝑncipiſ deforme eſſȝ rē monſtruoſaȝ videre. ⁊ eſt rō. qa affectio humana dicitur eſſe circa delectamēta: ⁊ delectabile nō eſt niſi indebite ꝓportiona tis rebus. Ideo cū offertur aial diminutū vel inſolita deformi tate cōpoſitum abhoꝛretur a vi dentibus ⁊ vocatur mōſtrum ⁊ tanto hoꝛribili⁹ in nobili domo apparet q̄ȝto omnia ibi debent inueniri decoꝛa. Spiritualiter. Orantes deū ſine deuotione deo exhibent mōſtra defoꝛmia qꝛ de ratiōe nāe animalis eſt hr̄e vnū caput ⁊ pedes ſm debitam eiuſ ſpēm ſic de ratione orationis eſt cum verbis cordis deuotionem habere. Si. n. verba dirrigun tur ad deum ⁊ coꝛ ⁊ affectio figā tur ad terrena: mōne mōſtruo ſa eſt talis oratio. Iō in figura. Fig.
Exo. xij. preceptum fuit offerri domino agnuȝ anniculum ſine macula hoc eſt ſine diminutiōe membroꝛuȝ. Spiritualiter. per agnuȝ ſacrificij ſiue immolatio nis notatur ſacrificium oratio nis. vbi requiritur agnus can did⁹ ⁊ ſine macula moꝛtalis pec cati. vnde ſequitur ꝙ debeat eſſe anniculus qꝛ reuocatus ſpū ⁊ mente atq3 quodāmodo renat⁹ per aquam lachrymarum. Iteȝ ſine diminutione mēbroꝛuȝ qꝛ cum oramus deum homo debȝ verſari in coꝛde qȝ pꝛefertur in oꝛe alter eſſet mōſtruoſa noſtra oro. Et qȝ eſt ꝑncipale ipſi⁹. ſ. coꝛ trucarem⁹ ab eo. Nā ꝑ ſap. xp̄s ait. Pꝛebe mihi fili coꝛ tu um. Et ſi oro nr̄a ꝺbeat deo pla cere ⁊ vt acceptū ſacrificiū ipſaȝ recipere petam⁹ quod iuſtū ⁊ ꝺ bitū eſt. ⁊ ſi ſecus peteremus ta lis oratio poti⁹ nobis impetra ret toꝛmentū. Criſoſtomus ſup Criſ.
Mat. Colonus ingt dei ꝯſiliuȝ dyaboli nō requirit. colon⁹ autē

diaboli: ⁊ ſi conſiliū dei requirit nō inuenit. vnde fur orat vt ꝓſperet in furto: ⁊ fornicator ſibi crucis ſignū facit vt nō comprehendat: ſed tanto citius capit: qꝛ neſcit diuina iuſtitia patrocinium preſtare criminibus.

C i
In mediatione mea exardeſcet ignis. pſ. xxxviij. Nō redolent aromata niſi igne ſuccenſa vt pꝫ de incenſo. Nam integrū repoſitū nullum dat odorem. ſup ignez do poſitum fumus eiꝰ aſcēdens dat odorem ſuū ⁊ domꝰ illo repletur. ſpūaliter. oꝛo comparatur aromaticis rebus. rō eſt. qꝛ ſicut corpora humana aromaticis rebus ꝯdita ꝑſeruant a corruptione: ſic aīa ſanctis oꝛonibus dedita reſeruat a peccato. Nam quēadmodū aromatico odore fugantur vermes: ſic deuota oratione diabolice ſuggeſtiones pellunt. Unde Iſidor. de ſūmo bono. Hoc eſt inqt remedium eius qui vitioꝝ tentamentis eſtuat vt quotiēs quolibet modo tangit: totiens oꝛonē fundat: qꝛ frequens oratio impugnationē vitioꝝ extinguit: veꝝ eſt ꝙ vt oꝛo noſtra odorem ſuauez reddat requiritur ignis

Fig. charitatis. Figura. nume. xvi. vbi preceptuz fuerat tolere turribulum ⁊ auſto igne de altari mitti incenſum deſuper. ſpūalr per turribulum notat cor hūanum. Ignis autē qui accipitur de altari eſt charitas que debet recipi per imitationez de cruce Chriſti: ibi nanqꝫ ignis delectationis accenſus fuit q nūqꝫ extingui potuit. ſi ergo volumus noſtram oꝛonem odorem aromaticū effundere: ⁊ velut icenſum dignum in ꝯſpectu dei dirigi: accenſo igne de altari huiꝰi corde noſtro dn̄m adoremus. Iubilantes chriſto ſalutari noſtro. Et tunc odore eius fugabit vermes infernales ſanabit aiam a culpe corruptela: faciet nos deo ⁊ angelis familiares amicos. Aug. in ſer. xl. Oratio Aug eſt aie ſācte preſidiū angelo bono ſolatium: diabolo ſuppliciū: deo gratū obſequiū: ⁊ perfecte religionis tota laus: ꝑ cūcta ſecula ſpes certa ſanitas incorrupta. hec Augu. Uerūtamē ꝙ plures ignē ſanctū iſtum extingui permittūt a pluuia deliciarū mundi ⁊ corporaliū delectationū: ⁊ tūc nullus odor ex illorum oꝛonibus exhauritur. Idcirco nulla talium petitio exaudit: imo tanto lōgiores a diuina grā fiant quāto ſe a meditatione ꝑfecte xp̄i charitatis et dulcedinis ꝓ bono cōicabili elongarūt. Vn̄ Orige. ſuper. ix. Ori. Leuit. Infelix inquit aīa cuius fidei ignis extinguit ⁊ refrigeſcit charitatis calor ad quā cuz venerit celeſtis pontifex qrens

ab ea ignitos ⁊ ardentes carbo-
nes ſuper quos incenſum offe-
rat patri inueniet i ea frigidos
cineres ⁊ aridas fauillas: ⁊ ſub-
dit. Tales ſunt homines q ſuo
trahunt ſe ⁊ longe faciunt a v-
bo dei.

D G Ladius meus deuora-
bit carnes. Deut. xxxij
multū prodeſt bene ſcire
gladium ducere debentibus p̄-
liari. Nā in tali actu ē debilior
ſuperat fortiorē. obſeruet .n. p̄-
liator induſtrius tp̄s ⁊ locū qū
poſſit ⁊ debeat cómodiuſ gladio
pcutere inimicum ſine ꝓpria le-
ſione. ſpūaliter. gladius eſt de-
uota oratio: q: ſicut gladij nu-
ditate oſtenſa timent hoſtes: ſic
oīone corā deo fuſa pterrentur
Aug. demones. Unde Aug. oratio ē
aīe ſancte preſidiū diabolo ſup-
pliciū: vt dictu3 eſt in p̄cedenti
ſermone. ꝓdeſt. n. multū ſi ho-
mo bene ſciat oratiōe vti ⁊ debi-
te tp̄s ⁊ locu3 obſeruare. tūc. n.
ſuperabit fortiores ⁊ coronam
Fig. obtinebit victorie. Figu. iudic.
iij. vbi legimus q̄ cū Egló rex
moab multu3 filios iſrael affli-
geret exigēs ab eis tributa gra-
uia: ſurrexit Aioth qui vtebat̄
in prelio ſiniſtra ꝑ dextra: ⁊ fe-
cit ſibi ſicā. i. gladiū ancipitem
quem ponēs ſibi ad dexteram
partē ſubter fagū ingreſſus eſt
ad regem. Et dū eſſet ſolus cu3
ſolo percuſſit illum ⁊ occidit: ⁊
poſtmodū ducēs filios iſrl̄ ſup
moabitas: interfecit ex eis tria
milia viroꝝ ⁊ alios cōuertit in
fugam. ſpiritualiter. eglon in-
terpretat̄ rotatus: ⁊ ꝓprie dno-
tat corpus humanū: q̄ q̄ttuor
humoribus rotat̄ ⁊ ducit̄ ver-
ſus mortē. Et ſciendu3 q̄ duo
velociſſimi equi indeſinēter cur-
rentes trahūt currū iſtū. ſ. dies
⁊ nox. Ideo qd̄ eſt in tp̄e antiq̄
tur ⁊ morit̄. Igit̄ cū iſte Eglon
. i. corpus humanū ptātē acci-
pit ſup filios iſrael. i. ſup virtu-
tes aīe: exigit ab eis tributa du-
riſſima: ⁊ ē mortifera: q: illam
introducit ad tributu3 peccati:
cuius ſtipendiū eſt mors. Un-
de ſcriptū eſt. Aia que peccaue-
rit ipſa morietur. Duci. n. moabi-
te preſtāt obſequiū: q: demones
humano fauēt corpori. ⁊ p ſu-
as prauas ſuggeſtiōes exhibēt
preſidiū vt fortius militet: con-
tra ſpūm exhibēdo ſuperfluas
delectatiōes q̄s ſpūs neq̄q̄ o3
ꝓcedē. ſ3 Aioth ⁊c. Aioth inter-
ptat̄ laus: ⁊ denotat hoīe3 inte-
riore3: ⁊ ſpūm qui nouit deum
laudare tam in ꝓſperis q̄3 i ad-
uerſis: ⁊ hoc eſt ſcire vti ſiniſtra
pro dextra: hic igitur facit ſioi
gladiū vtrobiq3 incidentē quā-
do orat ꝓ amicis ⁊ īimicis: hic
intrat ſolus cum ſolo quando
ſine tumultu ⁊ extra turbas gē-
tium oratiōnē ſuā fundit. Cer-
tat. n. cōtra diabolū ſeu contra

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL · BURGOS ·

hoſtem ſuum.ſ.corpus tuũ.nec pōt tunc ipſum ledere cum ſic cerat oculte: eo q̃ ñ querit mũ di fauorē ⁊ humanas laudes. Nemo igitur tunc pōt inimico ſuo preſtare preſidiũ cũ ſic pu- gnat. Acuit igiť gladiũ ſuuꝫ ad petram.ſ.oronem dirigens ad xp̄m de quo dr̄:petra autē erat xp̄s.occidit corpus ⁊ ꝓſtrat vi res eius. Et tunc moriunť tria milia moabitaꝝ:qꝛ tria illa ma la mundũ replentia peremit.ſ. ↄcupiſcentiā carnis:cōcupiſcē tiam oculoꝝ:⁊ ſuperbiam vite: quorũ quodlibet mille modis nouit ſpũm infeſtare: ⁊ ſic obti netur victoria oronis ſubſidio.
Iſi. Iſido.de ſum.bo.hoc eſt reme dium eius q tentamētis vitio- rum eſtuat vt quotiēs quolibꝫ mō tangiť totiens oronem fun dat:qꝛ frequēs oro impugna- tionē vitioꝝ extinguit.

Aſcendit pandens iter ante eos. Mich.ij.ne- mo pōt vltra facultateꝫ ſibi nāliter preſtitā agere niſi i- ſtrumēto debito ſit coadiutus. Nam cuꝫ hō grauis ſit nequa- q̃ꝫ poſſet aſcendere niſi median tibus ſcalis lꝫ bene dſcēderet ſi ne adminiculo: qꝛ oē graue tē dit ad centrũ. Spũaliter.ſuper facultatē noſtrā eſt celum aſcen dere ꝓpter grauedinē natā con cupiſcentie qu. nos trahit ſe n per ad infima. Ad illa.n.facili- ter inclinamur ſine aliquo ad miniculo.proni eniꝫ ſumus ad peccatũ. Ideo.ps̄.xxxi. Sicut onus graue grauate ſũt ſuper me. Neceſſe eſt ergo ſi volumus celũ cōſcēdere nos hēe debitum inſtrm̄ quo eleuemus nos ſuꝑ nos. Et ꝑ qd̄ aſcēdamus velut ꝑ ſcalam:hmōi inſtrumētũ ſiue ſcala eſt vera oro.rō eſt. qꝛ ſicut per ſcalam domũ aſcendim⁹ in- trantes ⁊ deſcēdimus exeuteſ. Sic per verā orationē deo inno teſcũt nr̄e neceſſarie petitiōes:⁊ inde deſcendũt ad nos diuie cō ſolationes. Figur. Gen̄.xxviij. Fig.
Jacob vidit ſcalā de terra attin gentē ad celũ:⁊ dñm in ſumita te ſcale vt narrat magiſ dicentē ad Jacob.ego ero cuſtos tuus in itinere:⁊ dabo tibi terrā hāc Itaqꝫ vidit angelos aſcēdere ⁊ deſcēdere. Dicit Joſeph⁹ q̃ vi- dit figuras honeſtas hũanas. Surgēs Jacob fudit oleũ ſuꝑ lapidē di. Deus erat hic ⁊ ego neſciebā. Eſt.n.hic domus dei ⁊ porta celi. Spũaliter.ꝑ ſcalā hanc ſubaudi oronē que ſi deuo ta ⁊ debita eſt ⁊ bonis operibus coadiuta:ſtatim ꝑ eā angeli dei aſcendētes exhibēt deo nr̄as pe titiones nobis eius gratiam re portantes. Thob.xij. Dixit ra- phael angelus ad Thobiā. bo- na eſt oratio cum ieiunio. Cuꝫ inquit orabas ⁊ derelinquebas

prandium: ⁊ abſcōdebas mortuos: per diē ⁊ noctē ſepeliebaſ ego obtuli orationē tuā domino Et ſequit. Et miſit me dñus vt curarem te. Sed nota ꝙ petitōnes noſtre debēt eſſe honeſte et humane. Non. n. honeſta eſſet petitio vt tu petas ꝙ ipſe alteri negas: nec eſſet congruū ab eo quē tu odis poſtulare ſeruitiū. Ideo duo dꝫ obſeruare principaliter ille qui orationē quam deo dirigit cupit exaudiri. ſ. ꝙ deo adhereat: ⁊ in ſe delinquentibus corde puro offenſiōes dimittat. alias nr̄a oṑo fruſtra fieret. Unde Iſido. de ſu. bo. Duobus modis oṑo impedit ne impetrare quiſq̃ valeat poſtulata hoc eſt ſi aut hic mala cōmittit: aut ſi delinquenti ſibi debitū nō remittit. Jacob igit qui interpꝛetatur luctator: qui fugiebat a facie furoris Eſau primogeniti. denotat xp̄i fidelē qui fugit a facie diaboli pri⁹ creati ne ab eo peccati gladio feriat. protegit igitur oṑone quā deo deuote fūdit: qꝛ dñs ſtatim ei ſpopōdit. Cuſtodiā p viā preſentē. Ego i qt dñs cuſtos ero tui in hoc itinere: ⁊ hoc precipue vt eſt dictum ſi honeſta petat. Et que noſtre humanitati ſubſidiū pſtent nō ad tpalia obtinenda: ſed ad celeſtia poſſidēda. Unde Pro- Iſi.

Pro ſper in ſuis ſentētijs. Fideliter inquit ſupplicas deo pro neceſſitatibus vite huius aliquādo miſericorditer non exauditur. Quid. n. infirmo ſit vtile magiſ nouit medicus q̄ꝫ egrotus. Sequitur. Surgens Jacob fudit oleū ſup lapidem qꝛ vera oṑo ñ conſiſtit in locutionibus tm̄. ſꝫ i lachꝛymis deuotis a corde ex peccatorum amaritudine procedentibus. Greg. xxxiij. moral. veraciter orare eſt amaros in compunctiōe gemitus ⁊ nō compoſita verba reſonare. Gre.

## De paſſiōe xp̄i.

Currus iſrael. ⁊ auriga eius. quarto Regū ſecundo. Magnū eſt refrigerium: magnaq̃ ſecuritas: hominem viatorem iuxta torrentes ⁊ fluuios currum inuenire: vel prope ſe habere. Nam de tali paſſu exeunt boues et equi: quem homo pedes non poſſet exire. Et ſi exiret aliquādo malefieret. Nota enim laborat homo in curru: ⁊ tamen ſemper graditur. Poteſt etiāꝫ penſare protegitur a ſuperiori pluuia ⁊ multas currus itinerantibus preſtat cōmoditates. Spiritualiter: per currū qui trahitur quattuor rotis: ſubaudi crucem ⁊ paſſionem chꝛiſti quam traxerunt quattuor pſectiſſime virtutes. Nā due pͥme rote trahentes xp̄m ad crucem fuerunt charitas ⁊ obedientia. A

de prima. Apoſtolus ad Ephe. ij. Propter nimiã charitatẽ q̃ dilexit nos deus miſit filiũ ſuũ ꝛc. De ſcda. Idem ad Philipẽ. ſecũdo. Chriſtus factus eſt obediens vſq; ad mortẽ ꝛc. Secũde due rote trahentes ꝛ ſeqn tes fuerũt patientia ꝛ hũilitas. de prima. Iſa. liij. Quaſi agn⁹ coram tondẽte obmuteſcet ꝛ n̄ aperiet os ſuũ. De ſecũda ipſe dicit. Mat. xi. Mitis ſũ ꝛ humilis corde. Igit̃ nos q ſumus viatores quib⁹ obuiant frequẽter periculoſa tentationũ flumina quos ſepe lubrica ac peſtifera pluuia atq; grando malarũ cogitationũ inuadit ſtare debemus iuxta currũ: ꝛ cum ſentimus tentationũ inſultũ curruz

Fig. hunc aſcendamus. Fig. iij. reg. xviij. vbi legim⁹ ꝙ Helias iuſſit Acab iungere curruz eqs vt ſuper illũ veniret i Jezabel ne occuparet̃ a pluuia: eo ꝙ celos vidit contenebratos qđ erat ſignũ future pluuie. ſpũalit̃. contenebrant̃ celi. i. aĩe vires quãdo vapores turpiũ cogitationũ de corde aſcendũt ꝛ reſoluunt̃ interdũ in peſtem validã cõſenſus ꝛ operis ſuadẽte diabolo. Igit̃ ne huius pluuia nos occupet currũ iungamus. Eq. n. amor ꝛ timor ſunt. Aſcẽdam⁹ igitur iubente xp̃o currũ. ſ. tollentes crucem ſequamur ipſuz quouſq; ſumus in Jezabel qui fluxus ſanguinis interp̃tat̃. nõ deficiam⁹ ꝯtemplari ei⁹ paſſionẽ a p̃ncipio vſq; ad mortem: ꝛ effuſionẽ totius ſanguinis ei⁹ ꝛ ꝛ nũc ſaluabimur. Tãta. n. ẽ ꝓtectio huius ſanguinis ꝙ nẽo ledi põt ab eodẽ ꝓtect⁹. Idcirco ad ipſã oẽs refugiũ hñt qui ſaluabunt̃. Vñ Leo papa i ſer. ieiunij. vij. mẽſis. Effuſio ꝓ iniuſtis iuſti ſanguinis tã potenſ fuit ad premiũ: tã diues ad p̃cium: vt ſi vniuerſitas captiuorũ in redẽptõe ſuũ crederẽt nullũ tyrãnica vincula retinerent. Leo

V Idi dñm facie ad faciẽ ꝛ ſalua facta eſt anima mea. Gen. xxxij. ſecundũ recompenſatiuã iuſtitiã ille qui videt principem in prelio ꝛ ꝛ nõ terga vertit ſed ſequit̃ ipz: debet obtenta victoria multum exaltari. Unde Auguſti. in ſer. dignum ꝛ congruuz eſt fratreſ cariſſimi ꝛc. Qui inquit ſũt ſocij contumelie debent participes eſſe glorie. ſpũaliter. Chriſtus filius dei intrauit campũ ꝓ nobis certaminis ſaluti nr̃e. Iſa. lviij. Ego inqt ꝓpugnator ſum ad ſaluanduz. debem⁹ igit̃ aſpicere ipſum ꝛ nõ terga vertere ſi volumus vt ſua p̃mia nobis largiat̃. Figur. iiij. Reg. ij. Cum Helias deberet aſſumi d̃ mundo dixit Helyſeo. Pete a me quod vis anteq̃ȝ tollar a te, ꝛ petiuit Helyſeus dicens

B Aug Fig.

fiat ſpūs tu⁹ duplex in me. qui
reſpondit rē difficilē poſtulaſti.
Sed ſi me poteris videre quan
do aſcēdā fiet tibi. Et tūc appa
ruit currus igneus. Et aſcēdit
currū Helyas. quē vidēs He
lyſeus clamabat di: Pater mi
pater mi Currus Iſrael ꝛ auri
ga eius. Et ſic quod poſtulauit
obtinuit. Spiritualr. per Hely
am qui interp̄taꝛ deus meus ſi
gnificatur xp̄s qui nr̄ eſt ſpūali
copula incarnatiōis. per Hely
ſeū ſubaudi vnūquēqꝫ fidelē di
ſcipulū xp̄i. ꝛ diſciplinā ei⁹ do
ctrīe querētē. Dicit igitur xp̄s
vnicuiqꝫ fideliū: poſtula a me ꝛ
dabo tibi. Aperi os tuū ꝛ ego i
plebo illō anq̄ꝫ tollar a te. Sub
audi xp̄iane q̄ conſumato vite
p̄ñtis tp̄e xp̄s tolletur a te q̄ꝫtū
ad effectū donoꝝ. ꝛ niſi impetra
ueris i hac vita grām: in alia re
peries bullā grārum. Petē er
go ōbemus duplicē ſpūm ei⁹. i.
duplex donū hoc eſt grām in p̄
ſenti ꝛ gliam in futuro. ſꝫ dicet
tibi. Rē difficilē poſtulaſti. qu
imo impoſſibilē ꝛ ſupra vires
nr̄as facilē tamē ex parte donā
tur. Sed dicit ſi me potes vide
re in curru igneo. i. ſi me potes
videre in cruce: ſi videas q̄ paſ
ſus ſum ꝓpter ignē charitatis
in ligno ſeu curru crucis obti
nebis qd̄ petis dūmodo q̄ paſ
ſus ſuꝫ in corpoꝛe intuearis mē
te. Cōtēplemur ergo miſericoꝛ
die ꝛ charitatis ignē ꝛ accenſo
coꝛde noſtro leue erit obtinere
quod petitur. Caſſi. Magiſter Caſ.
inqt miſicoꝛdia dei. vt dñs mū
di acciperet formā ſerui. panis
eſuriret: fons viuus ſitiret: lux
obſcuraretur. virtus infirmare
tur. vita moꝛeretur. Redēptoꝛ
vēderetur vt hō viuificareꝛ. vbi
ergo p̄nceps tāta afflictiōe plā
gebat. Quis illo flēte nō fleret?
qs eo dolēte non doleret vel ge
meret qū ꝓ gēmato dyadema
te rex crucē geſtabat in capite.

p Aratus ſum ꝛ non ſum
turbat⁹ vt cuſtodiā man C.
data tua. ps. cxviij. qui
cunqꝫ hō rē difficilem. ꝛ arduā
aliquando aggrediatur: tamen
ſi confoꝛtaꝛ a ſuo ſuperioꝛe ſi ar
metur pietate inferioꝛū oblituſ
periculis viriliter ſe ingerit. vi
demus exemplū in animalib⁹.
Canis excitatus a dño ſuo foꝛ
tioꝛē ſe inuadit. Gallina ēt pro
pullis ſuis cū oībus pugnat.
Spiritualiter. licet paſſio xp̄i
fuerit hoꝛribilis ad cogitandū
ne dum ad ſuſtinendum: inſti
gatus tamen a patre quo mioꝛ
eſt ſecundū humanitatem de q̄
ſermo eſt. Et compatiens pul
lis ideſt filijs ſuis captiuis viri
riliter aggreſſus eſt eam. Figu Fig.
ra. Exodi. iiij. vbi dominus vo
lens educere populū ſuum de
manu Pharaōis vocauit moy
ſem. ꝛ dixit ei: Quid eſt quod

habes in manu tua? Qui reſpõdit virgã. Et dñs ad illũ. proice illam in terrã. qui fecit. ⁊ verſa eſt virga in colubrem. ⁊ timẽs Moy. voluit fugere. Sed excitante ac confortante ⁊ precipiẽte domino ipſam reaccepit ⁊ in illa percuſſit egyptũ ⁊ Pharaonem. Spiritualiter. per Moyſez qui ſolus fuit aſſumptus ex aquis in quibus hebreoꝝ pueri ſubmergebãtur: notatur xp̃s qui ſolus exceptus fuit ab vnda peccati per naturam ſed virgo per gratiã ſub qua tã magni q̃ꝫ parui periclitabantur. volenſ igitur deus pater populum ſuũ humanum de manu Pharaonis ideſt diaboli ⁊ de tenebroſo egypto inferni eripere vocauit ipſum dicens. Quid eſt qđ habeo pre manib⁹? Quid deſcendiſti agere in mũdo? Et reſpõdit xp̃s virga eſt ac ſi dicat. Crucis ſuppliciũ eſt qđ nũc cogito. Et pr̃ ad illũ proiice ṽgã corã oculis tuis. i. conſidera que pati te oportet. Et verſa eſt virga in colubrẽ. qui ſerpẽs eſt varioꝛũ colorum ac diuerſoꝛum qui dum Chriſtus oraret in orto ⁊ mediteretur ſupra ſalutẽ noſtrã oſtẽſa ſunt ſibi tormentoꝛum diuerſa genera que in cruce pati debebat: ⁊ tunc timens fugere ſatagebat qñ ait. Pater omnia poſſibilia ſunt tibi. Tranſeat a me calix iſte. ⁊c. Et factus eſt i agonia vt ſudor eius eſſent gute ſãguinis. Sed tunc a domino cõfortatus ⁊ ſuoꝛum captiuoꝛum pietate deductus ait. Non ſicut ego volo ideſt non carnis infirmitas petit: ſed prõptitudo ſpiritus deſiderat pater fiat voluntas tua. Et tũc virga crucis apprehenſa percuſſit infernum ⁊ diabolum multipliciter vulnerauit captiuos ſuos de carcere liberauit. ⁊ ſine confuſione ſui ſic d̃ hoſtibus ſuis feliciter triũphauit vnde Caſſiodorus. ſuper illo. Pſalmo. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. In die inquit crucifixionis ſue ſic obumbratus atqꝫ defenſus eſt xp̃s: vt nec animus eius ↄfuſionẽ aliquã pateretur: nec caro ipſius corruptionis iniuriã ſuſtineret: vnde bene diffinita eſt paſſio dñi dies belli: quãdo ſcilicet diabolo victo iſfernorum clauſtra dirupta ſunt ⁊ captiui liberati ſunt. Caſ.

Quare ergo rubꝛũ eſt veſtimentũ tuũ. Iſa. lxiij. D
Uidentes rem penitus inſolitam euenire cãm penit⁹ neſcientes in magnam incidũt admirationem nec quietatur humane mẽtis acies: donec peruẽtum fuerit ad cognitionem cauſe. Idcirco aſpicientes philoſophi ſolis eclipſim admirati ſũt valde: ſꝫ poſt admirationẽ phi

loſophantes viderunt ꝙ cauſa huius eclipſis fuerat interpoſitio lune inter terrã ⁊ ſolẽ. ſpũaliter. Nulla res tã inſolita ⁊ tã stupenda in mũdo vnꝙ̃ fuit q̃ ꝙ dei filius in mundo viſus eſſet cũ hominibus conuerſari i terra capi: pati: ⁊ morte turpiſſima cõdẽnari. Idcirco ꝓphete i ſpiritu ſancto prophetãtes admirati ſunt interrogãtes ⁊ ſcrutantes cãm. Reprierũt ꝙ erat interpoſitio lune. i. aſſũptio carnis humane in qua voluit ſalutẽ nr̃am operari. hec. n. eclipſabat diuinitatis radios. i. potentie maieſtatẽ ne ab hoibuſ viderẽt. ꝓbebat tñ mortalitatem ⁊ infirmitatem exterius Iſay. i. Omne caput languidũ ⁊ omne cor merẽs a planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ nõ eſt in eo ſanitas. Sed quia talibus armis decebat eum muniri vt conteret caput draconis ⁊ caudam ideſt vt peccatum originale deleret ⁊ contra carnalia fidelibus vires preſtaret. Ideo iterrogatus reſpondet. Ego iquit qui loquor iuſtitiam ⁊ propugnator ſuꝫ ad ſaluandum. Addens etiam vlterius. Ego torcular calcaui ſolus ⁊ ex omnibus non fuit vir mecum: veſtimenta mea inquinaui ſcilicet ſanguine meo. Fi-

Fig. gura. Geneſis. xxxiij. vbi legimus ꝙ vendito Ioſeph a fratribus ſuis acceperunt tunicã ipſius ⁊ laceratam gladijs ⁊ inuolutam in ſanguine ediderunt vni perſone que obtulit eaꝫ patri ⁊ eidem illam oſtendens pater ait. Fera peſſima deuorauit filium meuꝫ Ioſeph. Spiritualiter. vendito chriſto a diſcipulo ⁊ empto ab egyptijs hoc ẽ a iudeis tenebroſis tunicam eius ſcilicet carnem eius ⁊ laceratum clauis ⁊ lancea poſtquam in cruore proprio intinxerunt depoſito vltimo de cruce dederunt eam in manibus beate vginis que verſus celũ clamans dicebat. O excelſe iſrael. O celeſtis Dauid. O pater miſicor die ⁊ clementie. Uide ⁊ obſerua ſi hec ẽ tunica filij tui an nõ? Uide ſi hec eſt tunica quaꝫ Rachel fecerat filio ſuo Ioſeph. Uide ſumme deus ſi caro chriſti eſt quam ego obumbrante ſpiritu ſancto nunciante Gabriele archangelo concepi. Uoluebat intra ſe hanc vnicam vgo Maria a capite vſqꝫ ad pedem videbat caput ſpinoſum. os felle pollutum: oculos liuoribus plenos. manus ac pedes perforatos: latus apertum: totum corpus cruentatum. ⁊ cuꝫ lachrymis verba gemittibus plena dirigebat chriſtum dicens. Quare fili mi ſic rubrum eſt veſtimentum tuum? Uox

igitur illi⁹ ſonabat in rama plo
rans filiū ſuū.ſepe repetēs ꝓſti
nam interrogationē an eēt illa
tunica filij ſui Joſeph.Et rńdit
pater. fera peſſima inuidia deuo
rauit filiū meū.Sapi.ij.dixerūt
impij apd̓ ſemetipſos ñ recte iu
dicātes . venite circūueniamus
virum iuſtū ⁊c.Et in fine cāz ꝓ
dictam.ſ.inuidiā dī. Et errauē
rūt qꝛ excecauit eos malitia eo
rū.Et ſubaudi per malitiā inui
diā iudeoꝝ. inuidia ferioꝛ om
ni fera :leo fortiſſim⁹ ꝓſtratis i
dulget.⁊ tu redēptorē tuū pun
giſ ꝯtra imaculatū agnū qui os
ſuū nō aperuit. ⁊ tu tuū os ape
ruiſti ⁊ carnē eius dentib⁹ lace
raſti ferreis.ligaſti qui vinctos
tuos ſoluit:vulneraſti qui oīuʒ
ſanat vulnera potaſti felle aque
viue fontē:crucifixiſti qui oīuʒ
cruciatus curauit. Occidiſti il
lū qui eſt oīuʒ viuētiū vita . qm̄
Anſ. quis audiuit.vñ Anſe. in medi
tationibus. Quid feciſti dulciſ
ſime puer vt ſic iudicaris?qd cō
miſiſti amētiſſie iuueniſ vt adeo
male tractareris?O ſcelus tu
um?que noxa tua? que cā mor
tis tue?que occaſio tue damna
tionis?O admirabilis cenſure
cōditio . O ineffabilis myſterij
ꝺpoſitō: peccat iniqu⁹ ⁊ punitur
iuſtus:delinquit reus vapulat i
nocēs . offendit impius:dānat
pius.Qd̓ merek malus : patit
bonus.quod perpetrat ſeruus;
exſoluit dñs.quod cōmittit ho
mo:ſuſtinet deus.

[v]nus militū lancea la
tus ei⁹ aperuit.Jo.xix
Quādo duciť re⁹ ad pa
tibulū quē multi ſequunť.con
ſumata vita illius ⁊ habita ꝺbi
ta experiētia ꝺ morte omnes q
aſtabāt recedunt. Spūalr.xp̄s
mūdus purus ⁊ immaculatus
agn⁹ innocēs in cuius oꝛe nō ē
dolus inuētus:duct⁹ fuit ad cru
cē ⁊ deputat⁹ cū impijs. Jō con
ſumato ipſius paſſionis myſte
rio ⁊ experti iudei ꝙ vere mor
tuus eſſet reliquerūt eū in cru
ce pendētē poſt horā nonā.⁊ vſ
qʒ ad veſperas ſtabat ſic pēdēſ.
Nā ſaciati iudei qui mortē ei⁹
ſitiebant:eo mortuo receſſerūt
⁊ oēs eū dereliquerūt ⁊ diſcipu
li abierūt.Figur.iij.Reg.xxii. Fig.
vbi legim⁹ꝙ rex iſrael vadens
ad ꝓliū ꝯtra ſyros mutauit ha
bitū.ſ.regalē oꝛnatuʒ ⁊ aſcēdit
currū ſuū ⁊ percuſſus ſagitta in
ter ſtomachū ⁊ pulmonē mor
tu⁹ eſt veſpere ⁊ ſyrij oēs reuerſi
ſunt.Oꝛdinauerāt.n.ſyrij ho
ſtes eius vt ſolū iſrael regē iter
ficerēt.quo facto terminatū eſt
pꝛeliū ⁊ ſaluati ſunt oēs rege tā
tū moꝛtuo. Spiritualiter. xp̄s
dei fili⁹ dr̄ rex iſrael qui interp̄
tatur videns deū.Jpſe.n. ſem
per videt diuinitatē.qꝛ ſemꝑ ſi
bi pñs eſt cū ⁊ ipſe ſit deus. Jgi
tur debens capū nr̄e ſalutis in

ſtare pugnatur⁹ pro nobis occultans maieſtatē regalē exinaniuit ſemetipſum formā ſui accipiēs ⁊ aſcēdens currum.ſ.lignū crucis poſt multa tormenta percuſſus eſt lācea ⁊ hora veſpertina pendebat in cruce mortuus. Et vt dictum eſt ſatiata iudeorꝫ rabie qui iā xpi mortē ſiebāt terminatū eſt ꝑlium quod erat iter nos: ⁊ angelos. Et ocī reuerſi ſunt in domū ſuā. Et factus eſt in pace locus eorū. ⁊ hitatō eorꝫ in ſyon.i.in vita beata. Et ex iſtis duob⁹ generib⁹ oīuꝫ fact⁹ eſt vn⁹ grex. vni ⁊ trino paſtori ſubiectus qui talia eis paſcua ꝑparauit que nec oculuſ vidit nec in corꝫ hoīs aſcendit. ⁊ ſic rex noſter oꝑrat⁹ eſt nob pacē in morte ſua. vñ Criſ. in ſer-
Cri. cene dñi. Occiſus ꝓpoſitus xpſ cur occiſus ſit videamus. vt celeſtia pacificet. vt terrena reconciliet vniuerſa. vt amicū te conſtituat angelorꝫ. ⁊ hñti oīuꝫ ptā tem aiam ſuā pro te dñs dedit.

F. Dbit ipios ꝓ ſepultura yſa.liij. Lōge negorꝫ eſt malitia ſub aliquo gñeꝛ tutū paliata: ꝙ ſi nuda ⁊ aperta
Aug foret. vñ Aug. ſuper. ꝑs. Simulata eqtas nō eſt eqtas ſed duplex iniqtas phariſei nāꝗ cogitantes maliciā ⁊ neqtiam quaꝫ in nece xpi exercebant ſub ſpē pietatis iuerūt ad pilatū dicentes ⁊ petētes ob paſchatis deuotionē vnū vinctū.ſ. Barabā ſeductorē latronē ⁊ homicidaꝫ. ⁊ ſub iſto palio dānauerūt iuſtuꝫ ſ. xp̄m. Duo ergo mala fecit populus iſte.ſ.reū dimittendo. ⁊ iuſtū occidēdo. Iſa.v. veh q iuſtificatis ipiū ⁊ iuſtitiā iuſti auferetis ab eo. Fig. Leui.xvi. vbi Fig.
legim⁹ ꝙ in die ꝓpitiationis offerebant duo aīalia.ſ. duo hirci quorꝫ vn⁹ mactabat ⁊ offerebat dño vt fieret ꝓpitiatio pro peccatis. alius vo dimittebat libere ⁊ hic ſecū portabat oīa peā ppli. Spūaliter. ꝑ hec duo aīalia oblata in ſacrificio ꝓpitiatōnis ſubaudi hos duos vinctos ſ. xp̄ꝫ dei filiū ſcūm ⁊ iuſtū. barabā latronē ſeductorē ⁊ homicidā. imolat⁹ igit xp̄s eſt ꝓpter quē facta eſt recōciliatio oīum pctōꝝ ⁊ Barabas dimiſſus ⁊ liberat⁹ eſt qui eſt teſtis perfidie iudeorꝫ. Anſel. in ſuis meditat. Anſ.
⁊ dirigit. verba xp̄o. vultū tuuꝫ ingt honorabilē in quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. q oēs celos adiplet letitia quē deprecāt oēs diuites plebis. polut labiīs ſuis ſputis ingnauerūt. ſacrilegiſ manib⁹ occiderūt. velo opuerūt ī deriſionē ⁊ te dñꝫ vniuerſe creature tāꝗ ſuuꝫ ꝯtēptibilē colaſizauerūt. Adhuc aūt aiam tuā incircūciſo degluttiendū tradiderūt. vinctū qdeꝫ ante faciem Pilati preſides perduxerūt poſtulātes te ſupplicio crucis in-

ſcrimi qui peccatuz nō noueras & vir homicidā dōari ſibi agno lupū:auro lutū pponētes. O indignū & infelix cōſiliū & quidez nō ignorabat impius ille per inuidiā hoc in te fieri:tamē nō abſtinuit temerarias in te manus mittere:ſed repleuit aiam tuaz ſine cauſa amaritudine.

B v Vade lauare ſepties i iordane.iiij. Re.v. Solēt inuitati ad magna feſta facies lauare ſuas ne imūdi appereāt inter mūdos. Spūaliter dñs nr̄ nos inuitauit ad feſta maxima. ſ. ad gaudia paradiſi vbi nullus ſordidus intrat.ſed oēs ſūt mūdi & imaculati. apo. vj. date ſunt ſingulis ſtole albe. Sed ne per immūditiā repleamur:dedit nobis iſto ſancto tpe aquā purgatiuā cū ſacratiſſimo ſue paſſionis ſanguine ex quo ab oi malitia peccati lȝ turpiſſi-

Fig. ma poſſumus mūdari. Fig. Leuit. xiij. vbi legimus q̄ in purificatione lepꝛoſoꝝ talis rit⁹ ſeruabaṫ. portabanṫ. n. duo paſſeres viui quoꝝ vnus iterficiebatur ſup aquā viuam in vaſe terreo poſitā & fiebat aſperſoriū de ligno cedrino & yſopo. Et ibi ligabaṫ ſolo v̄micuio. i. coccineo paſer viu⁹ ad modū aſperſorij & aſpergebaṫ ſepties lepꝛoſus. p⁹ modū paſer viuus dimittebaṫ abire. Spūaliter. lepꝛoſuȝ erat genus humanū ꝓ pcm̄ ꝑmoꝝ parētū q2 lepꝛa ſordes eſt iſanabilis & pctm̄ illud q̄tū ex parte hois erat icurabile. per duos ēt paſeres aductos ad purgatiōez lepꝛe ſubaudi diuinaȝ & humanā naturā. factū eſt aſperſoriū de ligno cedrino q2 in cruce xp̄i poſitū fuit lignū cedri. Occiſuſ eſt. n. vn⁹ paſer q2 humana natura xp̄i cuius ſanguine aq̄ baptiſmatis efficaciā mūdādi accepit. Ali⁹ paſer. ſ. diuinitas filio charitatis humanitati ꝯiūcta ē ſed liber abijt eo q̄ diuinitas imoꝛtalis exiſtat. Septies aſpergiṫ imūdus. q2. vij. ſacra de vaſe terreo. ſ. coꝛpoꝛe xp̄i fluxerūt cū ſanguie & aqua ſimul ꝓpter quā ois aia vere credens & iuſte operās mūdaṫ. accipiam⁹ ergo illud aſperſoriū & ſepties noſ aſpergam⁹. ſ. diſcurrēdo per. vij. peccata moꝛtalia. ſed vide quod ſit aqua viua ſolus ſanguis nō lauat ſine aq̄ viua nec aq̄ viua ſine ſanguine. Aqua viua dr̄ que manat de viſcerib⁹ terre per q̄s duotas ſubaudi lachꝛymas q̄ d coꝛde ꝯtrito & verificato exeunt fluētes per oculoꝝ riuos. ſi ſic ꝑ aſperſoriuȝ crucis ex ſanguine xp̄i aſpergas tuā memoriā. & ſi plenus ſis ſordibus & ſi nulluȝ decoꝛē virtutū habeas in te tantū pctōꝝ lachꝛymis aſſumptis paſſionis dñi memoꝛia te mundabis. Ber. ſup cā. ſermo. xxij Ber Paſſio tua dñe Jeſu xp̄e eſt vi

antiū remediū ſingulare refu-
giū ꝯficiēte ſapiētia. Juſtitia ē
nō ſufficiēte ſubcūbētib⁹ meritis
illa ſuccurrit. Ideo cū defecerit
virtus mea nō ꝯturbabor neq̧
diffidā. Scio quid faciam cali-
cē ſalutaris accipiam ꝛ nomen
domini inuocabo.
Arbor bona fructus bo-
h a nos facit. Matthei. vij.
Preter fecunditatem ꝛ
ſuauitatē fructuū ēt arbor ipſa
multas pſtat humano vſui cō-
moditates. Nā viatores arbo-
re frōdoſa innēta nō ſolū fructi
bus eius reficiunt: ſed etiā ꝓte
gunt ab eſtib⁹ ſimiliter ꝛ a plu-
uia. ꝛ aſcendens interdū ſicut il
li neceſſe eſt tuet a feris. Spūa
lit. crux xpi arbor bona fuit ma
gna lata ꝛ frondoſa. ꝛ fruct⁹ ſa-
tietatis ꝛ ſuauitatis tribuens ꝛ
fideles oēs ꝓtegit a demonib⁹ ꝛ
ab omnib⁹ peccatoꝝ ꝛ vitioꝝ in-
Fig. curſib⁹. Figu. Danielis. iiij. vbi
narrat viſio quedā ſub tali for-
ma. Ecce arbor in medio terre:
cui⁹ ꝓceritas attingēs ad celū
ꝛ aſpect⁹ eius vſq̧ ad terminos
terre ꝛ eſca vniuerſoꝝ in ea ſub
ter eā habitabāt aialia i ramis
ei⁹ volucres celi conuerſabant.
Spūaliter. per hāc arborē ſub-
audi crucē xpi pm⁹. ps. Erit tā
q̄ lignū qd plantatū eſt: ſecus d
curſus aqua. In medio terre qd
ad lrā ſic fuit. fertur. n. qd i cal-
uarie mōte vbi crux xpi fuit po
ſita ſol recto tramite ac directe
aſpiciat quodam tempore qd ē
argumētū medie regionis. ps.
Deus nr ante ſecula operat⁹ eſt
ſ. in medio terre. Cuius ꝓceri-
tas attingens ad celū qr nulla
eſt alia via ad celum d terra dis
cens niſi crucē xpi accipere ipſo
teſte qui ait. Si quis vult poſt
me venire tollat crucē ſuā ꝛ ſeq
tur me. Aſpect⁹ eius vſq̧ ad ter
minos terre: qr omnes inuitat.
oēs vocat: neminē deſpicit. ps.
Extendit palmites ſuos vſq̧ ad
m. ꝛ vſq̧ ad. fl. pro pa. eius. Eſ-
ca vniuerſoꝝ in ea qr puis ꝛ ma
gnis inſipientib⁹ ꝛ perfectis iu-
ſtis ꝛ iniuſtis. ipſa ſubuenit oi-
bus volentibus fructus pbet ſa
lutiferos arbor illa Ambroſius Am.
ſup Luc. xps oibus oia fact⁹ ē.
pauper pauperib⁹. diues diuiti
bus. flens flentibus. ſitiēs ſi-
tiētib⁹: ꝓfluus abūdantib⁹. In
carcere cū captiuis. cū Maria
flet. Cū apoſtolis epulat. cū ſa-
maritana ſitit. In deſerto eſurit
vt cib⁹ pmi hoīs quem preuari
catione guſtauerat ieiunio dñs
ſolueret. Sub ea habitabāt aia
lia per que notātur homines vi
te actiue. qui ſub arboris huius
vmbra per fidem quieſcunt ꝛ tē
pore tentationis eſtus ꝛ quādo
cunq̧ feras inferni appropin-
quare percipiunt. Arborez hāc
per contemplationē ꝛ medita-
tionē aſcendunt. ꝛ ibi tute quie

Ber ſcḋt: Ber. in ſuis medi. Copioſa inqt redēptio data eſt nobis in vulnerib⁹ redēptoris noſtri. magna multitudo dulcedis gr̃e plenitudo ꝛ perfectio ꝟtutū. cuꝫ me pulſat turpis cogitatio: recurro ad vulnera xp̃i ꝛ fugatur a me. Cū me ꝓmit caro mea ex recordatiōe vulnerū dn̄i mei reſurgo. Cū diabolus parat mihi inſidias: fugio ad vulnera dn̄i mei ꝛ recedit a me. In oib⁹ neceſſitatib⁹ meis nō īueni tā efficax r̄mediū q̄ꝫ vulnera xp̃i. ſeqr̃ In ramis ei⁹ volucreſ celi ꝯuerſabāẗ. p volucreſ celi nidificātes i ramis ſb audi viroſ pfectos. q lꝫ corpalr̃ ſint i mūdo nihilominꝰ cordialiter mūdus illis crucifix⁹ eſt: ꝛ ipſi mūdo. hi debent nidū ſuū in plagis xp̃i totaliter ponere quē iudei crucifixerunt ꝛ in hoc fugiēt oēm ruinaꝫ ꝛ oī

Ber celeſtī gr̃a pfruenẗ. vñ Ber. in me. Ecce inqt dn̄e cū de tui memoria mēs mea ſuſpirat ꝛ tuaꝫ ineffabilē meditabiẗ pietatē ipſa carnis ſarcina minuſ grauat cogitationū tumult⁹ ceſſat pondus mortalitatis ꝛ miſerie more ſolito nō oblectat. Silent cūcta: trāglla ſl oia: coꝛ ardet: animꝰ gaudet memoria viget itellectus lucet. ꝛ totus ſpiritus deſiderio viſionis tue accēſus iuiſibilium rapitur amore.

F. e Cce agn⁹ dei ecce q tollit pcā mūdi. Jo. i. dicit phs q̄ ſenſus debēs ſētire aliḋ ſēſibile debet eſſe ab illo penit⁹ ḋnudat⁹. pupilla. n. ꝓ tāto dr̄ ab ſcoloꝛ. i. ſine coloꝛe vt de coloꝛib⁹ poſſit iudicare. alr̃. n. colores nō pciperet qꝛ coloꝛ exiſtēs in pupilla ipediret viſionē exterioꝛis coloꝛis. ꝟbi gr̃a. Si qſ iuxta oculū vitrū coloꝛatū ponat ꝛ ſil' p illū alia viſibilia itueaẗ oia ſibi apparebūt illi⁹ coloris cui⁹ eſt vitrū. Et qḋ dcm̄ ē ḋ oculo ita ꝛ de ceteris ſēſib⁹. ſpiritualr̃. nō erat poſſibile aliquā creaturā purā pficere ſalutē humane nāe. Et ipſam liberare a pctō eo q nulla reperiebaẗ oio abſqꝫ pctō. i. vt ei⁹ puritas ꝛ bonitas ſufficeret ad tollendū culpā ꝛ ad īfundēdū gr̃aꝫ nec erat ad hoc ſufficines angelus qꝛ vt hr̃ in Job. Celi. i. angeli nō ſūt mūdi in ꝯſpcū eius neqꝫ homo poterat iueniri mūdus. Nemo mūdus a ſoꝛdibus neqꝫ infans cui⁹ vita eſt vnius diei ſuper terrā. Si ergo nulla creatura ſufficiebat eo qḋ nihil' eſt in ꝯſpcū eiuſ mūdū requirebaẗ: ergo nō tm̄ creatura ſed ꝛ ipe creatoꝛ q oio ē ſine coloꝛ. i. ſine ꝯi reatu. Opoꝛtuit ergo ipm quādā nouā creaturā facere. ſ. aiam xp̃i ꝛ ipāꝫ iduere carne a peccato aliená qḋ fieri nō poterat niſi ḋ virginitate cōciperet per opus ſancti ſpūs. ꝛ ſic aſſumeret hāc nāꝫ de⁹ vt eēt penitus ſine macula ꝛ

vt maculas ↄ̄tagiõis humane poſſet mundare. Jõ verbuȝ dei caro factũ eſt. qui dr̃ agnus immaculatus quem cuȝ beat⁹ Jo. aſpiceret ſpũſancto plenus cognouit ⁊ ipſuȝ digito oñdit di. Ecce agnus dei ⁊c. hoc ẽt alius
Fig. euangeliſta Jo. in figura vidit apoc. v. vbi ipſe ait. Uidi inquit in dextera ſedentis libꝛuȝ ſignatuȝ ſignaculis. vij. ⁊ nõ inueniebatur in celo neq̄ȝ in terra neq̄ȝ ſubter terram qui dignus eſſet aperire libꝛum ⁊ ſoluere eius ſignacula. vij. Et dum ex hoc ipẽ Jo. amare fleret oſtenſus eſt ei agnuſ occiſus ⁊ dictum eſt ei vt non fleret qꝛ dignus eſt agnus qui occiſus eſt aperire libꝛuȝ ⁊ ſoluere. vij. ſignacula. Spũalit̃ per libꝛum clauſum ⁊ ſignatuȝ ſubaudi diuinam gratiam quã foꝛtiter contra nos clauſerant. vij. capitalia vitia: que p̄mi noſtri parentes diabolo ſuadente cõmiſerunt nec reperiebatur in celo. ſ. angeluſ ad hoc ſufficiẽs. neq̄ȝ inter viuentes hoies erat alius valens nos liberare. nec inter ſanctos in limbo detentos quiſq̄ȝ taȝ iuſtus erat ad hoc potens vt nos eriperet. ſed oſtenſus ſibi agnus ſine macula qui ſufficiens fuit tolere mundi peccata. vñ audiuit idem Jo. in eodem lib. ca. v. atq̄ȝ vidit viginti quatuoꝛ ſenioꝛes habentes ſingulas citharas, ⁊ cantabant cãticum nouum coꝛaȝ deo ⁊ agno di. dignus es domine aperire librũ ⁊ ſoluere. vij. ſignacula ei⁹: quoniaȝ occiſus es ⁊ redemiſti nos in ſanguine tuo. ⁊c. Spiritualiter. per. xxiiij. ſenioꝛes intelligũtur. xij. apoſtoli. ⁊. xij. ꝓphete omnes citharas ſcripturarum ſuarũ idem canticum cãtant. Nam queȝ pꝛophete venturum pꝛedixerunt apoſtoli ꝑdicauerũt veniſſe. vnde Leo papa in quodam ſermone. Sacra- Leo
mentuȝ inquit ſalutis humane nulla vnq̄ȝ antiquitate ceſſauit: qꝛ quem pꝛedicauerunt apoſtoli hunc annũciauerunt pꝛophete. Agnus ergo, iſte ſine macula oues ſuas redemit nõ auro neq̄ȝ argento ſeu aliquo alio coꝛruptibli. ſed ſuum ſanguinem immaculatum pꝛo nobis dedit i ꝓcium ⁊ occidens lupũ fecit nos deo noſtro regnũ. Uñ Aug. ſup Aug
Jo. omel. vij. ꝑtractãs illud. Ecce agn⁹ ⁊c. vtiq̄ȝ ſingularit̃ agn⁹ dei ſine macula. ſolus ſine peccato. ergo ſingularit̃ hic ẽ agn⁹ dei. qꝛ ſingulariter hu⁹ agni ſãguine ſolo: hoies redimi potuerũt. venit agn⁹ qualiſ agn⁹: quẽ lupi timẽt qui leonẽ occiſus occidit. Sãguie agni vict⁹ eſt leo. Ecce ſpectaculũ xpianoꝛuȝ magnũ eſt ſpectare per totũ oꝛbeȝ terraꝝ ſanguine agni victũ leonẽ educta de dentib⁹ leonũ mẽbꝛa xpi ⁊ adiuncta coꝛpoꝛi xpi.

I o Ox ſicut dies illuminabit p̄s. cxxxviij. Nihil poſſet ꝯtingere deterius victoribus i prelio q̄ȝ an̄ cóplementū ⁊ conſumataȝ victoriam fieret nox: quia tūc quilibet efficitur timidus. Tunc eniȝ deficientes poſſunt fugere ⁊ abſcondi ⁊ percutere hoſtes ex latere ⁊ nō videri. Naȝ victi fiunt ſalui ⁊ victores nihil lucrāt. Spiritualiter. xp̄us dei fili⁹ eſt dies. cuius rō eſſe poteſt. qꝛ dū ſol eſt ſuper terrā dies eſt. ita duȝ xp̄s eſt nobiſcum per gratiā dies lucis eſt. Ideo ipſe ait. Ambulate dū dies eſt. Et alibi. Nōne. xij. ſunt hore diei. ⁊ intelligitur ibi

Berdem per diem xp̄s. vn̄ Ber. in meditationibus. Tu es domie lucis dies ⁊ ſol claritatiſ eterne magnus ſine quantitate bonus ſine qualitate. Jō nil nob̄ deriuſ potuiſſet cótingere tēpore quo victoria fiebat contra demoneſ: q̄ȝ ꝙ xp̄s in prelio noſtre ſaluṫ timuiſſet pro nobis mori vel ꝙ deſcendiſſet d̄cruce: quia tūc hoſtes noſtri. ſ. demoneſ euaſiſſent manuſ eius. Captiui nr̄i q̄ erāt in limbo non fuiſſent liberati ⁊ ipſi demones aduerſarij nr̄i fuiſſent nos agreſſi. Jō ipſe ſuadentibus iudeis noluit de cruce deſcēdere ne ſalus noſtra impedi

Fig. retur. Fig. Joſue. x. vbi legim⁹ ꝙ ſupra nāe curſuȝ ſol ſup̄ Gabeon ſtetit quouſq̄ Joſue victoriam obtinuit ꝯ amorreos ⁊ captis r̄gibus amorreoꝝ ⁊ calcaṫ collibus reguȝ a filijs yſrael. nō receſſit ſol nec dr̄ fuiſſe diem ita magnum ante, nec poſtea adeo ꝙ filij yſrael ſuper diē illaȝ habuerunt celebrem ob memoriā tāte victorie. Spūaliter. Gabaon interpretatur vas meſtitie p̄ quā ſubaudi nāȝ humanā genitibus multis villataȝ an̄ veri ſolis illuminationē obſeſſa erat p̄ p̄ncipes amorreoꝝ. i. demonuȝ. Nā amorrei iterp̄tāt ppl'i amari. ⁊ ſic oīs amaritudo inuenit i eis. p̄ Joſue do q̄ iterp̄tat ſaluatoꝛ ſubaudi miſicordiā xp̄i. Nō n. nos ſaluauit iuſtitia nō ſapiā n̄ potentia ſed ſola miſicordia. Nā ⁊ miſericordia vſus eſt cuȝ nos fecit ⁊ miſericordia cuȝ captiuos nos redemit. vn̄ Caſſio. Li ſp̄ illō p̄s. cx. Miſericors ⁊ miſerator dn̄s. miſericors eſt iquit dn̄s cū creat q̄a nullis beneficijſ ꝓuocat vt preſtet. Miſericors eſt cū recadentes ſua pietate reſtruit. Tempore igit̄ nr̄e reparatiōis quādo nos ſua miſicordia liberauit de manibus amorreoꝝ ſtetit ſol. i. lux vera que mū dū illuminat indeficiens ſupra curſum nāe. Cum. n. naturalit̄ quilibet mortem fugiat inq̄ȝtuȝ pōt: ipſe tn̄ xp̄s nō dubitauit mori pro nobis: nec voluit d̄ cruce deſcendere ſuadētibus iudeis. vn̄ quaſi impl⁹ fact⁹ ē ſibiipſi vt

nō ſemꝑ eēt pius. Nō deficit er
go ſtare ⁊ illuminare tenebras
mētis nr̄e quas ɔ̄xerāt ꝑ culpā
primi noſtri parentis donec ſo
luto precio ⁊ deleto pctō defice-
rent demones ita vt fideles eiuſ
calcent ſuper colla eoꝝ quorū
prius captiui erāt. Sol igit̄ ſte-
tit in hitaculo ſuo. i. xp̄s in cru-
ce quouſq; facta eſt victoria no-
ſtrorū hoſtiū. pſ. Non ɔuertam
donec perficiāt. Hanc igit̄ diez
debemus mēte ⁊ corde ſolēniter
celebrare. qꝛ hec eſt dies quam
fecit dn̄s ⁊c. gr̄as. ſ. agētes dn̄o
qui tāta pro nobis ſuſtinuit fir-
Aug mit ſtās. vn̄ Aug. in ſolilo. Dn̄e
dilexiſti me plus q̄ te qꝛ mo-
ri voluiſti ꝑp me tāto precio re-
duxiſti me de exilio. redēiſti me
de ſuitio: retraxiſti me de ſuppli
cio. vocaſti me noie tuo: ſignaſti
me ſanguie tuo: vt memoriale
tuum ſupereſſet apud me: ⁊ nū
quam recederet a corde qui ꝓ-
pter me noluit recedē a cruce.

Z h Unc humiliat ⁊ hūc ex-
altat pſ. lxxiiij. No. q̄
vna ⁊ eadē potio ſeu me
dicina eſt aliqn̄ vni egroto ſalꝰ:
⁊ alii mors ⁊ hoc ɔtingit ex di
uerſitate egrotātiū ⁊ diuerſos
morbos patiētiū: potio nanq;
calida erit cura morbi frigidi ⁊
calido erit interitus. qꝛ augebit
calorē ⁊ inualeſcēte morbo nā
deficiet ⁊ ſubſequet̄ mors. Spi
ritualr. paſſio xp̄i fuit medicina
optima ad ſanandum lāgorem
peccati yſa. liij. diſciplina pacis
noſtre ſuper eum ⁊ liuore eius
ſanati ſumus: ſed requirebatur
diſpoſitio in recipiente. Nā ali
quibus bene depoſiti fuit optia.
aliquibus nō profuit propter i-
fectam ⁊ deprauatam volunta-
tem. vn̄ cum xp̄s i ligno crucis
penderet in medio latronū vt
adimpleret qd̄ ſcriptum ē de ip
ſo. Et cū impijs deputatus eſt.
vnus illorum ad ſalutem ſuam
medicinam xp̄i recepit. eo q̄ cō
tritio ⁊ pietas cor eiuſ diſpoſue
rant. vnde meruit benedictiōis
vocem audire. Alter vero quē
nimiū vrgebat impietaſ ⁊ iniq
tas medicinam hāc recipere ne
quiuit ad ſanitatem. Jō perijt in
peccatis ſuis. Fig. Gen. xxxix. Fig.
vbi legimus q̄ cum Joſephꝰ in
nocens poſitus fuiſſet in carce-
rem poſtea miſſi fuerūt duo ca-
ptiui cū eo quorū viſionibꝰ ⁊ ſo-
mnijs auditis vni annunciauit
ſuppliciū ſeu patibulū. Alii vo
q̄ regio ɔſpectui reſtitueret̄ cū
gr̄a. qd̄ ſi factum ē. Spūalr. Jo
ſeph inocēs poſitꝰ i carcerē xp̄s
denotat ſanctū i cuiꝰ ore dolꝰ nō
eſt iuentꝰ affixū cruci atq; later̄
pforatū. pſ. Poſuerūt i ɔpedi-
bus pedes eiꝰ ferrū ptrāſijt aiaʒ
eiꝰ. Deo igit̄ vicit quoſ Joſeph
ſecū in carcē repit. duos ſignifi
cāt reos cū dn̄o crucifixos. Ali
ter mi ⁊ alii diſpoſitos. Naʒ vnꝰ

Intentionē cordis nequā narra uit ɔ dn̄m suū insultū ɔtumelie inferens verbis ⁊ cōdēnat⁹ re-lictus est eterno cruciand⁹ sup plicio. Alter vo dn̄m deū suum ɔfitens ⁊ humiliter veniā petēs ingressū meruit paradisi. Et sic idē dn̄s vni salutē tribuit. Al-teri vo mortem: causa vite ⁊ sa lutis saluator fuit: sed nō dāna to interit⁹: sed ipse dānationis sue extitit causa. Unde Leo pa pa in sermone resurrectiōis do mini: vn⁹ inquit erat latro mē te ⁊ corpore ꝓximus alteri. al-teri vicinus. sed multum corde diuisus pēdebat xp̄s in medio ⁊ tanq̄ rex fulgebat. Cōfiteba-tur vnus ⁊ honorificabat alter incredulus: blasfemabat iudex mox dictat vni sniam. alteri ve ro porrigit indulgentiā. h leo. Sed qr xp̄s hō non dixisse le-gitur maledicenti hodie eris i inferno: sicut benedicēti dixit: hodie eris mecum in paradiso Nam maior fuit iniquitas ma ledicentis q̄ bonitas benedi-centis. Rn̄deo qr xp̄s nō vult mortē peccatoris: sed semꝑ ip̄ vt conuertat expectat. Peni-tenti vo nequaq̄ scit indulgen tiam differre. Jō lz modicū la-borauerit dicendo. s. memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum: qr tn̄ vidit hec verba ex corde ɔtrito proferri dilatauit multitudinem dulcedinis sue.

Leo

xp̄s super eū nobis relinquēs exemplū penitendi. vnde Leo papa ser. supradicto. O mira rerū conuersio: latro credit: la-tro de cruce impetū fecit ⁊ itra-uit paradisum trophea framea circūdatus. O violētus latro. O artificiosus effractor ipsum cubicularium tenuit: ⁊ per ip̄ ad paradisi interiora ꝑuenit.

Leo

Onfusio patris est de fi lio indisciplinato. eccle. xxij. Inter alia q̄ deus magis abhominat est iniuria filiorū in parentes. Jdcirco an tiquitus lex ꝑcipiebat dentē ꝓ dente: pedem ꝓ pede: ⁊ aiā pro aia: parentū iniuria grauī⁹ pu niebat: qr nō solū pede vel ma nu puniendus erat q sic lesisset patrē: sed q maledixerit inqt patri vel matri morte moriat. Unde Ualerius lib. i. Justissi-me quidē pari vindicta paren tum ac deoꝝ violatione expian da est. Spūaliter. inter oīa ne-fandissima ⁊ abhōinabilia pec cata que a mundi principio vs q̄ nunc cōmissa fuerunt. super oīa nefandum fuit scelus q̄ iu daic⁹ pplus in monte pr̄is ⁊ re dēptoris sui dn̄i nr̄i iesu xp̄i cō misit. Licz. n. ppls iste magna ⁊ horribilia peccata cōmiserit prius: nullū tn̄ fuit flagitio isti simile. qd aperte pz in dira cor rectione punitio neq̄ populo alij ꝓpter hoc scelus illata. Jō

M

Ual.

lectoꝛ aīaduerte ſcriptū amos ij. verba multū euidentia ꝯtra ipſos: vbi ſic dr̄. Super tribus ſceleribus iſrael ⁊ ſuper quattuoꝛ nō cōuertā pꝛo eo qd̄ vendiderunt argento iuſtū ⁊ pauperem ꝑ calciamentis. i. pꝛecio calciamentoꝝ. No. ꝙ tria ſcelera iudeoꝝ ꝓceſſerūt ſcelus moꝛtis xpi: ꝓpter que dure puniti fuerūt: ſemp tamē deus ꝑpercit illis. Nā pꝛimum ſcelus ab eiſdē cōmiſſū fuit: venditio Innocentis. xxx. argenteis quos reduxit dn̄s tpe Joſue ⁊ moyſi de egypto. ſecūdū ſcelus fuit ꝙ ꝓmiſſionē factā pꝛīb⁹ ꝺ meſſia ſub hoc noīe Dauid deſpexerūt dī. Nō eſt nobis pars in dauid nec in ſemine eius ⁊ fecerūt vitulos aureos quos adoꝛauerūt: dic. iſti ſunt dij tui iſrael ⁊c. Et ꝑ illud ſcelus captiuati ſunt a rege aſſirioꝝ multo tpe. Inde tn̄ liberati ſunt. Tertiuꝫ ſcelus fuit: qꝛ diuerſa colentes idola imolabant eis nō ſolū pecudes ſed ꝓpꝛios infantes. Eze. xxiij Filios quoqꝫ ſuos quos genuerunt mihi aſſauerunt ſibi. Iteꝫ Hiere. vij. Hedificauerūt araſ topbet que ſunt in valle filij hominū ad cōburendū vel aſſandos filios ſuos vel filias i igne ꝙ nō pꝛecepi nec aſcēdit ſuper coꝛ meū. Et in ps̄. dr̄. Et imolauerunt filios ſuos ⁊ filias ſuas demōijs. Igit̄ pꝛopter hoc ſcelus tertiū capta eſt ciuitaſ coꝝ. Jerl̄m a rege babilonis ⁊ occiſi ſunt filij Sedechie regis i oculis patris. Et oēs ꝓꝛincipes iude interfecti ſunt ⁊ multi gladio interempti ſunt: ⁊ reliqui i Babilonē ducti ſūt ſub duriſſima ſuitute captiui. Et rex eorum excecatus eſt in coꝝ captiuitate: ſtetitqꝫ vinct⁹ vſqꝫ ad diē moꝛtis ſue: reliqu⁹ v̊o ppl̄s. lxx. ānis moꝛtu⁹ eſt captiu⁹: ſꝫ inde educti ſūt tpe Eſdre: vt pꝫ i. i. li. ei⁹ ca. i. ⁊. ij. Quartū v̊o ſcel⁹ fuit ꝙ iuſtū xp̄m patrē ipſoꝛuꝫ argēto mercati ſūt: ⁊ ꝑ inuidiā moꝛti poſtea tradiderūt. ſed ex iſto ſcelere nō cōuertit dn̄s eos amplius. Nā iā ꝑ ānos ad mille. cccclviij. vel circa fuerunt duriſſime captiuati: ne dū i vna regiōe: ſed vbiqꝫ terraꝝ ꝓfugi: ⁊ miſeri exiſtētes: ⁊ nulluꝫ hn̄tes in mūdo refugiū ꝓter ſtragem de his factā ꝑ Titum ⁊ Veſpaſianū. vn̄ irreuocabilis ſnīa cecidit ſr̄ ceruices coꝝ: ⁊ qͣ̄zdiu iudei extiterit: nūqͣ̄ꝫ idulgētiaꝫ valeāt iuenire. Et attēde lectoꝛ qꝛ maioꝛ peſtis illis ē: qꝛ idurati ē inſipiēs coꝛ coꝝ: ⁊ obſcurati ſūt oculi coꝝ ne videāt: iō plaga crudeli ⁊ iſanabili ꝑcuſſi ſi. Hiere. xxx. Erit vobis iniqtaſ hec ſicut icoꝛruptio cadēs ⁊ requiſita i mōte vel muro excelſo qm̄ ſubito dū nō ſperat̄ veniet ꝯtritio ei⁹: ⁊ ꝯminuet̄ ſicut ꝯminit̄

lagena figuli ↄtritiōe p̄ualida: ꝛ ſi inuenieť ꝺe fragmentis ei⁹ teſta in q̄ portet igniculus aut porteť paꝝ aq̄ ꝺ fouea. Hoc to tū adimpletū eſt ꝺe pplo iudai co tpe ſupradictoꝝ īperatoꝝ Ti ti ſcilicet ꝛ Ueſpaſiani. q ſubito circundantes ciuitatem ipſam obtinuerūt: finalr etiam mortua infinita multitudie fame et ferro exterminata ē coꝝ natō. Et tātū aggrauatū eſt pctm̄ ipoꝝ: vt nō īueniať iter ipſos qſ q̄ꝫ tāte ꝓuidētie q̄ in corde ſuo tātū ꝺe igniculo luminis ꝺitaꝫ ↄtineat vt poſſit haurire modicum aq̄ rectitudinis itellect⁹ ſacre ſcripture. Et vt cognoſcas lector hui⁹ ppl̄i magnitudinez culpe ex ꝓpeto cōmiſſo i ꝓprium creatorē ꝛ p̄ēz. Attēde ꝛ ↄſidera q̄ꝫ crudeliter hāc culpam et culpe flagella i poſteros ſuos induxerūt: qn̄ furētes ꝺicebant. Sāguis ei⁹ ſup nos ꝛ ſup filios noſtros. Sup qb⁹ ꝟbis Aug. i ſer. reſurrectiōis ꝺn̄i ſic ait. Crudelis ſub talis ſnie īpietas iudeorū q̄ facinore ſuo nō ſolū p̄ntes liberos ꝺānat: ſed ēt nō natos occidit. Quātos. n. hāc vocē ad ↄſciam facinoris vocāt quos ſētētia criminis nō tenebat. Crudelis inqt impietas q̄ poſteros adhuc in reatū vocat q̄ꝫ ꝓducat ad lucē vt prius futuris ↄtingerꝫ peccare q̄ꝫ viuere. Cruēti plane genitores q ante facti ſūt parricide q̄ꝫ parentes. Poōt ergo ꝺe plano ꝛ ſupiorib⁹ ↄcludi q̄ ſcelus quartū graui⁹ fuit p̄cedētibus oib⁹ vt indicat grauis atq; ꝺira ſn̄ia lata ſup ppl̄m iudeorū p̄ntē. ſ. ꝛ futuꝝ ꝓpter illa q̄ i p̄rem ꝺn̄m cōmiſerūt. Fig. Fig. Gene. ix. vbi legim⁹ q̄ poſt ꝺiluuium Noe plātauit vineā q̄ magna illi⁹ cult⁹ ſolicitudie creſcēſ vinū ꝓduxit: quo qdē inebriatus Noe iacebat in terra quez Chaā fili⁹ eius aſpiciēs vocatis ꝺuob⁹ fratribus ſuis Sem. ſ. ꝛ Japhet oſtēdit illis p̄ris ꝟrenda atq; illū ꝺeridebat corā illis ꝺi. Ecce pr̄ noſter ebri⁹ ē ꝛ ſilia Sed horrētes frēs ꝺuo ſupradicti ignominiā aſpicere expoliatis pallijs ꝓprijs coopuerūt ipm̄ ꝺormiētē. Digeſto igiť vino poſt ꝺormitionem ſurrexit Noe: quē nō latuit id qꝺ ei ītulerat fili⁹ ei⁹ Chā. Jdcirco male dixit ei ꝛ fecit eū ſeruū fratruz ſuoꝝ vſq; in ſempiternū. ſpūaliter. p Noe q interp̄tať requies ſubaudi xp̄m i quo eſt oīs requies obliuiſcēs laboris. hic ergo poſtq̄ꝫ p pcti ꝺiluuiuꝫ eiecta eſt hūana nā̄ ꝺe paradiſo. ipſe vēit vt pi⁹ ꝛ bon⁹ agricola hāc vineam ꝺe nemore iferui eriperet: ꝛ i terra ſalutis plantare. ps. Vineā ꝺe egypto trāſtuliſti ꝛc. creuit hec vinea bn̄ficio culture q2 miraculis ꝛ ꝓdigijs ꝛ mira ꝺoctrina ipſā cultiuauit, ꝺemū ex

primēs ex ipſa ⁊ vinū in torcu
lari crucis nimiū guſtās ac bi-
bens vinū charitatis ⁊ amoris:
nudat⁹ pedib⁹ i cruce ebri⁹ ⁊ ab
iect⁹: ⁊ ab oib⁹ derelict⁹: quē fili
us Chā. ſ. pp̄ls iudeoꝝ aſpiciēſ
oſ̄ndebat nuditatē ei⁹: alijs duo
bus fratrib⁹. ſ. latinis ⁊ grecis
di. Ecce rex iudeoꝝ ⁊ multas il
li ꝯferēs irriſiōes: ſed hoc nō fe
rētes depoſitis palijs vetuſtatiſ
⁊ pfidie iduerūt ſibi fidē ⁊ coo-
peruerūt ignominiā pr̄is di. ve
re filius dei erat iſte. Poſt reſ-
rectionē igitur exurgens dn̄s
tanq̄ potens crapulatus a vi-
no: ⁊ maledixit huic populo ⁊
fecit ipſum ſeruū fratrū ſuoꝝ
in ſe ⁊ in poſteros natos vt ſu-
perius eſt expreſſū: q2 miſit ro-
manos qui eos duriſſime pūie
Glo. runt. Unde Glo. ſuper illō Ec
cleſia. iij. Honora patrē tuū vt
ſupueīat tibi benedictio ſic ait.
Heliſei caluitiū pueri irriſert
⁊ duo vrſi de ſaltu ex eis. xlij. la
niauerūt: q2 ſtultitia iudeorum
in caluarie locū xp̄m irriſit. ſed
xlij. āno poſt aſcenſionē ei⁹ duo
vrſi. ſ. Veſpaſianus ⁊ Titus de
ſaltu gentium egreſſi illuſores
ſeuiſſime laniauerunt.

Affer digitū tuū huc.
N i Joanis viceſimo. Nota
q̄ homo conſueuit libē
ter illud opus facere in quo eſt
labor modicus ⁊ lucrū magnū
naturaliter enim hoc homines
appetunt. Ideo conantur pro-
prios filios talem artem doce-
re. Spiritualiter. Anteq̄ Chri
ſtus opus noſtre ſalutis opera
retur: totum humanum genus
ponens humeros ſuos ſub one
re afflictionis: ⁊ pene non pote
rat quicq̄ lucrari ad celeſtē p
tinens beatitudinē. omnes e-
nim deficiebant ſub onere. ſed
veniens Chriſtus qui omnium
onus portauit: facile adeo op⁹
noſtrum fecit quod non oportꝫ
niſi q̄ digito tangamus. Et fit
q̄ per hoc lucramur celeſte re-
gnum. Ipſe enim manibus ſu
is operatus eſt fortia. Sꝫ quia
ipſe fragiles nos eſſe cognoſcit
vult q̄ ſolum tangamus digi-
to: vbi ipſe ambas manus ap-
poſuit. Sed nota q̄ diabolus
mundus ⁊ caro oppoſita ſemp
faciunt. Nam ipſi imponūt ho
minibus onera grauia ⁊ impor
tabilia que digito tangere no-
lunt. Imponunt enim humeriſ
peccatorum ac ſeruorum ſuorū
inferni ſupplicia que ſunt into-
lerabilia humanis virib⁹: ⁊ mi
nimū digitum nequeunt exten
dere pro hominū refrigerio in
tormētis. Plorabat eni diues
ille mundi filius guttam aque
extremi digiti dum eſſet in ge-
henna: ⁊ obtinere nequiuit: ⁊
tamen tantum ſeruierat mun-
do ventri ⁊ diabolo. Chriſt⁹ igi
tur in opere appōnēꝫ tuī digiti

querit. vult tñ vt manũ tuá po-
nas i latus ſuũ: ⁊ cognoſcas q̃
tũ dilexit te: q̄ faciés btũs eris
Fig. i celo. Figu. Leuit. vi. vbi dẽ q̄
q tangebat carnes ſacrificij? vt
puta agni vel vituli occiſi ſctifi
Ori. cabat. Sup quo dicit Orig. q̄
nó poterat hoc ad lrãm itelligi
vt qs fieret ſanct⁹ tactu carnis
aialis occiſi: ſed hoc oꝫ allego-
rice de xpo occiſo: ⁊ ꝓ nobis ob
lato intelligi: vt ſi qs carné ei⁹
occiſaꝫ ⁊ oblatá in altari crucis
corde ⁊ mente ꝑfecte meditabi
tur: mũdabit ⁊ ſanctificabitur.
portare ergo debemus ſtigmata
eius in corde qđ dulce eſt ⁊ le-
ue: q̃ ꝓ nobis ipſe portauit i cor
pore: qđ amariſſimũ ⁊ graue ẽ
⁊ ſic ſctificati lucrabimur ꝑ re-
gnũ: vt ſicut xpiãi vocamur: ita
⁊ ipm ſeq̃mur: vt ab eo ſanctifi
Hie. cemur. Hiero. ad Paulá. xps
ſcificatio é ſine q̃ nemo videbit
facié dei: xps redéptio ⁊ ꝑciuꝫ:
xps oia eſt: vt ꝑ ipm oia dimi
ſerit: vnũ iueniat ꝓ oib⁹: ⁊ poſ-
ſit libere clamare: pars mea do
minus dicit aia mea.

O p Arasti in dulcedie tua
paupi de⁹. ps. lxvij., quã
tũ ſit bonũ: ⁊ qd valeat
ꝓpoſitũ cognoſcit oppoſito ꝑ-
cedente. nó. n. cognoſcit dulce-
do: niſi i amaritudine: nec ama
ritudo niſi in dulcedie. ⁊ ita co-
gnoſcit bonũ meli⁹ poſt malũ:
⁊ ſic in hoc veritaté hꝫ: qđ phs
ait. ſ. oppoſita iux ſepoſita cla-
rius eluceſcũt. Spũaliter. xps
dulcedo benignitas ⁊ clemẽtia
optime cognoſcit a nob: ſi ꝑce
denté amaritudinem ꝯtemple
mur. Tãta. n. erat aũ xpi aduẽ
tũ ⁊ ante ei⁹ paſſioné amaritu-
dinis plenitudo circa gen⁹ hũa
nũ ꝓpter primoꝝ parentũ pec-
catũ: q̄ nemo poterat eá guſta
re ſine morte. Jdõ plorabat hũa
na nã. Tren. iij. Jnebriauit me
abſinthio. ſed veniés xps por-
tare nrãm amaritudineꝫ adeo
auxit vt oia dulcia remanerét.
Et ſi quis tẽtauerit mó guſtare
⁊ ꝯparere pñté dulcedinem vo
luerit precedéti amaritudini di
cet. Ecce i pace amaritudo mĩa
amariſſima. Figu. Exo. xv. vbi Fig.
legimus q̄ recedẽtes filij iſra-
el de egypto: ⁊ ambulátes ꝑ de-
ſertũ trib⁹ dieb⁹ ſteterũt ſine aq̃
⁊ erant gemẽtes pre nimia ari
ditate. Venerũt igit ad quẽdaꝫ
locũ q vocat Marath: ⁊ inuẽ-
tis aquis amariſſimis de qbus
bibere nó poterát dolor in ipſis
renouat⁹ eſt. Et dicit magr hi-
ſtoriaꝝ q̄ dolor aque amare in
uente ſuperabat primũ doloré.
Sed oſtédit dñs Moy. lignũ
qđ vt dicit idẽ magiſter erat mi
re amaritudinis. Et poni fecit
illud in aquis ⁊ in dulcedinem
verſe ſunt. Precepit inſuper
Moyſes aliquibus de fortiori
bus Jſrl: vt dicit magiſter q̄ ſu

ſuperficiē aque hauſtā,pbicerent. Et poſtmodum circūducerent aquā remanētē vt dulcorē melius retinerēt. Spūaliter.per filios iſrael ſubaudi humanū genus qđ đ egypto eduxerat ⁊ nihilo creauerat. Sȝ đo inobediētes effecti venerūt in Marath qꝛ tráſlati de glia ⁊ honore quibus erant coronati: ad amaritudinis penam atqȝ doloris reducti ſunt. vbi ariditate gr̄e preſidij deficientes plorātes ⁊ vlulātes clamabāt. ſed tertia die oſtēdit dn̄s lignū Moy. qꝛ pcedētib⁹ duob⁹ dieb⁹ nature ⁊ legis in tertia die. ſ. in tēpore gratie deus pater oñdit lignuȝ crucis filio ſuo q̄ fuit lignū ſūme amaritudinis quo poſito in aq̄ nr̄e penalitatis ⁊ doloris ꝯuerſa eſt in meliſluā dulcedinē. ps. Conuertiſti planctū meū in gaudiū mihi. ⁊c. Et iuſſit Moyſes per fortes iſrael. hanc aquā circumduci ſed pícere ſupficiē qꝛ xps per ſctós apl̄os ⁊ pdicatores pcepit duci per circulū mūdi fidē paſſionis ſue in aquā baptiſmatis ſacrā pdicādo ſcripturā. ps. xxx. In oēm terrā exiuit ſonus eorū. ⁊c. Sed dȝ pici ſupficies qꝛ litteralis expoſitó non ē dulcis. Illa.n. excluſa patebit dulcedo magna ⁊ ois quā hic patimur amaritudo: hac guſtata dl'cedine dulcorabit. Vñ Aug. in ſolilo. Oia mihi pcto vt amareſcant vt tu ſolus dulcis appareas aie mee q es dulcedo ineſtimabilis per quē oia amara dulcorant. Tua.n. dulcedo craticulā Laurētio dulcē fecit. Tua dulcedo Stephano lapides torrētis dulcorauit. Tua dulcedine ibāt apoſtoli a cō.cō.q.di. habiti. ⁊c. Ibat Andreas ſecurus ⁊ gaudēs qñ ad tuā dulcedinē pperabat hec vtiqȝ dulcedo ipſos apoſtolorū pnceps ſic repleuit vt pro ipſa crucis patibulū vnus eligeret. Alter vero caput feriētis ferro ſupponere nō timeret. Per hāc.n. Bartholame⁹ pellē đdit. pro hac guſtanda venenū poculū Joānes intrepidus potauit. hanc guſtauit. Petrus: ⁊ inferiorū oblit⁹ clamauit ⁊ q̄ſi ebrius dixit. dn̄e bonū eſt nos hic eſſe faciamus tria tabernacula. ⁊c. Hic moriamur ⁊ te contemplemur: ſufficit tantā dulcedinē contēplari vnā ſtillā dulcedinis iſte potauit ⁊ oēȝ aliā dulcedinē faſtidiuit. Quid putas fuiſſet ſi magnā illam dulcedinis tue diuinitatis multitudinē guſtaſſet: quā abſcondiſti timentibus te.

Aug (margin)

P (margin)

Sume tibi librū grandē Iſa. viij. Anteqȝ liber ſit plene cōplet⁹. vij. per ordinē requirunt. Primo nanqȝ ſcribit. Secūdo ſcript⁹ manifeſtat. Tertio corrigit. Quarto ligatur. Quinto pūctat. Sexto

miniat. vltimo ſuper pulpitū
extenſus legendus aſtantib⁹ ex
ponit. Spūaliter. xp̄s dei filius
eſt liber ⁊ ꝓſciētia pr̄is ꝯtinens
oēs predeſtinatos. Apocali. Et
alius apertus eſt qui. ⁊c. ⁊ i. ps̄.
Et in libro tuo oēs ſcribent. ſ.
ſaluandi. Quos vero ſcriptura
huius libri nō habꝫ a regno dei
penit⁹ excludētur. Apocali. xx.
Qui nō ſunt inuēti ſcripti in li
bro vite: miſſi ſunt in ſtagnum
ignis: ꝓuſqꝫ igit̄ iſte liber poſſet
legi ſupradicta oia in hoc libro
ſūt facta. Nō. n. poterat ſcriptu-
ra huius libri executioni man-
dari nec poterāt in eo ſcripti be
atificari niſi prius in hoc libro
fierent ſupradicta. Primo igit̄
iſte liber fuit ſcriptus in mente
pr̄is. ſ. ꝓdeſtinat⁹ ab eterno ſal-
uator ⁊ redēptor nr̄ vt ꝓ nobis
pateret̄ ⁊ ſolueret preciū nr̄e re
dēptionis. Mat. xxvi. ⁊ Luc.
xxij. Filius quidē hominis va
dit ſicut ſcriptū eſt de eo. Secū-
do fuit manifeſtatus. ſ. per diſci
pulū ꝓditorē. Mat. vbi ſupra
Quemcūqꝫ oſculat⁹ fuero. ipſe
eſt tenete eū. ēt manifeſtauit ſe-
ipſū di. Si me q̄ritis ego ſum.
poſtmodū liber iſte correct⁹ fu-
it a Pilato. Nā p⁹ flagella re-
cepta in domo Cayphe nocte ca
ſtigat⁹ fuit a Pilato in pretorio
eius. ps. Ego fui flagellat⁹ tota
die ⁊ caſtigatio mea in matuti-
nis. Quarto fuit ligat⁹ qn̄. ſ. pe-
dib⁹ ⁊ mãib⁹ cruci fuit affixus.
Quinto fuit pūctatus qn̄. ſ. vn⁹
miles lancea latus eius aperu-
it. Sexto fuit miniat⁹ qn̄. ſ. cor
pus eius cruore ꝓprio perfuſū
vndiqꝫ tinctū erat. Iſa. i. A plā
ta pedis vſqꝫ ad verticē capitis
nō eſt in eo ſanitas. Ultimo li-
ber iſte ſic ſcript⁹ ligatus pūcta-
tus. ⁊c. expoſitus eſt ſic. in pul-
pito crucis extenſus eſt vt qui-
libet ibi in eo poſſet legere. ⁊ no
ta ꝙ triplex lectio ibi lecta fuit
quia ibi legit mater doloris at-
qꝫ āguſtias ineſtimabiles. Trē.
p̄mo. O vos omnes qui tranſi
tis per viaꝫ attendite ⁊ videte ſi
eſt dolor ſicut dolor me⁹. Aliaꝫ
lectionē cātabant ſancti in lym
bo Apoc. v. Uigintiquattuor ſe
niores habentes ſinguli citha-
ras ⁊ cantabāt cāticū nouū. di-
cētes. Dignus es dn̄e ⁊c. Et in
ps. xcvij. Cātate dn̄o canticum
nouū q2 mirabilia fecit dn̄s. ter
tiā lectionē cantabant ſeu lege-
bāt demones afflictionis ⁊ lu-
ctus. q2 expoliabant̄ ⁊ extermi
nabant̄. vn̄. Gre. Nazāzenus i Gre
quodā ſermone reſurrectionis
dn̄i. Dicebāt inde demones. O
crux illa fallens gaudia noſtra
⁊ parturiēs dāna nr̄a. Per li-
gnū ditati ſumus. per lignū ec-
ce ſubuertimur. periit poteſtas
illa cūctis ſp̄ ꝑplis formidāda ⁊
nulluſqꝫ ſub cede noſtra palpi-
tat. Sed qđ eſt gemendum ma

gis inſultat. Nunc antiq fletuſ fluxere nūc nullus reſonat vlu
Fig. latus. hoc idē. Figu. Ezc. ij. vbi legimus manū ꝓphete miſſam in qua erat inuolutus liber qui erat ſcriptuſ intus ⁊ foris ⁊ ſcri pte erant in eo lamētatōes carmē ⁊ veh. Spūaliter. liber iſte Christus erat vt dictū eſt. ſed i eo qd dicit̄ man⁹ prophete miſſa librū continens: dʒ intelligi ꝓphetia ⁊ notitia diuinit⁹ iſpirata eſt ꝓphete cuius intellect⁹ ꝯtinebat xpm paſſurum ⁊ moriturū pro nobis. triplex autē libri ſcriptura tria ſupradicta a diuerſis ibidē lecta ſignificat. Nā ſcripte erant in eo lamētationes virginis quas in eodē libro Symeon antiquit⁹ legerat atqʒ virgini predixerat. lu. ij. Et tuā ipſius aiam ptranſiuit gladius. Secūda ſcriptura dicitur carmē quod dicit̄ canticum letitie. ⁊ illud fecerunt ſācti in die illa. ps. cxvij. Hec eſt dies quā fecit dn̄s. ⁊c. Tertia vero ſcriptura fuit veh quod dicitur vel ſonat extinctio gaudij. quod recte de infernalibus portis intelligi debet vt expoſitum fuit ſupra: poſſet etiā de iudeorū pfidia nō immerito exponi cu ius letitia totaliter fuit extincta vt ſatis in ſuperiorib⁹ pʒ. Igit̄ ſi nos vel vt boni ſcholareſ legemus in hoc libro ſcripturas ei⁹ memorie cōmēdantes percipiemus ibi noſtre ſalutis normā. Ber. in ſer. Attēde me pēdentē. Ber tē in cruce. caput inclinatū ad te ſaluādū. os clauſū ad te oſculandū: brachia extēſa ad te amplexādū: man⁹ pforatas ad tibi largiēdū: pedeſ affixos ad te expectādū: totū corp⁹ expoſuit ad permanendum.

Hic eſt filius me⁹ dilectuſ in quo mihi bene cōplacui. Matth. xvij. Quādo pax cōponit̄ inter duas partes: qrū vna reliq̄ eſt debilior cōſueuit pars ipotētior a potētiore ſecuritatē aut obſidē poſtulare. vt ſi contingeret eos pergentē potētioris partis quicq̄ moleſtie pati haberent ſup obſidē regreſſum. Spūalr. iter diuinā ⁊ humanā nām guerra ⁊ diſcordia grādis fuit atqʒ mortalis. ſʒ nā dina erat icorporabiliter potētior nā humana: qꝛ dina erat eterna ⁊ imortal' ſupma ⁊ opſ: humana vero corruptibil' mortalis miſera ⁊ deiecta. Jō male ſibi de hac ꝯtingebat lite: qꝛ qd cāpū certaminis ex hac pte intrabāt tot dire mortiſ ſubdebāt̄ ſuiſſ. ps. lvij. Quiſ eſt hō q viuit ⁊ nō videbit mortē ⁊c. Sʒ adueniente tpis plenitudie quādo tractabat̄ pax iter vtrāqʒ partē ne natura hūana poſſet diuina diffidere nec timere miſit deus dilectum filium ſuum obſidem. ⁊ qſi in pign⁹ dedit eū generi hu-

mano. vt ſi quid moleſtie fieret
hoībus pateref eius filius. Ue-
nit ergo cōpoſitor pacis vtriuſ-
q₃ partis mediator vnicuiq₃ tri
buens ſm generis ſui dignita-
tē. Unde cū exigeret diuina iu-
ſtitia ab hūana fragilitate emē
dā primoꝝ parētū de peccato ſa
crificiū τ oblationē efficientem
mox ſup hūc mediatorē habit⁹
eſt regreſſuſ τ obtulit eū vtraq₃
pars. Et factū eſt ex ipſo ſacrifi
Fig. ciū placationis. Fig. Geñ. xxij.
vbi legimus ꝙ cū in ſemine ha
brae deberēt oēs gentes bñdici
ꝑcipiēte dño tulit Abraā vnige
nitū filium ſuum quē diligebat
Jſaac: τ impoſitis ſuper eū₃ li-
gnis holocauſti duxit ad quē-
dā montē τ cū ligaſſet ipm τ vel
let vibrare gladiu₃ in ipſum vt
eū ſacrificaret dño: oñſus eſt ei
aries quē occidit τ imolauit do
mino τ reputatū eſt ei hoc ad iu
ſtitiā: τ facta eſt in ſemine ei⁹ be
nedictio. Spūaliter. exigēte di
uina iuſtitia vt dictū eſt vīdictā
de peccato vt pro illo fieret deo
holocauſtū acceptū. Jmpoſitu₃
eſt lignū crucis ſuper xp̄₃ τ du-
ct⁹ eſt i mōte caluarie vbi aries
i. caro eius oblata eſt. Natura
diuina nequaq₃ moriēte τ h̄ re
putatū eſt ad iuſtitiā: quia inte-
gre ſatiſfactū eſt diuine iuſtitie
τ hūano generi reditā ē eterne
benedictiōis hereditas. τ a deo
per ipſū τ in ipſo mediatore no
ſtro firmata eſt pax. τ ille q ꝑuſ
nos ta₃ crudeliter impugnabat
factus eſt defenſor τ pater nr̄ be
nignus. Aug. in ſolilo. Dñe per Au.
filiū tuū dilectū in quo tibi bene
cōplacuit cōſubſtātialē tibi τ co
eternū xp̄m Jeſum vnicū dñm
τ redemptorē nr̄m habem⁹ ad-
uocatū apud te qui eſt lumē oc
culorum noſtroꝝ vita τ ſalus τ
vnica ſpes nr̄a. qui dilexit nos
magis q̄₃ ſe. per quē habemus fi
duciā repoſitā τ firmā ſpe₃ apd
te. τ acceſſū veniēdi ad te qm̄ ip
ſe dedit ptātem filios dei fieri hiſ
qui credunt in nomine eiuſ. hec
Auguſtinus.

d Jluerūt fluct⁹ eius. ps.
cvi. Jnter oīa preſentis
vite formidanda nil ter
ribilius humano ſenſui maris
tēpeſtate: qm̄ illa neq₃ vi neq₃ i-
genio ſapiētis placaf. vñ ſi tūc
tēporis hoīes in ligno debili in
ueniāt ſe modicū videnf diſta-
re a mortuis. Jdcirco videmuſ
ꝙ nil eſt ei merces in mari ꝓice
re vt ſaluenf. Spūaliter. Ante
xp̄i aduētū tāta i hoc mari ma-
gno τ ſpacioſo tēpeſtas fuit vt
oēs ibi tranſeūtes vnda ſceleriſ
abſorberet. ps. lxviij. Ueni i al
titudinē maris: τ tēpeſtaſ dimer
ſit me. Nā nauis nr̄a inuetera-
ta peccato adeo fracta erat. qd
nullo modo valebat ſubſtinere
nec valuit ei quod merces cere
monialiū antiquaꝝ daret: ꝓ ip

ſtus aleuiatione: qm̄ nõ poterat tali aleuiatiõe attingere ad portũ. Sed detenta in pelago paſſa eſt naufragium quouſq; xp̄s ve niẽs ſe cõtra hanc tẽpeſtatẽ op poſuit ⁊ ipſam ſedare ſua morte dignatus eſt. Figu. Jone. pri mo vbi legitur q̄ cũ nauis peri clitaret̃ ꝓiectus p̄mo mercib⁹ i mare; nõ qeuit tẽpeſtas. Tunc ſorte miſſus eſt Jonas in mare ⁊ qeſcente tẽpeſtate nauis peruenit ad portũ. Spũaliter. per tẽpeſtatẽ maritimã ſubaudi pec catũ ſuperbie. rõ ẽ. q: timor ma ris quãto altius nauẽ eleuat. tã to amplius illã verſus fundum eicit. ſic ſuperbia. Quãto. n. am plius p̄mos hoies verſus celũ ambitione ſubſtulit. tãto ampli us vſq; ad infernũ deiecit. p̄s. Aſcendũt vſq; ad celũ ⁊ deſcen dũt vſq; ad abyſſum. Per Jo nã vero xp̄m ſubaudi per tripli cẽ Jone interpretationẽ. interpretat̃. n. colũba donatus ⁊ dolens. per oẽs. n. has interp̄tatio nes notat̃ xp̄s. Nã ipſe fuit pu rus ⁊ ſine peccato. Can. v. Dile ct⁹ meus cãdidus ⁊ rubicũdus. Ipſe fuit nobis donatus in p̄ci um nr̃e redẽptioniſ. Jſa. nono. Paruulus natus ẽ nobis. Et filius datus eſt nobis. Fuit etiã dolẽs. Jſa. liij. Deſideram⁹ viꝝ doloꝝ. ⁊c. Hic igit̃ ſorte miſſus eſt in mare vt ſedaret̃ tẽpeſtas vnde ſicut Jonas ſe obtulit ꝓ pi

Fig.

ciendũ in mare pro ſalute ma ris. Jta xp̄s ſe obtulit ꝓ libera tione humane nature. Et no. q̄ ꝯgrue ſors cecidit ſuper euꝫ q: ipſe eſt ars ⁊ ſapiẽtia p̄ris. Nã per eandẽ artẽ vas nouũ cõſtru itur ⁊ reparat̃ fractuꝫ. Si ergo oĩa per ipſuꝫ facta ſunt. Et ſine ipſo factũ ẽ nihil: omnia ꝯſtru cta per ipſum erãt merito repa rãda. Jõ cũ diuina ſapiẽtia ſor te quereret. Jſa. vi. Quẽ mittã ⁊ quis ibit. Ipſe fili⁹ rñdit. Ecce ego. mitte me. Que verba in telligi debent ſic ſꝫ Ber. vt fili⁹ patri humano compatiens generi dicit. Ecce pater ꝑ me crea ſti omnia. Angelos in celo feciſti vnũ preceteris rutilantem. Cedri nõ fuerũt altiores illo in paradiſo dei. Jlle nanq; debilis cũ ſuis adherentibus ꝑmanet irremeabili cecitate percuſſus. Saluari. n. ⁊ redimi non debẽt q: coꝝ ſupbia creſcit. Feciſti pa ter ſimiliter ⁊ hominem quẽ in delitiaꝝ paradiſo colocaſti. ſed ecce ſerpente ſuaſus deliquit ⁊ nihilomin⁹ penitẽs perſeuerat i carcere. Quis ampliuſ pater d̄ nationibus implebit ruinas ⁊ loca paradiſi vacua. Nunquid tibi cure erit de bobus aut de pe cudibus ⁊ iumẽtis. Si. n. tene brarũ p̄nceps ⁊ filij diffidentie irrecuperabiles ſunt: homo tamẽ reſtaurari poteſt: qm̄ humiliatus eſt nimis. angeli enim ad

o

titudini mee potuerūt equari per ſuperbiā. homo vero ſapientiaꝫ meā indebite affectauit. vt ergo ſciant gentes q2 diligo pr̄eꝫ ꝛ vt per me recipias qd̄ per me lapſum videt. ſi hec tēpeſtas per me orta eſt tolle ꝛ ꝓice me in mare hec Ber. in ſer. de aduentu. igit ſorte ꝓiectus eſt Jonas in mare q2 xp̄s ſm̄ dei p̄deſtinationeꝫ deſcēdit in hūc mūdū in quo ſedauit tēpeſtateꝫ pene nr̄e portās ꝛ ſuſtinēs que ob culpam portare debebam⁹. Job. xxxviij. Circūdedi mari terminos poſui vectes ꝛ hoſtia ꝛ dixi huc uſqꝫ venies ꝛ nō ꝓcedes amplius. Sꝫ hic ꝯfringes tumētes fluct⁹ tuos. xp̄s. n. terminū noſtre penalitatis poſuit qn̄ crucis ꝛ clauorū ꝛ lancee ſuppliciū in ſuo pertulit corpore. Jn quo confracte ſunt oēs maris vnde. vt hoīes ampli⁹ nec ſubmergerent: ſed ſilerēt amoto fluctu eius ꝛ nos deo patri reconcilians ad eterne beatitudinis perduceret portuꝫ. vnde Anſel. in meditatione humanitatis xp̄i. hic eſt inquit dn̄s noſter ieſus xp̄ſ ꝛ ſaluator vnigenitus dei filius verus de⁹. verus homo. q2 ſolus ſub ſole i uētus eſt. Jſte formoſus i ſtola ſua q̄ꝫ deformis pre filijs hoiuꝫ factus eſt. Si quidē vulneratuſ ē ꝓpter inigtateſ noſtraſ ꝛ attritus ꝓpter ſcelera noſtra. factus holocauſtū ſuauiſſimi odoriſ in ꝯſpectu tuo pater eterne glorie vt auerteret indignationeꝫ tuā a nobis ꝛ conſedere nos ſibi facere in celeſtibus. Hec Anſelmus.

Anſ.

f Jtiuit aīa mea. ꝛc. p̄s. xli. Naturaliter homines morti appropinquātes cōſueuerunt ſitire. Et ratio poteſt eſſe. q2 ſanguinis effuſio reddit corpus ſiccum ꝛ mortis terror arefacit cor. Jdcirco homines cōſueuerūt in tali pūcto potuꝫ poſtulare. Jnter alia que xp̄s tempore ſue paſſionis ſitiuit. fuit ſalus generis humani licet vt verus homo ꝓpter ſanguinis effuſionē corporaliter ſitiret. Sed negata eſt guta aque illi qui fecit fontes aquarū ꝛ q de petra propter populū ſcientē educta aqua potauit. Figu. iiij. Re. Prout recitat magiſter hiſtoriaꝝ. vbi dicit qd̄ Manaſes qui regnauit in hyeruſalē fecit malū in ꝯſpectu dei. Nā idola q̄ diſſipauerat pater eius erexit ꝛ multa alia peccata fecit de qbuſ cum Jſaias propheta reprehenderet ipm: fecit illū eici extra ciuitatē hyeruſalem ꝛ ibi lignea ferrea ſecari. Et dum ſic ſecaretur ꝛ eſſet in anguſtia ſitis petiuit aquā ꝛ negauerūt illā. Et tē dn̄s de ſublimi miſit aquā in oſ eius ꝛ expirauit. nec adhuc carnifices deſiſterunt a ſecatione. Spiritualiter. per Jſaiam qui

g

Fig.

interpretatur ſalus domini nostra. christum q venit miſſuſ a patre vt omnes ſaluos faceret. igitur cũ videret populum iudaycũ ſeu phariſeoꝝ collegiũ cupiditati ꝛ auaritie deditum q̃ ſunt idolorũ ſeruituſ que pater eoꝝ ſ. deus per Moy. prohibuerat arguebat ipſum dicens. progenies viperaꝝ. ꝛc. Ideo ipſuz captũ atq; ligatũ duxerunt extra hyeruſalẽ ꝛ lignea cruce cruciarũt. Et cũ bibere peteret negauerũt creatori qꝺ nõ negabãt malefactorib⁹. vñ animaduerte lector ad id qꝺ. ſequit̃. legit̃. n. in quodã hebreoꝝ volumine noie zandri. q cũ dãnatus iudicio igreſſurus ad mortẽ potabat̃ optimo vino in cypho cũ puluere incẽſi. vt inebriat⁹ ꝛ alienat⁹ ſenſibus min⁹ ſentiret mortẽ. ꝛ hoc accipiebãt iudei de libro ꝓuerbioꝝ Salomonis. xxxi. vbi ſcriptũ eſt. Date inebriatiuũ ꝑdito ꝛ vinũ ei qui amaro eſt animo. Mulieres vero honeſte erãt in hyeruſalẽ que ex charitate ſpõte mittebãt vinum hoc cõdẽnatis ꝛ qui mori debebant. Cũ igitur hmõi mulieres tpe mortis xpi paraſſent. tã pro xpo q̃ꝫ pro latronib⁹ vinũ bonũ: iudei illꝺ biberũt. ꝛ loco illius ꝓpinauerũt xpo vinũ corruptũ. ſ. acetuz cuz puluere mirre que eſt ſũme amaritudinis. Iõ vocat⁹ eſt potus iſte acetũ felle mixtũ vt exp merer̃ ei⁹ amaritudo. Et hoc ẽ qꝺ populo iudaico iproperatur Amos. ij. vbi ſcriptũ erat. vinũ dãnatoꝝ bibit iſrael ꝛ dei eorũ. Quẽ textũ iudei malicioſe ꝛ callide mutauerũt remouẽtes inde. ꝛ dei eoꝝ. ꝛ loco eius addentes in domo dñi dei eoꝝ. Et ſiſc fecerunt in multis alijs ſcripture partibus vel locis i qb⁹ viderũt de xpo expreſſiorẽ fieri mẽtionẽ. Sic igitur dño dederunt iudei vt dictũ eſt acetũ cuz felle mixtũ vt impleret̃ illud ꝓphete dictũ: dederũt in eſcã meã fel ꝛ in ſiti mea potauerunt me aceto. Anſe. in medi. hũanitaſ xpi. Anſ. ſꝫ cruci honore dorſũ icuruare iubemur ꝛ ſuã ipſi⁹ portare xpi miſiã. ad locũ deduct⁹ ſupplicij mirra potat̃ ꝛ felle ꝛ cruce ſblenat̃. ꝛ dic̃ pr̃ mi dimitte illis qꝛ neſciũt qd faciãt. ſꝫ pr̃. ꝺ celo illũ potauit fonte ad quẽ ſitiebat vt. ſ. ꝑficeret̃ humana ſaluſ. Idcirco ait. cõſumatũ ẽ. Et pr̃i tradidit ſpũꝫ. Aug. i ſer. xxiij. ſup Aug Io. vidit ergo qꝛ ꝯſumata ſunt oĩa que oportebat vt fierẽt ꝛ cõſumarent̃ que ſcriptura ꝑdixerat. Et in ſiti mea potauerũt me aceto. ſitio ingt tanq̃ꝫ ſi diceret. h min⁹ feciſtis qꝺ daturi eſtis. Cũ accepiſſet acetũ ieſus dixit. Conſumatũ eſt. Quid per h niſi qꝺ ꝓphetia ꝑdixerat tãto ante. deinde qꝛ nil remãſerat quod añq̃ꝫ morerer̃: fieri adhuc opor

teret. Tanq̃ ille qui ptātē habꝫ ponendi animam ſuā ⁊ ſumendi eā in eternū. Peractis oibꝰ que vt peragent̃ expectabat inclinato capite tradidit ſpiritū. Hec Aug. Sed attende lector ꝙ dictū ē de carnificibꝰ ꝓphazecātibꝰ qꝛ neq̃ꝫ deſiſterūt torm̄ta inferre, ꝑpter qḋ ſigna dederīt q̄ de meſſia viderūt. Sic iſraeliticus populus nō receſſit a perfidia ob tāta oſtenſa ꝓdigia ⁊ in vita ⁊ in morte chriſti. In vita nanq̃ ſigna ⁊ ꝓdigia demōſtrauit que nullus poſſet facere niſi

Anſ. deus. vnde Anſel. in meditationibus humanitatis xp̄i. veniſti ad nos inq̄t diuini verbi lāpas extollens ad illuminationē orbis terrarū ⁊ regnū dei annuncians cūctis obtēperantibus v̇bo. ſermonē ſequentibus ſigniſ ꝯfirmaſti virtutem diuinitatis oſtēdiſti cūctis male habētibus oia oibus gratis exhibēs q̄ ſaluti ipſoꝝ ꝯgruerēt vbi oēs lucrifaceres. In oibus his nō eſt auerſus furoꝛ eiꝰ ſed obſcuratū coꝛ inſipiens eoꝝ ⁊ ꝓiciērūt ſermones tuos retroꝛſū. nec attenderūt ad oia mirabilia tua. hec. An. Ad ſigna v̇o q̄ in morte domini ſunt oſtenſa minime attēderūt: qꝛ obſcurati erāt oculi eorū ne viderēt. ps. Signa nr̄a ñ vidimꝰ. Et tñ hec ſigna cognouerūt elemēta muta ⁊ fuerūt in

Leo his ſtupoꝛe repleta. vñ Leo papa in ſermone reſurrectiōis domini. Ruit inq̄t ſubito nox media die ⁊ mortē dn̄i ois creatura ne videret effugit. Texit faciem ſuā lugubꝛe omne celū totꝰ oꝛbis tenebris obuolutꝰ occultauit vultū ſuū ne videret i cruce dn̄m ſuum. Elemēta ipa turbant̃ ⁊ rugiunt: ſaxa rūpunt̃: ſepulchꝛa pateſcūt. moꝛtui reuiuiſcūt. Factū eſt in terra chaoſ. Timet ois nā periculū ⁊ iudea ꝑficit patricidium. h Leo papa.

c Um exaltatꝰ fuero a terra, oia trahā ad meipſū. Jo. xij. not. ꝙ attractio fit a tribꝰ. ſ. a calido vt pꝫ ḋ vaporibꝰ a caloꝛe ſol'. Fit a vacuo vt patet de locatis ⁊ locis. fit a ſiſi vt pꝫ de moꝛſu ſcoꝛpionū ⁊ ſpētū. Spūaliter. iſtis tribꝰ modis xp̄s benedictꝰ traxit nos ad ſe ⁊ ſanauit a pctō. Nā p̄mo nos traxit per caloꝛem ſue charitatis. Sitiētes. n. caloꝛem ſue dilectionis depoſitis mundi atq̃ carnis ponderibꝰ leues efficimur ⁊ aſcendimuſ ad vapoꝛes ſolis radijs exſiccati vſq̃ ad ſperam amoꝛis illiuſ. vbi ſuccendimur ⁊ ignimur ⁊ inſeparabiliter eidem cōiungimur. vnde apoſtolus ad Ro. viij. Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i. Secundo attraxit noſ a vacuo. Dicūt philoſophi ꝙ celū potius deſcendēret q̃ quod natura vacuum pateretur quicq̃ eē in terra vel ali

bi. Et deus hanc conditionē vo luit ſeruare: qꝛ nec eſſet in celo dare vacuum voluit vt terra .i. humana natura ſuperi⁹ aſcenderet ad ſupplendū angelorum ruinas. ps. cix. Judicabit n atō nibus implebit ruinas. Attraxit nos a filij: qꝛ venit in ſimilitudine carnis peccati: nullū tm̄ hn̄s peccatum: ſed induit nr̄am mortalitatem: vt ſue diuinitatis nos faceret eſſe participes. Ergo videntes nobis ſimilē factū ſaluatorē noſtrū qui nobis prius intātū erat diſſimilis vt nos vndiqꝫ ob culpā nr̄e turpitudinis pſequeret̄. Seq̄mur eū ⁊ intueamur tāqꝫ ſignū nr̄e ſalutis ⁊ medicinā aīaꝝ: ⁊ ſaluabimur

Fig. Figu. Nume. xxi. De ſerpente eneo quē Moyſes ſuſpēdit in ligno. Cum. n. illū filij iſrael intuebant̄: ſaluabant̄ a morſibuſ ſerpentiū maiorū. ſilitudinē hēbat venenoſi ſerpētis. venenoſus aūt nō erat. Spūaliter. xpſ mundus ⁊ purus ab oī pctō factus: tm̄ mortalis ⁊ nobis pctōribus quodāmodo ſimilis: ſuſpenſus eſt in ligno vt ipſū aſpicientes oclis charitatis ⁊ fidei ab oībus peccatoꝝ morſib⁹ liberentur. ſicut genus humanū de morſu dire mortis in ſua paſſione ⁊ morte penitus liberauit.

Aug Unde Aug. ſup Jo. mordebāt̄ hoīs intuebant̄ ſaluabantur. Quid ſunt ſerpētes mordētes niſi peccata de mortalitate carnis? Quid eſt ſerpēs exaltatus niſi mors dn̄i in cruce: qꝛ ē a ſerpente mors: a ſerpēte figurata ē mors morte xpi: mors mortua eſt qꝛ vita mortua occidit mortem pulchritudo vite ꝺglutiuit mortem. Itez modo fratres vt a peccato ſanemur xpm crucifixum intueamur: quō qui intuebant̄ illum ſerpentē morſib⁹ nō peribant ſerpentiū: ſic qui intuē tur fide morte xpi: ſanant̄ morſibus peccatoꝝ. Sed illi ſanabātur a morte ad vitam tpalem. hi aūt vt hēant vitā eternam. H. n. itereſt iter figuratā imaginē: et rē ipſam. figura preſtabat vitā temporalem: res ipſa cuius figura erat preſtat vitam eternā. hec Auguſtinus.

a Peruit lat⁹ ei⁹. Jo. xix Fugiētes mortales ini micoſ ſi qn̄qꝫ venirēt ad domū vel caſtrū in quos pararent preſidiū ⁊ hoſtiū pſpicerēt ꝯ ſe clauſū: p qꝺ illis eēt intrandum: nihil eis pfuiſſet eorū fuga. Cū vo pꝫ illis adit⁹ ſalui fiunt. Spūaliter. an̄ xpi aductum clauſa erat paradiſi ianua. Jō quantūcūqꝫ pat̄arche ⁊ pphete ⁊ antiq pr̄es fugerēt vitia ⁊ peccata: ⁊ p ſancta opa feſtinarent ad celū: qꝛ tm̄ hoſtiū clauſū erat eī remanētes captiuabant̄ ab hoſtib⁹ ⁊ ad carcerem ducebāt̄ inferni. Sed tpe paſſionis xpi A

aperto dire lancee aculeo latef
eiuſ: apertū ē celi hoſtiū. ꝛ fact⁹
patens aditus vt illuc acceden
tes pſidiū inueniāt ſalutare. vñ
Fig. ipſe ait. Ego ſuz hoſtiū ꝛc. Fig.
Geñ. vi. Cum parata eēt archa
iuſſit dñs hoſtiū fieri ex latef vt
per illud ingrederentur oēs q
ex aquis diluuij ſaluandi erant.
Spūaliter. hoſtiū factū i archa
eſt hoſtiū factum in xpi latere i
ſua paſſiōe. per quod neceſſe eſt
oēs credentes intrare qui in ar
cha eccliē ſunt ſaluandi ꝛ a pec
catoꝝ diluuio liberandi. Nam
apto hoc hoſtio ſanguis exiuit
in precium ꝛ aqua in lauacruz
vt loti ꝛ liberati a peccato mun
di itraremus p mūdū hoſtium
Au. ad colegiū iuſtorum. Aug. ſup
Jo. vigilanti inquit verbo euā-
geliſta vſus eſt vt nō diceret la-
tus ei⁹ percuſſit aut vulnerauit
aut qd aliō aperuit: vt illic quo
dāmodo hoſtiū panderef vite.
vñ ſacfa eccliē manerent ſine q
bus ad vitam que vera vita eſt
nō intratur. Jlle ſanguis effu-
ſus eſt in remiſſionē peccatorū.
aqua illa ſalutariſ temperat po
culū h ꝛ lauacꝝ preſtat ꝛ potū.
Propterea pmo mulier facta
eſt de latere dormiētis viri ꝛ ap
pellata eſt mater viroꝝ. magnū
qppe ſignificauit bonū aut ma-
gnū preuaricationis malum. h
ſcōs Adā incliato capite obdor
miuit i cruce: vt inde formaref
ei ꝯiunx que de latere dormien
tis effluxit. O mors inquit vñ
mortui reuiuiſcūt qd illo ſāgui
ne mūdi⁹. Quid illo vulnere ſa
lubrius. hec Aug.

Jcut agnus coram ton-
ſ dēte ſe obmuteſcet. yſa. X
liij. Qñ gentes hñt page
re ardua ꝛ laborioſa ꝛ precipue
cum illis eminet inimicoꝝ peri
culum duo ꝯſueuerūt. facere. ſ.
ſumere aliquid ad confortāduz
ꝛ roborandum vires ꝛ ſibiipſis
dare ſigna vt cognoſcant ſe mu-
tuo ꝛ ab hoſtibus tueantur ſe.
Spūaliter. volens xps educeref
genus hūanuz de manu diabo-
li: ipſe ſe dedit in cibū ꝛ precepit
hoc ſemper fieri i memoriā ſue
paſſionis vt fieret nobis in ſi-
gnum ſecuritatis contra inimi
cos. figura Exo. xij. de agno pa Fig
ſcali comeſto cū lactucis agreſti
bus de cuius ſanguine factuz ē
ſignuz crucis in vtroqꝫ poſte do
mus filiorum yſrl'. cuius os cō-
fractum non fuit. Spi. agn⁹ iſte
xpm ſignificat crucifixuz in exi
tu iferni cuius ſanguie protegi
mur a percutiente angelo. i. dia
bolo ſi corde ꝛ corpore nos mu
nimus illo: portantes crucē ei⁹
corde ꝛ corpe ꝛ memores ſim⁹
acreſtis āguſtie quā ptulit p no
bis. os ñ fuit ꝯminutū ex eo: qꝛ
vt dicit Aug. ſup Jo. ad hoc pti Au.
net teſtimoniū os nō ꝯminuetꝫ
ex eo qꝛ cū ad ieſū veniſſent: nō

fregerūt crura. Igit iſte agn⁹. ſ. xps nos vere de egypto inferni pcuſſo diabolo eduxit. atqȝ pduxit ad eterne glīe promiſſionez per mortez ipſius. vñ Augu. in quodaz sermōe reſurrectionis dñi. Ipe. n. adiudicat⁹ vt agn⁹ ⁊ occiſus veluti ouis ab egypto nos redemit ⁊ ſaluauit nos de manu diaboli q̄ſi de māu Pharaonis ⁊ cū ſignauit animaſ noſtras proprio ſpū ⁊ mēbra cordis noſtri: ſuo precioſo ſanguine. Hic ē qui ꝯfuſione mortem induit ⁊ diabolū in planctū ꝯſtituit. hic ē qui iniqnitatez percuſſit ⁊ iniuſtitiā ſic Moyſes egypti ſterilitatem damnauit. Hic eſt q nos de ſeruitute eripuit ad libertatem de tenebris. ad lucez de morte: ad vitaȝ a tyrannide i regnum ſempiternum. (Aug.)

¶ De patientia.

Edificantes domū de lapidib⁹ politis. ij. Heſdr. cū debet aliquod cōſtrui edificium primo ꝯſueuerunt lapides cultro polliri ⁊ polliti ⁊ bene aptati poni in edificium ⁊ quāto pulchriores ſunt tanto i eminētiori loco fabrice coaptātur. lapides qui franguntur cultro vel martello prohiciuntur i fundamentum vel in pariete includuntur. Spiritualiter. deus intendit fabricari palacium in celis pulcherrimū. ſ. celeſte regnuȝ. Iō in hac vita quāplures voluit eſſe martellos pcutiētes lapides iſtos: hi ſunt perſecutores ⁊ moleſtatores fideliū ſub q̄bus lapides iſti tanto pulchriores ſunt in conſpectu diuini fabri: quanto illi fortius per verā patientiam integri perſeuerāt. Talis lapis ille fuit queȝ reprobauerunt phariſei ⁊ principes ſacerdotū. q fact⁹ ē in caput anguli. Qui igit patientiā xpi ſequūtur pſeuerātes ponent poſt modū i honorabili celeſtis edificij loco vbi quieſcet omnis tribulatio atqȝ penalitas. figura. iij. Reg. vi. Ubi legimus ꝙ cuȝ Salomō edificaret tēpluȝ dño de lapidibus q̄dratis ⁊ politis nō eſt auditus malleoꝝ ſonitus in templo. eo ꝙ ex templū lapides ſūt polliti. Spūalr. p nāle edificiuȝ templi ſubaudi celeſte edificiuȝ dei. vbi nullus ſon⁹ aduerſitatis ⁊ afflictionis audiet. Bernar. in meditationib⁹ ſuis: In regione inquit tua amaritudo locū nō habȝ. Nō eſt aduerſari⁹ ipugnās nulla rixa nullū impedimētū: null⁹ timor: nulla iquietudo: nulla pena: nulla ipietas: nulla moleſtia. nulla diſcordia. ſȝ pax ſūma ⁊ laus eterna: ſecura ſine fine: reges ⁊ gaudium ſemp cū ſancto ſpiritu. h Bern. Polliunt ergo lapides qui debent poni in tāto edificio q: ſancti viri quos dei ꝓuidētia elegit ad pficiendum celeſte re- (Fig. Ber)

regnū pri⁹ħ examinant̄ tribu latióibus ⁊ penis: vt cū iracūdi ⁊ impatiētes ac ēt deficiētes ſb diuino examine,piciant̄ in gehēnam pulchri ⁊ politi in loco illo celeſtis edificij honorabilr Pe. reponent̄. Unde Pe.ra.i quo dam ſer. Jdō forſitan te punit tēporaliter vt ab eterne mortiſ ardore ⁊ pena te redimat temporaliſ. Jn edificatiōe.n.templi ꝓ us lapides tōdebant̄ ne in illorum impōne ſon⁹ mallei audiret̄. Nunc in horreo dn̄i granū ponit̄ donec flagellis aut triturantiū pedibus ſit excuſſū. Sic viui lapides q ponēdi ſunt i illa celeſti Jerl̄m que edificat̄ vt ciuitas: varijs infortunioꝝ concuſſiōibus polliūt̄ anteq̄ꝫ i edificio celeſtis hitaculi collocēt̄.

B c Aput ei⁹ auruꝫ optimū Can.v. Optimū auruꝫ ꝓbat̄ per ignē.q̄ꝫdiu.n. eſt ibi rubigo vel mixtura extnea ſemꝑ fumigat. qn̄ vō ñ amplius fumigat ſignū eſt perfecti auri. Pōt.n.tūc fieri oē op⁹ de ſeipſo. Spūaliter.patiētia hominis igne tribulationuꝫ ꝓbatur. Expoſitus.n.hō aduerſitatis examini: ſi per murmurationes vel blaſſemias fumigat: ſignum eſt ꝙ ibi nō erat aurū ꝑfecte patientie: ſed erat color ſophiſticuſ arte hypocriſis fabricatus. ſed cum eque aduerſa vt ꝓſpera tolerant̄ ſignum eſt optime patiētie. Jdeo ex taliſ auro celū adornat̄. Mat.v. Beati pacifici qm̄ filij dei vocabuntur Et alibi ait dn̄s. Jn patiētia veſtra poſſidebitis aīas veſtras.

Figu. Exo.xxv. vbi legim⁹ dn̄ꝫ Fig. precepiſſe fieri in tabernaculo candelabrū ex auro puriſſimo ductile in ſūmo hēbat.vij.capita equalia ſuper que ponebant̄ lucerne.vij.auree. ⁊ erāt ibi.vij infuſoria aurea quibus oleum lucernis infundebat̄. Spūaliter.per hoc candelabrū ductile aureū notat̄ vir patiens ⁊ deo obediens qui ſemꝑ vera ducit̄ patientia: ⁊ ſemper inclinās ſe ad onus ſibi impoſitum: ⁊ ſupponit humeros ad oia toleran dum. flectitur.n. ſed nō frangit̄ q: in aduerſis ⁊ in ꝓſperis laudat deum. Cuiuſ oppoſitū facit hypocrita qui nihil vult tolerare: ſed minimo cōtumelie vbo ſtatim frangit̄ ⁊ conquaſſatur. Et ſicut ignis probat aurū: ita aduerſitas ꝓbat viruꝫ iuſtum. Grego.primo moral. Jn hoc i Gre quit mens iuſta diſcernit̄ ꝙ ſi laudem inter aduerſa confitet̄ ꝙ nō cum rebus frangit̄ ꝙ nō cum caſu glorie exterioris cadit. ſeptem vero capita ſuꝑ candelabrum in qbus erant lucerne.vij. ſunt virtutes.ſ.iij.theologice: ⁊ quattuor cardinales. Et ſuper his.vij. iuſtitie opa inter tenebras lucentia: q: inter ſuꝑ

bos lucet humilitas. Inter inuidos lucet charitas. Inter auaros lucet liberalitas. Inter iracūdos lucet patiētia. Inter ocioſos ſollicitudo ſancta. Int luxurioſos lucet caſtitas. ⁊ inter guloſos ſobrietas. Sūt etiā ibi. vij. infuſoria per que infunditur oleum quo nutriāt lucerne: q̄ꝛ ſeptē ſunt ſpūſſancti dona quib⁹ infundit̃ xp̄i gr̄a per quā nutriunt̃ in nobis virtuteſ
Gre. Unde Grego. ſup Eze. Sūt inquit multi qui iam p ſeptē gradus. i. per ſeptē ſpūſſancti dōa: ſeptiformē gratiā aditum vite celeſtis inueniunt vel meruert per timorē dei fieri humiles per pietatis ſtudiū fieri miſ'icordeſ p ſcientiā diſcreti: p meritū fortitudinis liberi: per conſilium ſecuri: per intellectū, puidi: per ſapientiā maturi. Sic igit̃ per hec ſeptem infuſoria gratiaruꝫ nutrit̃ lumen in candelabro. i. in viro dei ne extinguatur iter mundi huius aduerſa: ſed tanq̄ꝫ exemplaris lumen patientie luceat omnibus q in domo militantis eccleſie deo militare diſponunt: q̄ꝛ in ipſa ſemper ē cō
Caſ. tra hoſtes triumphus. Caſſiodorus ſup pſ. Patientia ingt eſt que oia vincit aduerſa n̄ colluctādo ſed ſufferēdo nec murmurando ſed gratias agendo. Ipſa eſt que fecem totius voluptatis abſtergit. Ipſa eſt q̄ lim pidas aias deo reddit.

O Dor ſuauitatis eſt i cōſpectu eius. Eccl. xxxv. C
Res aromatice non redolent niſi ꝯtrite. Rō eſt. q̄ꝛ cū ſint dure materie odoꝛ non poteſt euapoꝛare qui claudit̃ ifra illas. Et licet exterius redoleāt cito odoꝛ ille euaneſcit: cū cōterunt̃ partes ab inuicē adherēt. Et ſic intrinſecus odoꝛ euapoꝛabatur. ſpūaliter. virtus ⁊ patientia viri ſancti nō ſentitur in quiete ⁊ pace. Solū. n. latet in eoꝛum ꝯſcientia intentio pura ⁊ ſancta. Si ꝟo conterit̃ ⁊ examinet̃ tribulationib⁹ ⁊ cōtumelijs: ſtatim virtus que intus latebat. pꝫ. q̄ꝛ q̄nto vir dei ſe plus pro xp̄o pati conſiderat: tanto amplius ſperare preſumit. Jō p veram patientiā redolet. vide Gre. x. li. moꝛa. Tanto ſpes Gre in deo ſolidioꝛ ſurgit: quanto p illo quiſq̄ꝫ durioꝛa ptulerit: qa nequaq̄ꝫ retributiōis gaudium de eternitate colligit̃: qd̄ nō hic pia tribulatiōe ſeminat̃. Exuberat ergo odoꝛ ſanctoꝝ in tribulatiōe ſicut aromata in ꝯtritōe. Figu. Exo. xxx. vbi preceptuꝫ Fig. fuit accipi q̄ttuoꝛ ſpecies arōaticas. ſ. Stātē Onichā Galbanum boni odoꝛis ⁊ thus lucidiſſimū: ita vt eq̄lis pōderis eſſent oia: ⁊ debebant hec contondi in tenuiſſimum puluerem. His igitur quattuoꝛ quomodo

dictuȝ eſt fiebat puluis thimiamatis ſancti ad vſum ⁊ cultum dei. Si qs vo huc pulueré vſuſ fuiſſet in ꝓprium odorem periſſet de populo ſuo. Spūaliter. Ex quattuor patientie virtutib⁹ fit thimiamatis ſancti odoramtuȝ xp̄o qd ipſe libéter odorat. Prima patientie virtus eſt in ꝓbatiōe ſeu examine quo nos deus ſuis flagellis ꝓbat. Alia vero eſt qua nos diabolus tentat. Alia eſt cum a ꝓximis noſtris vexamur. Hi tres .ſ. deus ⁊ ꝓximus diuerſimode nos exercent in quorū exercitijs ſi fortes ſumus odorem ſuauiſſimū

Gre deo damus. Unde Gre. omeli. vi. ſuper Eze. Trib⁹ modis virtus patiētie exerceri ſolet. Alia nanqȝ ſunt que a deo. Alia que ab antiquo aduerſario. Alia q̄ a ꝓximo ſuſtinemuſ. A ꝓximo nanqȝ ꝑſecutiones dāna contumelias ſuſtinem⁹. Ab aduerſario tentamenta. A deo auté flagella tolleram⁹. Sed in his oībus modis vigilanti oculo ſemetipſam debet mens circūſpicere: ne male ꝯ ꝓximum ꝓtrahatur ad retributioné mali: ne ꝯ tentaméta aduerſarij ſeducatur ad delectationé ſeu ad ꝯſenſum peccati: ne ꝯ flagella opificis ꝓrumpat ad exceſſum murmurationis. Hō igit̄ hec tria obſeruans iaȝ hȝ hec tria genera aromatū precioſa. Sed requiritur quartū eſt .n. q̄ quodā tentationis gen⁹ grauiſſimū qd nunc a deo eſt: nūc a diabolo: ⁊ nūc ab hoie. Et tñ oib⁹ periculoſius. et hoc eſt vitā ſine tentatione ducere. Unde Gre. in q̄dā omeli. Nulla iquit maior tentatio q̄ȝ nulla tentatione pulſari. Inde ꝓuenit incircūſpectio ſui. Incōpaſſio tentati contétus ꝓximi. Inobediétie lapſus ꝑſumptionis interit⁹. Hec Grego. His Gre igit̄ q̄ttuor ſi quis fortis exiſtat acceptū deo offert ſacrificiū in odoré ſuauitatis. ſed not. q̄ nō erat licitū mixturā hu⁹i aromatum ad humanū trahere vſum ſub pena mortis: q2 q ſupradicta facit ꝓ humano fauore obtinédo nō principalr ꝓpi deuȝ vt hypocrite ipſi peribūt de populo dei. Job. viij. ſpes hypocrite peribit .n. placebit vecordia ei⁹ ſȝ ſicut tela aranear̄ fiducia eius.

Scédūt vſqȝ ad celuȝ et D
a deſcédūt vſqȝ ad abyſſū
pſ. cvi. vt dicit phs. nullū violentū eſt perpetuū. videmus .n. violéter graue detineri ſuperi⁹ ⁊ leue inferi⁹. Nā ſi graue ſm nām ſuaȝ libere poſſȝ deſcendere: nequāqȝ quieſceret quouſqȝ deueniſſet ad centrū terre q eſt locus grauiū. ſilr ſi leue libere poſſet aſcédere nūqȝ ceſſaret aſcendere donec deueniſſet ad igné q é loc⁹ leuiū. ſȝ vtrūqȝ .ſ. graue ⁊ leue violent̄ vt dcȝ é te

neꝛ̃. Spũalr. pcõꝛes ⁊ ingrati
hoies quoꝝ ſcelera ſič on⁹ gra-
ue grauate ſi ſr̃ eos: ex qb⁹ me-
reř gehẽna: q̃dã violẽtia i mun
do geſcũt. Nã de ſui nã tẽdunt
ad iferos: vñ ſič graue ſi ira a-
periref ñ ceſſaret ruẽ circa cẽtꝝ
ſic cũ ira apireř. i. qñ fiẽt fouee
vel ſepulchꝛa i moꝛte pctõꝛis ñ
geſcet aia illi⁹ donec vẽiat i in-
fernũ. Juſti vo quoꝝ ẽ celũ ẽtħ
q̃dã violẽtia detineñ vt magis
mereãř: ⁊ ipſoꝝ pmiũ augeař.
ſ; cũ diſſolueř a coꝛpib⁹ vincul'
nõ regeſcẽt aie illoꝝ dõec pue-
nerint ad regna celeſtia. Tũc ſa
ciabiř appetit⁹ ⁊ deſideriũ quo
ſolui cupiũt ⁊ eẽ cũ xpo: vñ xpſ
ſuos leues ⁊ expeditos a pctis
q hic pmuř violẽtia tyrãnoꝝ ⁊
potẽtũ hoꝛtař ad patientiã di.
Jo. xvi. Mund⁹ ãt gaudebit:
vos aũt ꝯtriſtabimini. ſ; triſti-
tia vr̃a vteř i gaudiũ: ⁊ gaudiũ
Fig. mũdi vteř i triſtitiã. Fig. Exo.
xiiij. Jn exitu iſrl' de egypto tã
ppl's iſrl' q̃ꝫ pharao cũ egyptijſ
mare rubꝝ itrauerũt. S; ehyp
tijs deſcẽdẽtib⁹ i pfundũ q̃ſi la-
pis filij iſrl' trãſierũt p ſiccuȝ p
mediũ ei⁹. ſpũalr. Egyptij affli
gẽtes filios iſrl' ſũt magnates ⁊
mũdi diuites i tenebꝛis pctõꝝ
ambulãtes q paupes ⁊ hũiles
vexare ſatagũt. S; oȝ i h⁹ mũdi
exitu i quo nullã hẽm⁹ manẽtẽ
ciuitatẽ vtrũqꝫ pplm p abyſſuȝ
moꝛtis trãſire: qꝛ vn⁹ ẽ exit⁹ ho
minũ. i. iuſtoꝝ ⁊ maloꝝ. S; vbi
pctõꝛes deſcẽdũt ad ifernũ. Ju
ſti ⁊ ſci gradieř i celũ: vbi pſecu
toꝛes paupeꝝ gemũt i toꝛmẽtiſ
patiẽtes ⁊ mites i btitudie eter
na deo fruũř. vñ Pe. ra. i ſer. il- Pe.
lo mẽdici Lazari ⁊ epulõis di
uitis ſic ait. Nẽo igt putet qꝛ di
ues iſte bõis recepit bõa qñ hic
magis re⁹ ẽ qꝺ cũ a deo p malis
recepit bõa: bõa p bõis reddeř
ꝯtẽpſit. Nã de diuitijs tãtis nec
victũ reddit nec ſacrificiũ deo:
minima oblatõe depẽdit at pau
per diues vulnere cẽſus null⁹:
exut⁹ coꝛpe: veſtit⁹ penis: aiam
quã ſolã ñ tenebãt vulnera: deo
i hoſtiã iugiter offerebat. hic ẽ
q recepit p doloꝛe regẽ: p pe-
nis imoꝛtalitatẽ: p oppꝛobꝛio
gliaꝫ: p ꝯtumelijs honoꝛẽ: p d-
fectu gfam: p vulnerib⁹ pmia:
p ſiti fõtẽ refrigerij: p fame ce-
leſtis mẽſe delicias. Quẽ diuit]
ſaculus ñ recepit ſin⁹ dine ꝯſo-
latiõis icludit. Tu diues fulgẽſ
purpura ꝯdã nunc tegẽ ſimo, p
cocino veſtire flãmis: p mobili
b⁹ diſcubitiſ: ſuſtinẽ dura, p latis
fercul' eplare pẽis: copiaſ iopia
ꝯpẽſare ebꝛietates ſiti digẽ p
odoꝛib⁹ aſpgẽ fetoꝛe vt cui aſti-
teřt voluptatẽ obſeqa aſſiſtãt mi
niſteria nẽ pẽaꝝ: qꝛ paupeꝝ: nẽ
deſpiciẽdo iſta tibi taľr tu mu-
taſti. hec Pe. ra.

Agitte tue acute. ps. xliiij E
Peccatoꝛes latronibus

obuiantes in nemoribus nulla poſſunt arma meliora hr̃e arcu ꝛ ſagittis. pñt. n. predones per-cutere a diſtātibus ꝛ nihilominus eos fugere. Sunt quidem adeo in arte ſagittaria periti. ꝙ dũ ſunt in equo ꝛ fugiunt ét iaciũt ſagittas: qd̃ eſt tuta res inter latrones. Non. n. debét cũ illis mercatores ꝯtēdē manuali bello q2 nil boni cũ talib9 pñt lucrari cũ ipſi diuites ſint: illi aũt nil hñt. Spũalr. xp̄i fideles ſũt magni mercatores. merces. n. ꝓciosas portāt. ſ. merita ꝛ virtutes quibus diuina mediāte gratia mercantur celum. ſ3 oportet oēs per nem9 pñtis vite tranſire vbi ſepe predoni obuiant infernali. Ille aũt cũ acie ſuaꝝ tentationũ conatur nos expoliare ꝛ priuare virtutũ theſauro. Sed cum nos inuadit vel ꝑcutit mũdi aduerſitatib9 aut carnis infeſtationib9: nō eſt certādũ ſeu reſiſtendũ per iram ſeu blaſſemias: q2 nil inde lucramur. Qui nos affligũt pauperes ſũt ꝛ miſeri. Sed decertandũ eſt longe ſtantes ab ira ꝛ odio ꝛ arcu patientie ꝓhicere ſagittas laudis dei: quibus hoſte maligno ꝯtrito vt victores obtinebimus coronā. Fig. ꝓmi parali. x. vbi legimus cu3 Saul obuiaſſ3 viris ſagittarijs grauibus vl̃neribus ab eiſdē percuſſus eſt intantu3 ꝙ ex dolore in propriũ gladiu3 irruens miſerabiliter mortuus eſt. Spiritualiter. Saul interꝓtatur abutēs ſeu abuſus ꝛ recte diabolum denotat q primo gratia diuia abuſus eſt. Iſte pſecutus eſt verũ regē Dauid: ex mera inuidia. ꝛ dibolus ſurrexit ꝯ̄ verum celi regem ex inuidioſa malicia. Hic ergo obuiat viris ſagittarijs a quibus percutitur qñ nititur tentare per mũdi aduerſa viros patiētia munitos q pro receptis iniurijs in dei laudem per patientiam cito prorũpunt. Qd̃ nequiēs diabolus ſuſtinere proprio tentationis gladio ſe iterimit. Sagitte ergo pacientꝫ acutiores ſunt i cor demonis ꝛ graui9 illũ vl̃nerāt: qꝫ fidelis patiētia armat9 vulnerat aduerſis. vñ. Gre. i mora. i. li. idu Gre cēs in exēplũ patiētiā: Job. ſic ait. beat9 Job quot voces patiētie i laudē dei ꝓtulit q̄ſi tot i aduerſarij pectore iacula intorſit ꝛ acriora valde quā ſuſtinuit iſixit.

### De Parentibus.

Quare fremuerũt gētes ꝛ populi meditati ſũt inania. pſ. ij. Quedā. n. ſũt A vni rei ad decorē: q alii ſũt ad dec9 furor ꝛ fremy9 ſi i caē act9 laudabiles. ſ3 ſũt i hoie, mltũ vituꝑabiles aſſumit. hō tũc ꝓprietatē leōis vl̃ apri canib9 iſtigati. Spũalr. hoies deũ ñ timētes vl̃ amātes in nullo futura cogitantes brutꝫſiles q gliā ſibi a deo ꝑ

parată neglige̅tes: ꝯmutāt in ſi
militudinē vituli comedenꝫ fe-
nū: vt aꝑ ſeu catula fremunt: cū
liberos ꝓſpiciūt aderē deo ⁊ vel
le religionē itraꝛ latrāt ⁊ furiūt
atqꝫ fremūt ſꝑ religioſos eoſ ad
hoc bonū iducē ſatagentes. ma
lēt. n. filios ſuos inī mūdi cali-
ginē iuolui p vſuras rapinas ⁊
alia opa mala: q̄ꝫ eos vidē patiē
Fig. tur deo ⁊ ſaluti aie dedicari. Fi.
Exo. v. poſtq̄ꝫ Moy. ⁊ Aarō .i
cepe͛t ex dei mādato pplm̄ idu
cē ab egreſſu Egypti ⁊ ad igreſ
ſū terre ꝓmiſſiōis pharao ⁊ ſui
ceperunt fremere ⁊ furire aa-
ron dicentes. Quare vos ſolli-
citatis pplm̄ exire egyptuꝫ? Et
durius pplm̄ afflixit operibus
diſpergēdo ipſū ad paleas colli
gēdas ipſum impoſuit ſuperſti
tes qui eos cogerēt tātū de ope-
re facere nō recepti paleis: quā
tū faciebāt cū illis miniſtraban
tur palee. Spūaliter. Filij iſra
el qui dicunꝛ dn̄m videtes ſunt
puri apti ⁊ idonei ad videnduꝫ
deū ⁊ cognoſcēdū per ſacre ſcri-
pture ſtudiuꝫ. Hos. n. religioſi
cognoſcētes ſatagūt de egypto.
i. de mūdi tenebris educere ⁊ ꝑ
viam religionis ad terram cele
ſtis ꝓmiſſionis dirigere ſꝫ ſen-
tientes hoc pharao ⁊ egyptij. i.
parētes ⁊ ꝓpinqui murmurāt
clamāt fremunt in Moyſen ⁊
Aarō hoc eſt in religioſos qui
pueros ad religionē inducunt
dicētes. Quare ſeducitis filios
nr̄os ⁊ orbatis nos heredib⁹.
Nō. n. attēdūt q̄ puri fugiunt
pn̄tis vite ifātes interit⁹. Sꝫ vt
bruto oī poſtpoſita prudētia la
trāt ſolū aſpiciētes carnē ⁊ ſan
guinē. malēt. n. filioſ ſuos dia-
bolo ſuire q̄ꝫ deo. Jdcirco diſꝑ
gūt ꝑ mūdū ad acqrēdā pecūiā
multis pctōꝝ laqueis innoluē
dos. Et ne deſiſtāt ab opere ipo-
nunt ſuꝑſtites ſollicitātes q: ne
eoꝝ filij a ſecularibus ceſſent ne
gocijs: illos ligāt vxorib⁹. he. n.
ſuꝑſtites ſūt viriſ ſuiſ. iſtigāt. n.
die noctuqꝫ punctionib⁹ duris
petētes ⁊ ab eiſdeꝫ exigētes ve-
ſtes ornamēta ⁊ cult⁹ nō paruā
ſed maiora more ſolito: qn̄. ſ. da
banꝛ palee. i. qn̄ pace mundus
fruebatur ⁊ quilibet faciliter lu
crabaꝛ. Tātū ergo volūt ⁊ plus
qn̄ neceſſe eſt filios ſuos innume
ris ſe ponē periculis q̄ꝫ tpe quo
vt dictū ē facile lucrabanꝛ. Ec-
ce peſſima ſollicitudo. Sed de
bent puri⁹ ⁊ veri filij iſrael inito
crucis ſigno i vtroqꝫ poſte. ſ. mē
te ⁊ corde ſequi Moyſē. ſ. xp̄ꝫ
⁊ potius deo q̄ꝫ parētib⁹ obedi-
re. vn̄ Hiero. ſuꝑ Matthe. Si Hie
neceſſitas inqt venerit vt amor
parētū amori dei cōpareꝛ ⁊ nō
poſſit vtrunqꝫ ſeruari odium in
ſuos pietas in deuꝫ ſeruāda eſt.

Juſt⁹ vt palma florebit
plantatus in domo dn̄i
ps. xci. Prudēs agrico

la vidēs nouā plantam aptā ad
fructificādū nō dz ipſam incide
re quātūcūq3 neceſſitatē ad oīa
opera faciēda habeat. vtilius. n.
eſt de arbore ſemper ſuo tpe con
tinuatos fructus colligere: q̄3 d
inciſa arbore aliqua mercantia
facere: ⁊ perpetuo fructibus ei⁹
p̄uari. Spiritualiter. Agricola
hn̄s arborem fructiferam i or/
to ſuo: eſt hō hn̄s filiuz aptū ad
religionē ad dei ſeruitium. Nō
d̄bet igitur pater ſubtrahere ip
ſum d agro dn̄ico vbi continue
per predicationē poteſt multas
ſaluare animas etiam ſi ipſum
videat poſſe poni in operib⁹ mū
di ad lucra ⁊ terrena bona con/
gregāda i q̄bus ſepe aīa p̄cipita
Fig. tur. Fig. Deut. xx. vbi legim⁹ p̄
ceptū fuiſſe filijs iſrael q̄ arbo/
res fructuoſas nullaten⁹ euelle
rēt vt de eis fierēt machine. ſpi/
ritualr. Arbor fructuoſa vt dcm̄
eſt religioſus. ⁊ rō. eſt q2 bonus
fructus dr̄ q tā int⁹ q̄3 ex̄ bon⁹
ē: vt fic⁹. h3. n. ficus ⁊ alij cōſimi
les fruct⁹ q̄ pn̄t reſeruari. qd̄ n̄
hn̄t fruct⁹ hn̄tes armillā ⁊ vt p3
de p̄ſicis ⁊ alijs q̄ itegra n̄ pn̄t p̄
uari. ſic religioſi qui d̄e religio/
ſi ſūt. ⁊ ſunt intus boni per ieiu/
nia ⁊ abſtinentiā ⁊ alias v̄tutes
⁊ ſunt boni exteri⁹ per p̄dicatio
nē ⁊ bonā doctrinā. Nō ergo de
bent xp̄iani filios ſuos quos ap
tos vident ad tales p̄ducendos
fructus a religionis agro ⁊ gre
mio remouere: ⁊ de ipſi⁹ machi
nas mūdanas ꝯſtruere: quibuſ
aīa miſera debēs machinare vi
tia ipſa a vitijs machinat̄. ⁊ ſub
audi per machinas oēs carna/
les ⁊ mūdiales ſollicitudines i
quib⁹ velut machinat⁹ lapis ho
mines ad alta per mūdi p̄ſpera
elati: ſepe ſubito dānabiliter cō
quaſſant̄ q2 fortuna vitrea eſt ⁊
ſepe frangit̄ duz plus ſplendet
vt dicit Sen̄. Meli⁹ eſt igit̄ vt Sen.
in religione q̄s p̄ficiat q̄3 i hoc
mūdo deficiat. Jō boni filij quā
q̄3 parētes diligere teneantur:
viciſq3 in licitis obedire: ſed h̄ vi/
dentes ip̄edimētū p̄parare: nō
debēt illis acqeſcere ſed debent
eos in hoc odio habē. vn̄ Criſ. Cri.
ſup. Joā. x. Qui amat p̄rē3 aut
matrē pluſq̄3 me n̄ ē me dign⁹.
Sic ait. Nō ingt iubet ſimpliciē
odio parētes habere. Sed ſi vo
luerit deo plus diligi in h̄ odio
habeantur.

i Molauerūt filios ſuos
demonijs. p̄s. cv. Inter
vite preſentis crudelita
tes crudelior eſt: proprijs filijs
malefacere a p̄poſito. Rō ē. q2
parētes oēſ vniuerſaliter filios
diligunt etiā: vex hoc h3 in bru/
tis que videm⁹ pro filiox libera
tōe mortis periculis ſe expone/
re. Spūaliter. Super oē malū
peius eſt p̄prios filios a dei ſer
uitio ſubtrahē a diabolo ac dia
bolicis operib⁹ applicare, hoc

ꝓprie faciunt hoīes cupiditati ꝛ auaricia ſeruiētes. qui ꝑ has artes filios ſuos diabolo ſata⸗ gūt imolare. Taleſ igiť a regno dei merito debent excludi ꝛ in i⸗ Fig. ferno includi. Figu. Leuit. xx. vbi precepit dominus filijs iſ⸗ rael hoc mandatum. Quicun⸗ qꝫ dederit de ſemine ſuo ydolo moloth: ille morte morietur. po pulus lapidabit eum: ꝛ ego po nam faciem meam contra illū. ſuccidamqꝫ illum de medio po puli mei. Spiritualiter. Mo⸗ loth qui iterpretatur princeps eius denotat diabolum qui ꝓn⸗ cipat peccatoribus ꝛ mundi fili is: qꝛ princeps mundi hui⁹ nun cupatur: ꝛ in deo nō habet quic⸗ qꝫ de ſemine: ergo proprio. Mo loth idolo miniſtrāt qui liberos ſuos cupiditati ꝛ auaricie q̄ ſūt idolorum ſeruitus ſatagunt in ſudare. hos taleſ populus terre lapidabit qꝛ pecunie ſeruuſ erit multis conquaſſationib⁹ depri⸗ metur ꝛ infinitis cruciatib⁹ cru ciabitur. Deus vero cōtra illos facieꝫ ſuam ponit: vt excluſi ab angelorum ꝛ ſanctorum cōſor⸗ tio infernali tradanť incendio perpetuo cruciādi. vbi his duo⸗ Ago. bus lapidibus obrueť. vñ Ag. li. i. de anima. Quis putas tūc meror erit? que triſtitia? quādo ſeparabunť a conſortio iuſtorū a viſione dei ꝛ traditi in pote⸗ ſtate demonum ibunt cum ipſis in ignem eternum: ibiqꝫ ſemper erunt in luctu ꝛ gemitu: ſit do⸗ lor intolerabilis. Ergo ſi pr̄es crudeles ſunt erga ſemen ſuuꝫ ꝛ ſic ſecum velint proprios fili os imolare fugiendū eſt ab eis vt euadāt filij tot ꝛ talia tormē⸗ ta. licet. n. teneamur parentib⁹ ſubuenire: ſi egent dū ſumus i mūdo: non tñ tenemur pro eis ſeruire diabolo ꝛ diſplicere deo qñ nos cupiūt mundi laqueare negocijs. vnde Ber. ſup canti. Ber ſer. xxviij. pertractans illud fi⸗ lij vinū nō habēt. Quid mihi ꝛ tibi mulier. Sic ait vt quid fra⸗ tres ſic reſpōdit chriſtus: vtiqꝫ propter nos vt cōuerſos ad do minum iam non ſollicitet arna lium cura parentum ꝛ neceſſi⸗ tudines ille non impediunt ex ercitium ſpirituale. Quandiū enim de mundo ſumus debito⸗ res nos conſtat eſſe parentum. At poſtqꝫ relinquimus noſmet ipſos multo magis ab eorū ſo⸗ licitudine liberi ſumus.

¶ De Paupertate.

P Oſuiſti in capite eius coronam. p̄s. xx. Se⸗ cundū imperiales re ges romanorum pro A ut maior erat victoria precioſi⸗ or imponebatur victoribus co⸗ rona. Ex hoc enim duces ani⸗ mabantur milites ad certandū fideliter. quando contemplabā tur victorie p̄miuꝫ ꝛ honores.

ſpūaliter. Inter oīa pn̄tis vite
certamina durissime feriunt ia
In. cula pauptatis. Vn̄ Inno. de vi
li. cō. huma. O inqt miſerabilis
cōditio mēdicātis. ꝛ ſi petit pu-
doꝛe ꝯfundit. ꝛ ſi nō petit egeſta
te cōſumit:, ꝛ vt mēdicet neceſſi
tate cōpellit. Quia ergo ſic du-
re paupertatis ſtimulus nouit
xp̄i milites impugnare xp̄s rex
pauperū voluit triumphantes
coꝛonare regni celeſtis coꝛona.
Matt. v. Beati pauperes ſpū
Fig. qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Fig.
apoc. xij. vbi ſic dr̄ ſignū inquit
magnū apparuit in celo. Mu
lier amicta ſole ꝛ luna ſub pedi
bus eius. ꝛ habebat coꝛonā. xij.
ſtellarum in capite. Spūaliter.
Mulier hec eſt anima paupis
qui nū fuit in terra deiectus nūc
aūt ſic triūphat in celis. Unde
Aug. de verbis app. ſer. xxviij.
Au. pauperes confoꝛtās ait. Nō ti-
bi inqt diſpliceat pauptas tua
vis ſcire qd̄ valet? celū emit. igi
tur hec mlier amicta eſt ſole qa
aīa ſancta ꝓfundit interius vt
capere poſſit lucem eterne glie.
ps. lxxi. In lumine tuo videbi-
mꝰ lumē. Et benedicit īduta ſoe
le qꝛ ipſa ſequuta eſt eius veſti-
gia qui in ſole poſuit tabernacu
lū ſuū ꝛ tanq̄ ſponſus de thala-
mo ſuo ꝓcedens naſci voluit in
ſtabulo ꝛ reclinari in pꝛeſepio:
cū tamē eēt lux vera que illumi
nat oēm hoīem venientē in hūc
mūdū. vn̄ Anſel. in medit. hūa- Anſ.
nitatis xp̄i. Tu dn̄e vniuerſoꝝ
qui nullā habes indigentiā in-
ter ipſa natiuitatis initia n̄ hoꝛ-
ruiſti abiectiſſime paupertatis
guſtare incommoda. vt. n. dicit
ſcriptura. Tibi cū naſceris non
erat locus i diuerſoꝛio neq̄ cu-
nabula que teneritatē tuam ex
ciperent habuiſti. ſed in vili p̄-
ſepio ſoꝛdentis ſtabuli: tu q ter
ram palmo cōcludis inuolutus
panniculus reclinatꝰ es. ꝛ h̄ ip-
ſum a brutis aīalibus mat tua
mutuo accepit. Hec Anſel. igit Anſ.
qui ſpū pauperes ſunt abicien-
tes coꝛdialr̄ caduca mundi xp̄i
ꝯſoꝛtes ſunt in certamine eiuſ-
dem participes fient in glia. Iō
idē Anſel. ibidē. Cōſolamini in Anſ.
quit cōſolamini qui in ſoꝛdibus
paupertatis enutrimini qa vo-
biſcū deus in paupertate. Habꝫ
hec mulier lunā ſub pedibꝰ eius.
Luna nanq̄ ꝓpter frequentes
mutabiles ſuas. vana ꝛ pſpera
mūdi dnotat. Lucet. n. luna no
ctis tpe. ꝛ hec caduca lucēt in h̄
pn̄tis vite caligie. Cū ergo xp̄i
fidelis diuino ſuccenſus amoꝛe
a ſuo deſiderio remouet pn̄tis vi
te pſpera: lunā ſub pedibus ſu-
is calcat iuxta ꝓphēticū dictum
diuitie ſi affluant nolite coꝛ ap-
ponere. Idcirco ſequit. Et i ca-
pite eius coꝛona. xij. ſtellarū.
Coꝛona iſta eſt pꝛemiū. xij. apo
ſtoloꝝ xp̄m in vera paupertate

ſequentiū. quō quidē ꝑmio veri
pauperes ꝑmiabunt. Nā oīa
mūdi felicia relinquētes: mūdi
dn̄m ſequuti ſunt crucifixū. Id
circo dictū eſt eis. vos eſtis qui
reliquiſtis oīa: ⁊ ſecuti eſtis me.
Et nobis poſtmodū dixit. Qui
relinquerit domū vel agrū. ⁊c.
Centuplū accipiet ⁊ vitā eternā
Aug poſſidebit. Aug. de verbis dn̄i.
quib⁹ inquit theſauris eq̄ri poſ-
ſit qđ paupertati videamus in-
dultū: vt ad regnū celoꝝ veniret
diues poſſeſſione ſua obtinē nō
potuit. Nūc aūt ꝯtinet vt ꝯtem
ptu perueniat. Sed bene no. q̄-
liter diuitie cōtemnende ſunt.
Nō. n. ſufficit ad verā pauper-
tatē diuitias non habere vt qs
paup ceſeat. ſed requiritur vt
nullatenus appetant vt qs pau
per ſpū quē xp̄s nominat ꝑdi-
Aug ceſ. Aug. in quodā ſermo. habe
at hō multas pecuniarū faculta
tes ſi in eis nō extollit paup eſt
nō habeat aliqd ſed cupiat. iter
diuites reprobos eos reputat
dn̄s qꝛ diuites ⁊ pauperes i coꝛ
de interrogat ⁊ non in archa.
Obliuioni dat⁹ ſum. ps.
B o xxx. Magnū eſt pericu
lū diligi a muliere extra
nia: qꝛ ligat⁹ ⁊ inuolut⁹ artibus
illius detinet captiuus: ⁊ perdit
interdū parētes ad patriā. Sū
mū tunc eſt remediū taliter cuꝫ
ipſa ſe gerere extinguat amoꝛ.
Ipſa tūc aſpiciēs ſe ꝯtēni obli-
uiſcet illius ⁊ ſic poterit libera-
ri. Sp̄ualiter. aliena mulier eſt
cupiditas ab omni milite xp̄i.
ps. xxxix. Superbo oculo ⁊ inſa
tiabili coꝛde. cū hoc nō edebā.
Hec. n. eſt inſania peſſima velut
artificioſa meretrix ſenſuꝫ ⁊ coꝛ
hoīs adeo imutat ⁊ eius fanta-
ſiā inuoluit ꝙ nihil aliud poteſt
amare: nihil aliud valet cogita
re: q̄ȝ cupiditatis amplexus. vn̄
Ambꝛ. ſup illo. Jo. attulit ager
cuiuſdā diuitis. Sicut hi qui ꝑ
inſaniā mētis trāſlati ſunt. Nō
iā res ipſas ſed paſſionis ſue fā
taſias vident. Ita et mēs auari
ſemel vinculis cupiditatis aſtri
cta ſemꝑ aurū ſemꝑ argentum
credit videre: ſemꝑ redit⁹ cōpu
tat aurū gratius q̄ȝ ſolē intuet.
Ipa. n. ſupplicatō ⁊ oīo ad dn̄ꝫ
aurū q̄rit. hec Amb. Nō eſt igit
aliud remediū q̄ȝ ſe talē exhibe
re per diuitiaꝝ cupiditatē: vt cu
piditas nr̄a obliuiſcat. Nemo
n. ꝯtēptoꝛē ſuū diligit ſed ſper
nit. Figu. Exo. recitat ibi magr̄ Fig.
ꝙ cū Moyſes detineret a filia
regis ethiopie quā in vxoꝛē de-
ſponſauerat. nec ab ea poſſet re
cedere vt rediret ad pplm ſuuꝫ
aſtronomica arte fec̄ duas ima
gines. quaꝝ vna vocata eſt obli
uio quā dedit vxoꝛi. Alia vo vo
cata eſt memoꝛia quā ꝑ ſe reti-
nuit. Vxoꝛ igit accepta obliuio
nis imagine ſtatim oblita pꝛio
ris amoꝛis eſt. ⁊ Moy. libe ad-

filios iſrl̃ regreſſus ē. Spũalr.
Moyſes erat fili⁹ putatiu⁹ tha
lamuth filie regis pharaōis egy
pti recipiētis ipm ex flumie. ſʒ
erat ỽe fili⁹ hebree. p ipm igitur
Moyſē ſubaudi hoīeʒ quēlibʒ
diuitē ⁊ potētē. putaẗ. n. fili⁹ ire
ne felicitaẗ. ſʒ tñ in ỽitate ñ ē ſic
ſʒ ē fili⁹ calamitaẗ ⁊ miſie. Job.
xiiij. hō nat⁹ de muliē breui vi-
uēſ tpe ⁊c. Huic ergo rex ethio
pũ tradidit filiā cupiditatē. ethi
opia. n. iterptaẗ caligo. Rex er
go ethiopie pnceps ē tenebraꝝ
ſ. diabol⁹ q conaẗ cupiditatē fi-
liā ei⁹ tradere xpiano in mrīmo
niū idiſſolubile. ⁊ per hāc miſer
hō relinqt prēʒ ⁊ matrē ⁊ pplʒ
ſuū ⁊ patriā. Nā xpianus pdit
xpm ⁊ ſanctoꝝ ꝯſortiū ⁊ regnū
celi hec eſt igiẗ vxor peſtifera q̄
ſic ligat mētē ⁊ ſuis captiuat la
Leo queis. vñ Leo in ſer. cene dñi i
ducēs Judā pditorem ſup his
ſic ait. exemplum. Cuncta inqt
mala cupiditas procurauit. hec
affectata magrīʒ tradidit Judaſ.
Nā cupiditaſ huiuſmōi hāc ſor
tita eſt naturā captas aīas deti-
net ⁊ oīb⁹ nodis alligatas aſtri
git reꝝ obliuionē imponit. ⁊ ali
enationeʒ oñdit: ⁊ inde Judas
cupiditatis inſania capt⁹ quan-
ta bñficia reſpuit? ꝯuerſationeʒ
ꝯſuetudinis cōmunicatiōis mē
ſe diſciplinat⁹ admōitionis ſua
ſionis oblitus es frenis cupidi
tatis impedit⁹, Jdeo Paulus
cupiditatē radicē oīum maloꝝ
noiat. hec Leo. facē ergo neceſ
ſe eſt duas imagines: qrū vna
ſit obliuio ⁊ hāc porrigere cupi
ditati. ſed hec per nullā pōt fie-
ri fabricā niſi per artē pauperta
tis. ſed paupertatem dilexeris
ſtatim mūdi cupiditas tui obli
ta te liberꝝ abire permittet. ⁊ iſta
imago ſcilicet memoria paup-
tatis ſaluatoris tui te cōcitū per
ducet ad celū cū veriſ filijs iſra
el qui verā ſectāteſ pauptatē ſpi
rituale obtinēt regnū celi. vnð
Aug. in ſolilo. Hāc ſecū ferens Aug
imaginē fiducialiter ſibi petit ce
lū aperiri a xpo di. Ecce iquit.
Dñe pauperes filij tui ſumus ⁊
puſillus grex tu⁹ aperi nob ia-
nuas ⁊ edēt pauperes ⁊ ſatura-
bũtur: ⁊ laudabunt te qui requi
rūt te. Scio domine ⁊ per me fa
teor te docēte quoniam ſoli illi
qui cognoſcūt ſe pauperes dita
buntur a te.
q Uis aſcēdet in montem
dñi. pſ. xxiij. Prudēs
alicuius regionis prin
ceps quā multi mercatores fre-
quētant: ita ordinat terras ciui
tates ⁊ caſtra ſua a viatorib⁹ ho
ſpicia nō deficiant. Si enim di-
ſtantia eſt longa de loco ad lo-
cū ⁊ in medio nullū eſſe recep-
taculū multi perirent in via. nā
viatores oēs nō ſunt eque velo
ces. Aliqui enim ſunt debiles ⁊
infirmi qui nullo modo poſſēt

ad extremū ꝑuenire terminū. Ideo neceſſe eſt vt habeāt iuenire hoſpitiū in medio. ſpūal'r. eternus ꝑnceps magna prudētia ordinauit itinera q̄ ducunt ad celū. Eſt. n. ſpaciū determiate diete. ſ. oia relinquere ⁊ cruce accepta ſeq xp̄m. Sed nō oēs hoies ſunt ita fortes ⁊ agileſ vt hec poſſint execceſ. multis viderẽt. h ſmo dur⁹ abirēt retro triſtes ⁊ perirēt. Nō poſſent. n. de extremo diuitiaꝝ: vſqꝫ aſt extremū paupertatis attingere. Iō ipſe xp̄s libere ↄceſſit hoibus diuitias poſſidere ad licitū vſū tū nō. n. in illis ē dānatō ſed i abuſu ipſaꝝ. vñ ſuper illo. pſ. Diuitie ſi afflu. no. cor. apo. dicit gl. Aug. Aug. Nō dicit nolite hr̄e ſꝫ nolite cor apponere. non. n. dānat diuitias: vñ mereamur celū: ſꝫ cor appoſitū: qḋ. ſ. nō expēdit: Fig. ſed recōdit. Fig. Geñ. xix. vbi legim⁹ dictū fuiſſe Loth vt egrederet̃ de illis duab⁹ ciuitatibus peſſimis. ſ. Sodoma ⁊ Gomorra ⁊ nō ſtaret in oi loco circa regionē illā ſed i mōte ſaluaret ſe ⁊ familiā ſuā. Qui rñdit ſe pp̄ debilitatē mōtē nō poſſe aſcendere eo qḋ erat antiqu⁹ ⁊ debilis vt dicit magr̄ hyſtorie. Sed inquit eſt ciuitaſ hic iuxta ad quā poſſū fugere parua ſaluabor in ea. ⁊ dn̄s ad eū. Ecce ēt in h ſuſcipiaꝫ p̄ces tuas ⁊ ſaluatus eſt Loth. ⁊ vocata eſt Segor. ſpūaliter. per has duas peſſimas regiones ſubaudi has duas inſanias nephandiſſimas. ſ. cupiditatē ⁊ auaritiā. Ex his domin⁹ Loth. ſ. fidelē xpianū cuꝫ tota ſua familia. ſ. memoria intelligētia ⁊ voluntate iubet fugere: ⁊ non morari circa regiones verbo cogitatione ⁊ opere. Sꝫ ſuadet montem aſcendere per contemptum diuitiarum qui mons dicitur tam deo dilectus in quo beneplacitū eſt ei habitare. Sed Loth. i. chriſtianus infirmus ⁊ debilis non poteſt per viā ſumme paupertatis aſcendere nec valet ſic incedere. ſed eſt Segor hec ciuitas iuxta. i. magis conformis humane fragilitati. ſ. actiua vita: vita marthe opari ꝓprio ſudore quo viuas ⁊ in hoc etiā ſalus ē. pſ. cxxvij. Labores manuuꝫ tuaꝝ. ⁊c. Et not. ꝙ Segor interpretat̃ parua vel minor: qꝛ multū diſtat ciuitas hec a p̄mio p̄me vite. qꝛ ſicut ſe habet meritū ad merituꝫ: ita p̄miū ſe habet ad p̄mium. q enim parce ſeminat: parce ⁊ metet: nihilominus qꝛ non eq̄liter valem⁹ omnes voluit chriſtus inter medium extremium. Segor eſſe ideſt licitum diuitiarum vſum in quibus homo poteſt ſibi hoſpicium per elemoſynarum largitionem procurare in celo. Nec eſt ibi offenſio ſi homo pro ſe ⁊ ſuis. ſi-

bi q̃ ſūt neceſſaria ꝓuideat. vñ Aug. Aug. in q̃dã epiſtola. Sufficiẽtiã inq̃t vite nõ indecenter vult quiſquis eas vult: ꝛ ñ amplius que quidem non appetit̃ ꝓpter ſeipſam: ſed propter ſalutẽ corporis ꝛ congruentẽ habitum ꝑſone vt non ſit inconueniẽs eis quibus viuẽdũ eſt. Iſta ergo cũ habentur vt teneantur ꝛ cum non habẽtur vt habeantur orãdum eſt.

D a Dice ñ facio tibi iniuriã tolle qđ tuũ eſt ꝛ vade. Matt. xx. Nõ eſt decẽs repetere qđ hõ ſponte vendidit. Res. n. vendita tranſlata eſt in poſſeſſionẽ emptoris. Jđ iniuſtum eſſet rem venditã velle habẽ ꝛ ꝑciũ. Ex his. n. quod plus placuerit poteſt homo eligere. Sed poſtq̃ ſe ſic ad vnũ determinauerit nõ poterit aliđ repetere. fieret. n. emptori iniuria. Spũaliter. nõ eſt decẽs hominẽ in vita p̃nti delitijs diuitijs ꝛ voluptatib⁹ ſuis velle frui regno dei poſtpoſito. ꝛ i alia vita xp̄i regnũ repetẽ. Iniuria. n. fieret pauperib⁹ ſpũ q vt regnũ iſtđ emerẽt dederũt: nõ ſolũ mũdi diuitias ꝛ facultates: ſed etiã ſeipſos dederũt in preciũ. Jđ iuſtus iudex ꝯ iura petẽtib⁹ reſpõdebit. Recepiſtis bona in vita veſtra. Pauperes vđ mala ſufficiat vobis portio quã elegiſtis vocaſtis bona veſtra in terris. Bonis ergo illis ꝯtentemini. Figu. Geñ. xxv. ꝛ. xxvij. Cum Eſau ꝓmogenituraz vẽdidiſſet Jacob frĩ ſuo. Et pr̃ eoꝝ iacob bñdixiſſet in rore celi ꝛ feciſſet dñm hr̃ditatis. venit ad pr̃ẽz ꝛ ait pr̃ mi da mihi bñdictionẽz. Rñdit iſaac pr̃ eius. Fratrẽ tuum dñm feci. quid tibi poſſũ facere? verũtamen in pinguedine terre erit tua bñdictio. Spũaliter. per Eſau ꝛ iacob filij Iſaac denotant diuitẽz ꝛ pauperẽ qui ſimul exeũt negociari in vitam preſentẽ. Iſaac. n. qui riſus interpretat̃ xp̄s ẽ qui eſt gaudiũ angeloꝝ ꝛ hominũ: ꝛ q amborũ factor ꝛ creator dr̃. vñ diuites ꝛ pauperes obuiauerũt ſibi in via: vtriuſq̃ aũt creator eſt ꝛ dñs. ſed vide ꝙ Eſau ꝓmogenitura vẽdidit cibo vili. Eſau interpretat̃ vanus. Quis vanior qs inſipiẽtior eo q ꝓ tã vilib⁹ precioſa amittit. Hos tales Jeplorat in trenis di. Dederũt in q̃t ꝑcioſa ꝓ cibo ad refocilãdas animas: ad refocilandas iquit nõ autem ad ſatiandas. Quicquid poteſt homo i vita p̃nti diuitiarũ obtinere nequaq̃ minimã partẽ appetitus anime vz ſaciare. Et nihilominus van⁹ iſte vana talia potius eligit q̃ celeſtia in q̄bus eſt plana ſacietas. Ideo ſemper eſt in anguſtia. vnde Iſid. in ſolilo. Quãuis qſq̃ Iſi. in ſeculi gl̃ia fulgeat: q̃uiſpur

pura ꝛ auro:qꝛ ꝛſplēdeat:q̄uiſ culta ꝓcioſa redimit⁹emineat. ſemꝑ tñ in pena eſt: ſemꝑ in angustia:ſemꝑ i merore: ſemꝑ in diſcrimine q̄uis in ſericis ſtratis cubet:ſed turbidus i pluuia iacet:ſed palidus. In lectis aureis ſed turbat⁹. Breuis ē huius mūdi felicitaſ. In his ergo van⁹hō portionē ſuaʒ petit.ſed Jacob.i.pauꝑ portionē ſuaʒ ſibi dari petit in terra viuentiuʒ. vbi rubigo nō maculat:nec tinea corrodit:hic nil hʒ. Jō ſibi recipit bñdictioneʒ de roꝛe celi qꝛ terrenā gloriā nō queſiuit. diuiti ꝟo dī. In pinguedine terre.i.in terrena ſubſtātia tua bñdictio ſit nō aliud pietas. habes qꝺ voluiſti. Tolle qꝺ tuuʒ eſt et vade. Fruebaris diuitijs:pauꝑ ꝟo colluctabaꝛ cū pauptate. nō decet repetere qꝺ ſemel vēdituʒ eſt. Nō potes hāc mundū ꝛ celum o diues:qꝛ nō potes ꝧ deo
Iſi. ſeruire ꝛ mūdo. vñ idem Iſid. li.preallegato. valde rarū eſt vt qui diuitias poſſident ad regē tendant. Qui rebus terrenis ſe implicat a dei amore ſe ſeparat qui in rerum temporaliū amore defigitur in deo :nullatenus delectaꝛ. Nemo poteſt amplecti dei gloriam ꝛ ſeculi ſimul:futura merces non hic promittitur iuſtis:ſed in celo:nō in terra merces promittitur ſanctis. Hec Iſydorus.

¶ De penitentia.

Iuiſi ſūt ab ira vult⁹ ei⁹
d ꝓs.liiij. Prudens dux A
exercit⁹ dū trāſducē milites ꝑ terrā inimicoꝝ diuidit exercitū ſuū ꝑ acies ne ſimul toti exercitu poſſit ruia ꝯfrigē ſi caſu frangaꝛ acies:ꝛ ꝓcedūt ſēꝑ aliq fortiores vt meliuſ poſſint ſuſtinere pōd⁹ferientiū ꝛ hoſtium penetrare cunea. facile.n.ē victoriā ꝓſeq iam inceptā. ſpūaliter. nos oʒ tranſire de pñti vita ad futuram. Inter q̄s freq̄nter hoſtes noſtri.ſ.demōes nos ſatagunt impugnare. Nos ꝟo q exercitū nr̄ʒ ducimus nobiſcum debemus vt prudētes duces illū diuidē ab inuicē ꝛ corpalia a ſpūalib⁹ſegregare ne totus hō ſil ſuccumbat. dʒ fortior exercit⁹ ꝓcedē:qꝛ q̄ ſunt aie debent preire tāq̄ʒ fortiora:q̄ vero ſunt corpis debent ſeq tanq̄ʒ debiliora. Mat.xxvi. Spūs quidem prōptus eſt:caro aūt infirma. Nam ſi ſpūs ꝓcedens contra hoſtiles inſult⁹ꝯdixerit diabolo ꝛ exercitui ſuo ſemꝑ erit vict⁹. Si aūt precedant corpus ꝛ ſenſus corporales qui ſūt habiles ad cadēdū nulla fiēt diabolo reſiſtētia. ſed lapſi ꝛ capti frequenter ducerent ſpūm ad ruinā. Cuʒ ergo gradimur via penitentie verſus celū:diuidam⁹ nr̄m exercitū: ꝛ precedente rationis vexillo ſequaꝛ illꝺ cor

Fig. pus ⁊ corporales ſenſus. Fig. xxxij. Cū Jacob fugeret a La bā q tot vicib⁹ eū deceperat: veniens ad terrā natiuitatis ſue audiuit ꝙ Eſau frater eius veniebat obui⁹ ſibi. Oderat eni eum Eſau eo ꝙ ſibi ſubripuerat bñdictionē diuiſit. Jacob familiā ſuā i duas turmas di. ſi pcuſſerit Eſau vnā turmā: ſaluabit reliqua. Nam Rachel poſuit cum familia illius ab vna pte. Liaz aūt cum ſuis ab alia. Spūalit. Jacob q interptat ſupplātator ſeu luctator eſt fidelis qui pnie lucta ſupplātat vitia ⁊ peccata. Hunc. n. odit diabol⁹ q p Eſau notat. Eſau. n. pmogenit⁹ fuit Jſaac: ⁊ diabolus fuit pmogeīus dei reſpectu hois: qꝛ prior creat⁹ hoīe. Sed ꝓ tāto odit iuſtū: qꝛ bñdictionē pmogenitur celeſtis quā ex ſupbia ⁊ obſtiatione ſua pdidit. Juſtus ex penitētia recepit. Jgit iuſt⁹ fugit a Labam deceptore: qñ fugit a mūdāo amore: vel multiplex ē deceptio. Tēdit. n. per iter pnie ad terraz natiuitatis ſue. ſ. ſupne ciuitatis. Sed timēs diaboli iſidias diuidit vires aie a corporalib⁹ ſēſib⁹. Rachel vo. i. rō cū ipſi⁹ familia pcedit. Familia nāqꝫ rōnis eſt. Prudētia. Fortitudo. Juſtitia. ⁊ Tēpātia. Ad uerſus iſtas non pōt diabolus. Sēſus vo corpales retro ſeqntes ⁊ obtemperantes rōni veniunt tanqꝫ ſub protectiōe ipſius. Hoc vidēs Eſau ñ audet. i. diabolus penitēti nocē: qꝛ pſto eſt dñs ſe iuuātes iuuare: ⁊ ꝓ certaminis labore pmiū regni donare. vñ Amb. in quadaz epl'a. Am De⁹ igt ipſe oiuz rector ac dñs cū oi militia angeloꝝ certamen tuum ſpectat tibiqꝫ contra diabolu3 dimicandi eternitatis coronam parat.

n Omē puteī latitudo. gene. xxvi. vt dicit Augu. Ois pute⁹ eſt fons ⁊ nō ecōuerſo. Fōs. n. ⁊ pute⁹ ꝯueniunt in emanatiōe aque viue: ſ3 differūt: qꝛ pute⁹ ē ꝓfūdus: nō aūt fons. Spūalr: xp̄s pōt dici pute⁹ ⁊ fons pp emanationē inceſſibilis lucis. ſed dꝫ ſpūaliter latitudo pp miſicordie diffuſionē. Luc. primo. Miſicordia ei⁹ a ꝓgenie i ꝓgenies. Et h3 ēt cū latitudine ꝓfūditatē: qꝛ miſericordia dei plena ē terra. dꝫ ēt. Judicia dei abiſſus mſta. haurire ergo debem⁹ ab iſto puteo aque viue miam per via3 pnie: ne incidam⁹ in ꝓfundū ſue triſtitie: qꝛ de plenitudine ei⁹ oēs pñt accipere. Figu. Geñ. xxvi. Fig vbi legim⁹ ꝙ iſaac venit ad puteū iuramēti ⁊ edificauit ibi altare: ⁊ fixit ibi tabernaculū ſuū ⁊ venerūt ad eū tres viri di. vidētes vidim⁹ ꝙ ds i te ē. fiat cōiuratio iter nos ⁊ ꝯſtituam⁹ tecū pactū ⁊ nō facias nob mala

ꝛ fecit illis Iſaac magnũ ↄui-
uiũ. Spũalr. p Iſaac vt ſepe di
ctũ ē notaᷓ xp̃s. venit. n. ad pu-
teũ iuramẽti: qꝛ iurauit dñs ꝛ ñ
penitebit eũ dare vnicuiqꝫ ſcḋz
opa ſua. Diſtributor eſt. n. mie
ꝛ venie largitor p pniam volen
tib⁹ illã: ſed illã reſpuẽtib⁹ ifert
iudiciũ. p̃s. Miſericordiã ꝛ iudi
ciũ cantabo tibi dñe. Et h̄ ē pu
te⁹ lat⁹ ꝛ pfund⁹ vt dictũ eſt. Ibi
.n. xp̃s fixit tabernaculũ ꝛ alta
re. i. ↄſtruxit eccliam ꝛ ordina-
uit ↄfeſſiones vt pateat oib⁹ aq̃
viue gr̃a. venerũt tres viri. i. ptes
pnie. xij. ſ. ↄtritio: ↄfeſſio: ꝛ ſatiſ
factio. ↄfitẽt ſe vidiſſe p effectũ
veritatẽ i xp̃o: ꝛ xp̃m eẽ deũ. ꝛ h̄
eſt: qḋ eẽ dꝫ primũ i oi xp̃iana
actiõe. ſ. ↄfeſſio fidei. deinde pa-
ctũ ↄponi inter xp̃m ꝛ pctõrez.
Et fit ↄiuratio iter vtrũqꝫ: qꝛ p
mittit dñs nõ facere malũ pctõ
ri. Geñ. ix. vltra nõ adiciãt mit
tere diluuiũ: ꝛ hoc eſt ſignũ qḋ
do inter me ꝛ vos ꝛc. Et hõ pro
mittit obedire. p̃s. Memor er-
go mãdatoꝝ tuoꝝ ad faciendũ
ea. hic ergo pute⁹ ꝛ fons ſuper
quẽ ſedet xp̃s fatigat⁹ expectãs
penitentem aiam vt illi tribuat
gratis aque viue gr̃am q̃ ſupe-
Ber rat oẽm dulcorẽ. Ber. in canti
cis. Gemina dulcedo exupat i
pectore dñi xp̃i ieſu lõganimi-
tas in expectãdo ꝛ facilitas i do
nãdo. Nomẽ ieſu q̃ʒ carꝝ ꝛ q̃ʒ vi
le: ſed ſalubre: ſi vile nõ eẽt nõ
mihi effunderet: ſi ſalubre non
eſſet me non lucraretur.

m Ulier cũ parit triſtitiaz L
hʒ. Jo. xvi. Mõdũ q̃
maior v̄t⁹ i partu q̃ʒ i cõ
ceptu reqrit. Multe. n. ↄcipiẽ
tes nõ valẽtes parẽ p̃ v̄tutis in
opia fetũ pdiderũt ꝛ frequẽter
ex hoc pariũt abortiuũ. Spũa
liter. aia cõcipit a ſpũſancto bo
nam inſpirationẽ: ſʒ frequẽt ac
cidit aie abortio ex deuotõis de
fectu vt ppoſitũ qḋ ipſa gr̃a di-
uina ↄcepat aſpirãte nõ valeat
p op⁹ bonũ parere: ꝛ p̃cipue qꝛ
difficilius exerceᷓ in ope q̃ʒ ↄci
piaᷓ i corde: qꝛ aduerſarius nr̃
diabolus vt ſerpẽs callid⁹ inſi-
diaᷓ calcãeo nr̃o pl⁹ opi q̃ʒ cogi
tatõi. Jó Iſa. xxxvij. filij vene-
rũt vſqꝫ ad ptũ: ꝛ ñ fuit v̄t⁹ piẽ-
di. Fig. Apoc. xij. vbi legim⁹ q̃ Fig.
mulier q̃dã clamabat parturi-
ens: ꝛ ecce draco magn⁹ hñs ca
pita. vij. ꝛ cornua. x. ſtetit ↄtra
mulierẽ vt deuoraret filiũ q ra
pt⁹ ē ad deũ. Et mulieri date ſũt
due ale q̃bus volauit ad deſer-
tũ locũ vbi aleret. Spũalr. per
hanc mulierẽ grauidã ſubaudi
aiam penitentẽ. Nõ eſt. qꝛ tẽ co
gnoſcit ſe mulier grauidã eẽ vt
plĩmũ qñ ſibi amara videᷓ que
p̃us iudicabat dulcia ꝛ amẽa ꝛ
ecõuerſo. Sic i ppoſito: cũ aia i
ſpirata diuinit⁹ ex patientia v̄a
iudicare incipit mũdi delectatõ
nẽ amarã: ꝛ mala que p̃us dul

cia indicabāt ſignū ē q̄ ſenſi cō
Am. cepit ꝑpoſitū. vñ Amb. in quo⸗
daƷ ſer. Qñ inq̄t ſic penitēs ca
vt tibi amarꝫ ſapiat i aīa qđ dul
ce fuit in vita. Et te pri⁹ oblecta
bat i corde ipm te cruciat i cor
de: iā tūc bñ īgemiſcis ad deuƷ.
Mulier ergo hec facile ꝯcipit
bonū ꝑpoſitū. Sed vt dictū eſt
op⁹ bonū difficile parit. Adeſt
n. draco. i. diabol⁹ ꝑferēs. vij.
capita. i. vij. capitalia vitia. ⁊. x.
tortuoſa cornua. i. x. mandato
rū inobediētiā: ⁊ ſuadet delecta
tionē pcti: ⁊ oſtendit difficulta
tem pnie vt fet⁹ aīe ꝑdaẗ: ⁊ ipſa
remaneat ſterilis in pctō. vnde
Gre. Gre. in q̄dā omel. Cū inq̄t mi
ſer hō in graue pctm̄ labiẗ ſua⸗
det ei diabol⁹ nec pēiteat ne ꝯfi
teaẗ pctm̄: leue ⁊ modicū in cor
de affirmat. Miſericordiā p̄di⸗
cat: lōginquū ſpaciū vite ꝑmit⸗
tit: permanere in pctō ſuggerit
vt ſic in ꝯtēptum dei ⁊ ſui deſpe
rationeƷ inducat. ſed ſi mulier
clamat ad deuƷ viriliter cordis
ꝯtritiōe: oris ꝯfeſſiōe: ⁊ recta ſa
tiſfactiōis intentiōe: rapiẗ fili⁹
ei⁹ ad deū quē pit inuito dracone
vt dicat cum Iſa. xxvi. A facie
tua ꝯcepim⁹ ⁊ parturim⁹ ſpūm
ſaluẗ. Et vt a diabolo ꝑtegatur
danẗ aīe due ale. amor dei. ſ. et
timor: qb⁹ alta ꝯtēplatiōis cele
ſtis meditans ⁊ gehēnaƷ infer
ni conſiderans paciſciẗ diuina
gratia ĩ ſtatu penitētie vere.

Sacrificate ſacrificiū iu
ſ ſtitie ⁊ ſperate in domio D
ps. iiij. Vera iuſtitia exi
git vt quātū hō a ſuo creditore
exigit: tm̄ reddat. hƷ. n. tā credi
tor q̄Ʒ redditor librū ſuū vbi cōl
ter ꝯtineẗ quantū ille dƷ recipe
⁊ quantū ille debet dare. Ideo
bonus redditor cū ad ſolutiōeƷ
venitur debet precipue videre
debiti quantitatem: ⁊ tantū ſol
uere quantū debet. Aliogn poſ
ſet cōtingere q̄ ꝑ modico reten
to totū debitū ſatiſfaceret. Cre⸗
ditor. n. nō frāget cirographuƷ
niſi prius recipiat totū debitū.
ſpūalr. cū peccamus magnū ꝯ⸗
himus debituƷ. Eſt. n. hoc debi
tū ſupra vires nr̄as: ⁊ adeo ob
ligamur vt q̄cq̄d ſum⁹ aut poſ⸗
ſum⁹ totū perdim⁹. vñ Beda ĩ
quodam ſermone. Cum morta
liter peccas oīa bona q̄ feciſti ĩ
os diaboli iactas ⁊ ei⁹ ſeru⁹ effi
ceris: ⁊ ad penas te obligas ſē
piternas. verūtñ ſi tu qđ accepi
ſti reddes: delebiẗ cyrographū:
q: ſi pctā que diabolo inſtigan
te ꝯmiſiſti ꝯfitearis remitteẗ ti⸗
bi culpa. Sed ſūme cauendū ē
vt nil reticeas ex illis. ſcripſit. n.
diuina iuſtitia qñ ⁊ q̄liter ꝯmi⸗
ſiſti. Iđ hoc totuƷ opƷ reddere.
Aliogn retēto modico totū a te
exigeẗ debitū: vt igiẗ totū fideli
ter deleaẗ denuda cor tuū ſacer⸗
doti: ⁊ ꝑ ſingula pctā diſcurrēs
oīa diligenter cōfitere. ⁊ ſic deo

ſacrificabis ſacrificium iuſtiti:. Fig. Figu. Leui. primo. vbi legim⁹ q cum fiebat ſacrificiū ex vitulo: vitulus decorabat: ⁊ lot⁹ aq̄ diuidebat membratim: ⁊ ſic diuiſus ponebat ſup altare: ⁊ ſacerdos ponebat manū ſuper caput vituli. ⁊ acceuſo igne ſacto ſuccendebat: ⁊ fiebat deo ſic ſacrificiū acceptū. Spūalr. hec ſuanda ſunt in actu penitētie cū volum⁹ deo placitū ſacrificiū offerre. deb3. n. cor nrm decoriari .i. denudari ab oi coopertura. ⁊ oēm excuſationē excludere: et lotū cor aqua lachrymar d3 mēbratī3 diuidi. ſ. vt diſtincte narrent ↄditiōes: ⁊ corde intētōes ⁊ delectationes habite in peccatis: ⁊ hoc eſt ſacrificiu3 vitulum mēbratim diuidere. Tūc vo ſacerdos manū tenēs ſup caput pctōris illū abſoluit a pœnis debiti obligatiōe: ⁊ cirographum caſſat culpar: accendit ignis ſāct⁹. ſ. charitatis p quē carus et acceptus videbit q fuerat pri⁹ odioſus. Agenda eſt ergo pnia vt tam magna obtineamus bo Cyp. na. vnde Cyprianus in tractatu de agenda penitentia. Si vis iuſtificari fatere delictū tuū. ſoluit. n. criminū nexus verecunda confeſſio pctōr: vide quid a te exigat deus: vides q: pollicitatiōe remiſſionis te ꝓuocat ad ↄfitendū. M onū ergo dūm hēmus. Ego inquit ſum qui deleo iniq̄tates tuas: ⁊ memor ñ ero pp gſaz. Tu vo memor eſto ꝓpter correctionē. hec Cyprianus.

E Q Vouſq3 paruuli diligitiſ iſantiā ꝓuer. i. Mo. prudētes ⁊ nobiles optime ↄſiderant ne filij cor nimio tpe māmas ſugāt ⁊ nutriant lacte. nā ſi vltra tempus debitū illō ſumerēt: fierent molis cōplexiōis ⁊ debilis. nec valerēt adulti opa virilia exercere. Ideo tpe dbito ablactādi ſunt etiam inuiti. Et ↄſueuit ſibi nutrix vngere māmas abſinthio qđ puer guſtās lac abhoiat ꝓpter annexā amaritudinē ⁊ nō petit vlteri⁹ lac. ſ3 trāſfert ſe ad cibū. verū eſt q cibus iſte d3 ↄgruē etati pueri. d3 n. mollis eſſe in ꝑncipio. ⁊ ſic d die in diē p aſſuefactionē accedere ad duriores. Spūalr per puerū lac ſugentē ſubaudi chriſtianū delitijs mundi deditū: q: ſicut lac nimio tempore acceptū reddit hoiem debilē ⁊ mollē ad virilia opa: ita mūdi delitie reddunt hoie3 pigrū ad diuina ſeruitia ⁊ opera pnie: ⁊ qđ pei⁹ eſt acuūt ⁊ roborāt tam carnem q̄3 aiaz: vt illā ad ꝑcipiciū mox idu cāt. vñ Orige. ſup Leuit. omel. Ori. viij. neſcitis iq̄t ſi corpus vel aiam nutriatis ſolā ⁊ ipſa3 frequēti mollicie ac iugi delitiarū fluxu foueat3 iſoleſc3 neceſſario aduerſus ſpm ⁊ fortior illo efficit. qđ ſi fiat ſine dubio in ditio

ne ſua redactuȝ ſpiri cogit ſuis legibus ꝛ vitijs obedire dz: igiẗ nutrix.i.ro miſeſcere ſequēte i ferni amaritudinē delitiaꝝ dul- cedini. Et ſic videbiẗ qꝺ ꝺlectat eſſe momētaneum ꝛ qꝺ cruciat
Anſ. eternū. vn̄ Anſel. Hāc amaritu dinē ꝛ hoc abſinthiū ſecli dulce dini miſcēs dicebat in medita- tiōe de pctis ꝛ timore iferni. Co gitet ergo ꝛ recogitet cor meuȝ qd fecit. ꝛ qd meruit deſcendat inq̄ȝ deſcēdat ad terrā tenebroſā ꝛ optā mortis caligie mēs mea ꝛ ꝯſideret q̄ ibi expectat ſcelera ta aia mea. intēdat ꝛ ꝯtēpleẗ. vi deat ꝛ pcūcteẗ qd eſt de⁹. qd eſt qꝺ aia de vtero in terra miſerie ꝛ tenebraꝝ. Quid eſt qꝺ ituẽor niſi ꝙ null⁹ odor ſȝ ſempitern⁹ horror ihabitat. Veh veh quot veh heu ꝯfuſio vlulatuū: tumul- tus dentiū: iordiata multitudo gemituū. ignis ſulfureuſ: flāma tartarea. caliginoſa volumia q̄ȝ terrifico rugitu video vos rota- ri vmes i igne vinctes. q̄ȝ mira auiditas rodēdi. ſic vos aſcēdit quos iſte ignis igniū nō incen- dit. demones coardētes fremen tes ardore: frēdētes furore. cur ſic crudeles eſtis his q volucta tur iter vos. O inaudita tormē- ta iuſtitia moderata ad ſuſtinē- dū imoderata ſucceſſione null⁹ modus nulluȝ remediū tempe rabit nos heccine ſūt magna de- us que preparata ſunt peccato- ribus ꝛ ꝯtemptoribus tuis. aia mea tere ea time. Mēs mea de fice cor meum ſcindere. hec An ſel. Si ergo cor noſtrū hec tam amara guſtet abſinthia neq̄ȝ illi dulcia ſapiēt mūdi caduca. Sȝ trāſſeret ſe ad cibū fortiorē pnie i q̄ deuȝ ſibi ꝓpiciū ineniet q de⁹ nimiū duc̄ i celo cū āgelis gaudiū cū pctōr relicꝫ mundi ꝛ carnis voluptatib⁹ aggrediẗ ſa- lutifera pēitētie opa. Fig. Gen. Fig.
xxi. vbi legiẗ ꝙ cū oblectareẗ fi li⁹ abrae Iſaac. ipe Abraaȝ ma gnū fecit cōuiuiū: magnā oñdit letitiaȝ amicis ſuis. Spūalr. p Abraam multaꝝ gētiū pꝛeȝ. no- taẗ xp̄s q eſt oiūm genitor ſan- guine ſuo Iſaac oblectat⁹ eſt fi- delis ꝯuerſus a pctis q pr̄is eſt riſus ꝛ gaudiū ſūmū vt ipſe de penitētia dicit. Luce. xv. Con gratulāini mihi. ꝛc. Ibidē gau- diū eſt ſup vno peccatoꝛ. ꝛc. Et ad phil. iiij. Uos ingt eſtis gau diū meū ꝛ corona gaudij. And Gre. ſr euāgelia omel. xxxiiij. Gre.
ſup illꝺ gaudiū ē āgelis dei. ꝛc. ſic ait. Magis igt de pctōre cō- uerſo q̄ȝ de iuſto ſtāte gaudiū fit in celo: qꝛ ꝛ dux in ꝑlio plus eū militē diligit: q poſt fugā reuer ſus fortiter hoſtē ꝑmit: q̄ȝ illū q nūq̄ȝ terga vertit. Et nūq̄ȝ forti- ter aliud fecit. Sic agricola pl⁹ illā terrā amat q̄ poſt ſpinaſ vbe res fructuū ꝓfert: q̄ȝ eā que nū- q̄ȝ ſpinas habuit ꝛ nunq̄ȝ ferti-

lem frugem produxit.

f t Res ſūt poſt quos reſtituet te in gradū p̄ſtinū. Geñ.xl. Inter alia q̄ ſūt attendenda in electione alicu⁹ rei ſiue bone ſiue male: debet hō attēdere terminū ꝛ longanimitatē ſeu breuitatē rei eligibilis. Nā ſi bona eſt res q̄ eligi dꝫ mē li⁹ eſt diuti⁹ vt habeat̄ ꝛ poſſideatur: q̄ꝫ ſi momentanea exiſtat. ſi vo de malis reb⁹ oporteat eligi minus mala eligenda eſt. illa q̄ feſtinantius deficit ꝛ que diuti⁹ permanet dimittēda eſt. Oportet peccatores vnū eligē ex his vel agere in vita pniam q̄ breui in hac vita claudit̄ iteruallo: vl̄ incidere in gehenā infernū q̄ ꝑmanet in eternū. Ergo ſapiens elector debꝫ hic poti⁹ velle pati modicū q̄ꝫ ꝑpetua velle poſtea

Fig. ſubire tormenta. Figu.ij. Reg. xxiiij. vbi legit̄ ꝙ poſita electione in manu Dauid poti⁹ elegit velle pati trib⁹ dieb⁹ peſtilētiaꝫ q̄ꝫ.vij. annis fame ꝛ inimicorū pſecutionez. Numerauerat.n. populū ob quādā pompā ꝓpter qd̄ dn̄s idignat⁹ erat ꝯ illū. Spiritualr̄. Dauid i hoc loco ſignificat peccatorem q̄ pctōr ꝓpter multitudinē ꝛ cumulationē peccatoꝝ offendit deū ꝛ incitat diuinā iuſtitiaꝫ ꝯ ſe: ſꝫ dat̄ ei electio vt aut ſuſtineat in pn̄ti vita dies iij. penales. ſ. ꝯtritionē: ꝯfeſſionē: ꝛ ſatiſfactionē. aut expectet portat̄.vij. ānos ꝛc. ꝑ quos ſub audi tp̄s eīnū: q2 ſeptēnario totū voluit̄ tp̄us: ꝛ cū hoc ēt demonū pſecutiōes ꝛ tormēta ſubire ergo icōpabilr̄ meli⁹ ē. hic. iij. dies pnie eligē. Au. i li. d. x. cor Au. dis. Meli⁹ ē inqt modica amaritudo i faucib⁹ q̄ꝫ eternū tormētū in viſcerib⁹.

Itīs viā triū dieꝝ ꝑ deſertū. Exod. v. Notādū ꝙ in oi termiata via ē triplex progreſſus. Prio nāq̄ꝫ eſt egreſſus a termio a quo. Secūdo eſt ꝓceſſus ad mediū vel per mediū. Tertio ē acceſſus ad terminū ad quē. Spūalr̄. talis eſt in pnia ꝓceſſus. Prio.n. diuia mediāte gr̄a hō egredit̄ a pctō. Scdo accedit ꝑ mediū pnie ii d̄ ꝟtute i ꝟtutē. Tertio ꝯſūato tpe ꝛ agōe pucit ad eterne btitudis ꝑmiū. Fig. in toto li. Exo. vbi legim⁹ ꝙ filij iſrl̄ ducatu moy. ducti ſūt d̄ egypto ꝑ maris rub. viā. Scdo ducti ſūt de loco ad locuꝫ ꝑ d̄ſertū ignis ꝛ nubis ꝓtectōe. tertio igreſſi ſūt terrā ꝓmiſſiōis ducēte eos Joſue. Spūalr̄. filij iſrael exeūtes d̄ egypto ſūt fideles exeūtes d̄ pctō. Nā egipt⁹ iterptat̄ tenebra: pctōres aūt iuoluti ſūt i tenebris: ſꝫ diuia luce illūīati cognoſcūt piculū. Ore i mor. dū nos dina gr̄a illūinat ꝯcta nr̄e mētꝭ abſcōdita manifeſtat. vn̄ bn̄ dicit̄ ꝙ ꝯductu moyſi ide educti ſūt: nā Moy. famul⁹

Margin notes: F (beside "Itīs viā triū"), Fig. (beside "ꝑmiū. Fig."), Ore (beside "piculū. Ore").

diui edoct⁹ a dño retulit manda ta populo dei. ſic pdicator diui dei retulit peccatorib⁹ monita diua qb⁹ plagas diabolo ꝛ pcis egreſſus fit de culpa igreſſus de ifuſione gr̄e progredit: poſtmo cū popul⁹ fideliū de virtute in virtuté in nube ꝛ igne.ſ.in fide ꝛ charitate gradit ad alta virtutū cacūia. ad q̄ poſtq̄ puenerit du ctu Joſue.i. Jeſu xp̄i introibit terrā pmiſſiōis eterne. Ergo p hos tres dies gradiat via pnie. primo fugiētes pcti tenebras. ſcdo exercētes vtutes ꝛ obtinea m⁹ grām. demū pſeuerātes vt p

Per uenīam⁹ ad gliā. vñ Jer.i quo dā ſer. excitās nos ad hmōi pe grinationé ait. Fugite de medio babilōis ꝛ ſaluate aias vr̄as cō uolate ad vrbeſ refugij. vt poſſi tis de pctis agē penitētiā: ꝛ pſen ti obtinere gratiā ꝛ futurā glori am finaliter preſtolari.

i

M

In ciuitate ſanctificata, ſi militudinem regeni. Ec cli. xxiiij. In ciuitate pa cifica vbi ē iuſtitie abundantia nunq̄ porte claudunt vllo tpe. poſſūt. n. hoies hora q̄ veniūt ꝛ bone pſone vt mercatoreſ ꝛ alij pegrini itrare. Latrones vo ꝛ malefici ibi nō pñt diu morari pter iuſtitie exercitiū. Capiūt n. a cuſtodib⁹ ꝛ capti puniunt.

L

Spūalr. ſtat⁹ pnie eſt ciuitaſ pa ciſ ꝛ iuſtitie. rō eſt. qa ex pnia iu ſtificat hō. ꝛ pctis de pſcia fugatꝭ tranquille aīa regeſcit. eo q̄ nō audēt appropinq̄re nec accedē fraudes noxie pp iugē cuſtodiā ꝛ puigilē atq̄ ſolicitā iraſcibilē q̄ ſtati illas manifeſtat. Eſt etiā ibi pcupiſcibil' amicis ꝛ bonas iſpiratiōes itroducēs. Et ſic i re gione iſta ſūma qes hr̄. hec igit ciuitas nulli claudit: nullus ab ipſius phibet pgreſſu: nulli ia nua ciuitatꝭ hui⁹. ſ. pnie dnegat. imo ad ei⁹ vbertatē oēſ vocant. venite ad me inqt de⁹ oēs q cō cupiſcitꝭ me ꝛ delitijs meiſ adim plemini. Fig. Apo. xxi. vbi legi tur de q̄dā ciuitate q̄ vſus oēm plagā. iij. hēbat portas. ſ. iij. ad oriē. iij. ad occidentē. iij. ad aq lonē. iij. ad meridiē. Spūalr. p hāc ciuitatē ſubaudi vt dictū ē ſtatu3 pnie. iij. vero porte ab oī plaga poſite tria ſūt pnie opa. ſ. cordis cōtritio: oriſ pfeſſio: opiſ ſatiſfactio. Sūt he porte ad oriē talē plagā vt p illas itrēt adole ſcētes ꝛ q nup adulti ſūt. ad au ſtralē plagā calidā ꝛ humidam vt intrent iuuenes ſtrenui ꝛ for tes. Sunt ad plaga3 acquilona rē frigidā ꝛ ſiccā vt itrat poſſint ſenes ꝛ ātiq deficiētes iā ab hūa na fortitudine. ꝛ ſunt ad plagā occidentalē: vbi iam claritas di urna deficit vt terrā intrēt dcre piti qbus ia3 occidit vite preſē tis facultas. Et ſic p3 ſalutꝭ adi tus oibus generibuſ hoium ne q̄ſq̄ eijciat a dei miſericordia.

Fig.

Sũt de trib⁹ plagis antedictꝭ dñs ad ciuitatẽ pnĩe reuocat di. Et ſi in prima vigilia venerit. ꝛc. ſu
Gre per quib⁹ verbis Gre. dicẽ pma i qt vigilia ẽ pueritia. Scda ado leſcẽtia. Tertia iuuẽtus. Qui er go in prima vigilia vigilare nõ vult ſecũdã cuſtodiat vt qui cõ uerti a puritatib⁹ ſuis in pueri tia neglexit ad vias vite ſaltem tpe iuuentutis euigilet. Et qui ad viã vite iuuẽtutꝭ tpe nõ euigi lat ſaltẽ i ſenectute reſipiſcat. h Gre. De q̃rto aũt hoſtio p qd i troducunt decrepiti in q̃bus vt iã dcm̃ eſt occidit humane vite vigor ꝛ q̃ſi nihil aliud ſũt q̃ȝ la bor ꝛ dolor: habes in parabola de vinea Matthe. xx. vbi pr̃fa milias hora nona inuenit quoſ dã ſtãtes tota die occioſos quoſ nemo ꝯduxerat q2 defecerãt cõ ducẽtes vires ꝛ operatiue virtu tes: ꝛ nihilominus ad illos di xit. ite ꝛ vos in vineam meam.

J v Exor tua ſicut vitis a bũdãſ. ps. cxxvij. Neceſ ſe ẽ aũ ꝯiugij firmatõeȝ hoieȝ ꝯſiderare q̃ȝta hẽat ſuſti nere ꝛ pati ꝓ nutritiõe vxoris q̃ȝ pro filioꝝ educatõe. Et mul ta cõſiderãda ſunt atqȝ diuerſa circa m̃rimoniũ occurrẽtia. nã poſt factũ ſi penitẽ velit ridiculũ eſſet ꝛ penã incurret legis ꝛ per petuaȝ confuſionem. preuiden da ergo ſunt oĩa ne poſt factum peniteat inutilr. Spũaliter. hõ volẽs pniam ſibi copulare vxo rẽ pus debet cogitare q̃liter illaȝ valeat bonis ꝛ cõtinuatis operi b⁹ enutrire pſeuerãdo ꝛ meren do ꝛ merita ex illa naſcentia nu triendo vel cuſtodiẽdo. Aliogn intraret legis dei indignationẽ q ait. Nõ q inceperit ſed qui p ſeuerauerit ſaluus erit. Sũt tñ aliq ad pauca reſpiciẽtes q au dacter agrediunt̃ ad pniaȝ ſed guſtata aliq̃li amaritudine n̄ at tẽdẽtes pmia volũt diuortiũ fa cẽ. qd ridiculũ ẽ ꝛ deriſio diuini mãdati. Debẽt ergo attẽdeꝛ q nos opȝ per tribulationes mul tas intrare in regnũ dei. Idcir co ſi amara eſt pnĩa hãc amari tudinẽ dulcedo pmij cõpenſet.
Fig. Matt. i. vbi legim⁹ q duꝫ Fig. Joſeph Mariã virginẽ deſpõ ſaſſet ꝛ illã grauidaȝ inueniſſet ignorans diuinũ ſacramẽtũ vo luit eã ipſã dimittere: ſed ange lica admonitione pueni⁹ nõ di miſit illã. Qd. n. in ea natũ ẽ de ſpũ ſancto eſt ait angelus. ſpũa liter. Maria interpretat̃ mare marũ ꝛ maris ſtella. De due cõ ditões ꝯgruũt penitẽtie. eſt eni pnĩa cordi amara ſed eſt lumẽ ꝛ ſplẽdor aĩe. ꝛ per huius ma gni maris diſcrimina velut ſtel la maris portũ eterne quietis i uenire docet. Joſeph aũt iterp tat̃ augmẽtũ ꝛ ſignificat fideleꝫ qui cupit merita augere per co pulã pnĩe, ſed penitẽtie amaritu

dine guſtata retrahitur nõ con ſiderãs finẽ ſolũ cogitat Ma riã grauidã qꝛ ſolũ grauedinez pnie cogitat ignorans mirabi le huius ſacri pmiũ ꝓcurat di uortiũ ꝓcurat Mariã relinq re nequaqꝫ amplius vult eã. O iforrunata vxoꝛ raro nubit ⁊ tñ qñ nuptui tradit: vix pot inue nire q nõ repellat ipſaz. ⁊ tñ qd eſt de ea natuz de ſpũ ſctõ eſt: qꝛ oĩs pnie grauedo oĩs difficul tas laboris grãm obtinet ſácti ſpũs. tu ergo ſi vis eẽ Joſep. i. ſi vis augumẽtari honoꝛe ⁊ grã corã deo ⁊ ſctis angelis ꝓficere noli timere accipere pniam ꝯiu gẽ tuã: qꝛ ⁊ ſi grauis appeat oĩs grauedo ⁊ amaritudo eius tibi dulcis videbit fructu pmioꝛuz

Hic guſtato. vñ Hiero. ſup illo vbo Math. iij. pniam agite. ſic ait. Amaritudinẽ radicis dulcedo pomi cõpenſat: pericula maris: ſpes lucri delectat: doloꝛẽ medi cine ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleũ frangat nucẽ pniaz agat qui vult eterno ad heret bono. ꝓconia xpi narrat poſſũt qui ad palmã indulgẽtie merũerũt peruenire.

k m Undat⁹ ẽ a lepra. iiij. re. v. Inter oĩa q̃ mag cru ciãt leproſos eſt q̃ a oĩs ſan⁹ illos nimis abhoꝛret. ideo vulgo dici ꝯſueuit ꝙ leproſus oẽs hoĩes vellet eẽ leproſos vt nullus ſibi leprã improperaret. Spũalr. aſſimilat pcõ. Rõ eſt. qꝛ lepra cognoſcit per infuſio nẽ ſuper cutiz. hꝫ. n. caro lepro ſi quãdã coꝛruptã pinguedinez inter carnem ⁊ pinguedinem. qua ſuperficies cutis redditur to ta vnctuoſa: ita ꝙ aqua ſuper cu tim infuſa ſtatiz inde labit ⁊ cu tiz neqꝗ adheret. Sic in ꝓpoſi to ꝯtingit aĩe pctõ ſubdite. Cuz n. ſup illã ifundit ſácte pdicatõ nis aqua tota inde labit nil re manet ibi: qꝛ coꝛrupta affectio adeo ipſaz occupat vt nullũ in ueniat ibi locũ ſmo di. Jo. viij. Qui ex deo ẽ vba dei audit. Jõ voſ nõ audit qꝛ ex deo nõ eſtis. Igit pctõꝛ leproſo ſimilis iter alia q̃ patit ipſe multũ affligit cũ videt ſctõs ⁊ iuſtos. vellet. n. malos eẽ neqs poſſet vitioꝝ ei⁹ turpitudinẽ abhoꝛẽ verũtñ ⁊ ſi ñ abhoꝛerꝫ leproſũ nihilomin⁹ ſibiipſi magna abhominatio ẽ cũ ſe ſic ꝯſideret putredĩe plenũ Sic pctõꝛ ⁊ ſi a nemine arguat nihilomin⁹ ſue culpe fetoꝛẽ ſẽti ens multũ affligit. qꝛ ſic de⁹ iu ſte oꝛdinauit vt oẽ coꝛ prauum ſibiipſi ſit pẽa. ſꝫ dr̃a ẽ q̃dã iter leprã ⁊ leprã. ſic dr̃a ẽ iter pcm ⁊ pcm. Notãdũ ergo ꝙ ſunt q̃t tuoꝛ ſpẽs lepre. quaꝝ pma ꝓue nit ex coꝛruptiõe ſanguinis. ⁊ dr̃ Elephãtina ab elephãti illo aĩali magno ꝙ crura hꝫ iflexi bilia. ſecũda prouenit ex coꝛru ptõe fleumatis ⁊ vocatur Tyri

tia a Tyro ſerpēte venenoſo val
de noiata q calidus ⁊ malus ē
valde. Et no. ꝙ laborās hac le-
pra carnes maculatas hꝫ ſicͭ ſer
pēs, ⁊ rō eſt. qꝛ q̄dā ↄ̇tus q̄ dr̄ aſ
ſimilatiua ⁊ ſequit̄ digeſtiuā in
corpe ↄ̇bilis ē. nec pōt nutrimē
tū aſſimilare nutrito pp eiꝰ ipo-
tētiā. Idcirco caro leproſi ſic re
manet diuerſis colorib' macu
lata pp nutrimēti ⁊ nutriēdi di
uerſitatē ⁊ diſſimilitudinē. Tertia
ſpēs ꝓuenit ex corruptiōe me-
lāconie ⁊ dr̄ vulpina ab aiali il
lo malicioſo ⁊ aſtutiſſimo dctā.
Q̄rta ſpēs dr̄ ꝓuenire ex corru
ptione colere. ⁊ dr̄ Leonina a
Leone ferociſſimo ↄ̇nomiata.
Iſta ↄ̇o vltima pꝰq̄ꝫ corpꝰ occu
pauit vix vnq̄ꝫ ſanat̄. ſpūalr̄. p
pmā leprā q̄ dr̄ elephātina ſub
audi ſupbiā q̄ ꝓuenit ex ſāgui-
ne corrupto: qn̄. ſ. qs gloriat̄ in
ſanguinis ſui nobilitate inani-
ter ſuperbiēs cū oēs ↄ̇mes ⁊ pu
Ori. tredo ſimꝰ. Orig. omel. i. ſuper
Eze. Quid ſupbis putredo ⁊ ci
nis vt hō arrogātia ſubleuetur
oblitꝰ qd erit. ⁊ quā fragili vaſ-
culo ↄ̇tinetur ⁊ quibꝰ ſtercoribꝰ
imerſuſ ſit ⁊ q̄lia ſemper purga
menta de ſua carne ꝓiciat. com
parat̄ elephāti crura hn̄ti infle
xibilia q recte denotat diabolū
de celo per ſuperbiā excluſū infle
xibili perſeuerās obſtinatione.
Ugo vnde Ugo li. i. de anima ſupbia
inquit in celo nata eſt: ſed velut
imemor per quā viam' inde ceci
dit illuc poſtea redire nō potuit
ſecūda ſpēs q̄ dr̄ Tyrina ex cor
ruptione ꝓueniēs fleumatis ↄ̇
notat inuidiā. Hec lepra corro
dere incipit mēbra iteriora ad
exteriora ꝓcedēs qꝛ inuidia p̄-
mo cruciat dn̄m ſuū corde ⁊ mē
te: qꝛ hāc punitionē iuſtus deus
iuſte intulit inuido vt primꝰ cru
ciatus in ipſo permaneat. vnde
ſen̄. in li. de moribus. vtinā inui Señ.
di oculos haberent in vniuerſiſ
ciuitatibꝰ vt de oībus facultati-
bus torquerent̄. Nā quāta feli-
ciū ſunt gaudia tanti ſunt gemē
tus inuidorꝫ. Et hec eſt ſimilitu
do Tyri ⁊ inuidi. Nā vt dr̄ ſer-
pēs iſte maculatꝰ eſt ⁊ qȯ habet
maculas exteriꝰ: tot hꝫ dolores
interiꝰ. qa inuidus quot videt
bona exteriora: tot iteriꝰ hꝫ tor
mēta. Idcirco dicebat̄ caro le-
proſi ēt maculata pp debilitatē
aſſimilantis virtutis per quam
notat̄ charitas. Inuidus. n. pe
nitꝰ caret dilectiōis feruore. Iō
bona exteriora bonis ꝓpriis aſ
ſimilare nō pōt. Ille. n. qui cha
ritatē hꝫ ꝓximorꝫ bona ſua re-
putat ⁊ in illis nutrit̄ q̄ſi ex ꝓ-
priis qn̄ vꝫ hec aſſimilatiua vir
tus. ſ. charitas viget feruēter i
aīa: tertia lepre ſpēſ aſſimilatur
auaritie q̄ ex melāconico cātur
humore: i quo humore terra ꝑ
ceteris dn̄at̄ elementꝫ. ſimiliter
⁊ cor auari terrenā poſſidet fub

ſtãtiã. Dr̃ lepra h̃ vulpina ꝓpt̃
vulpis multiplices dolositates.
Nã ꝛ auar⁹ aſtutijs ꝛ doloſitati
bus plen⁹ ẽ. No. ꝙ caro vulpis
a canib⁹ ñ põt capi. tãta ẽ. n. ei⁹
ſagacitas vt cũ capta videat̃ ꝛ
canib⁹ ꝑuẽta: reuoluit ſe per ar-
buſta ꝛ dirupta canes decipiẽs
multis modis: ſ3 capit̃ fouea oc
culta. Fodiũt. n. venatores ꝛ co
operiũt foueã: ita vt videat̃ pla-
na via. Et tũc du3 vulpis putat
ſecur⁹ icedere ſubito iuẽta fo-
uea cadit ꝛ capit̃. ſpũalr̃. canes
in ſacra ſcriptura aliqñ ꝑdicato
res denotant. rõ eſt. qꝛ lingua ca
nis medicinalis eſt ꝛ latrat⁹ ei⁹
fures repellit. Sic ꝑdicatoꝛ pec
catoꝝ lingẽdo vulnera per mie
xpi ꝑdicationẽ ſanat illa. ꝛ fu-
gat fures ꝛ latrones qꝛ minãdo
gehẽne penas pcõꝛib⁹ ipſe r̃pel-
lit demones ꝛ eoꝝ tẽtationes ab
aĩa. igit̃ iſti inſequunt̃ vulpem.
ſ. cupidũ ꝛ auarũ vt reducãt ad
pniam ſed capere nõ valent. qꝛ
cũ aliqñ videt̃ penitere tact⁹ ali-
qua coꝛporali infirmitate ſtati3
de faucibuſ coꝝ fugit ſanitate re
cuperata. ſed venatores. ſ. dmo
nes obſeruãt vt ſubito cadat in
foueã vel ſepulchrũ cũ credit ſe
curioꝛ eſſe. ꝛ ſic capitur ꝛ occidi
tur nec põt ab hoc caſu vlla aſtu
tia liberari nec ꝓſunt illi diuitie
Glo. qꝺ3. vñ Gl. ſup illo Lu. xvi. Moꝛ
tuus eſt diues ꝛ ſepultus eſt i i-
ferno ſic dicit. Quid ꝓfuit huic
pecunie multitudo ſi caro dmi-
bus ſcaturiuit: ꝛ aĩa in gehenna
data eſt collega dmonib⁹. quar
ta ꝛ vltima ſpẽs lepre aſſimilat̃
ire ꝓpter ipetũ aĩalis ferociſſi-
mi. ſ. Leonis a quo denoiat̃. ꝓ-
uenit. n. ex coꝛruptione colẽ. co
lera. n. ſi nõ excedit nõ obeſt qꝛ
ſcriptũ ẽ in. ꝑs. lxij. Iraſcimini
ꝛ nolite peccare. S3 tũc humoꝛ
ille coꝛrumpit̃ qñ relicta coꝛre-
ctione fraterna non ad vitioꝝ ſ3
ad coꝛruptionẽ ꝑſõaꝝ anhelat.
Nõ eſt tũc coꝛrectio cũ dilectio
ne hoium ꝛ odio vitioꝝ. vt aug.
monet ſed poti⁹ ecõuerſo. Gre. Gre.
xxvi. moꝛa. Si is q coꝛigere ni
tit̃ odio ſuperet̃ oppꝛimit anq̃3
coꝛrigat. Nã dũ pluſq̃3 d3 accẽ
dit̃ ſub iuſte vltionis obtẽtu ad
immanitat̃ crudelitatẽ effrena-
tur h̃ igit̃ lepra ſi in ꝑncipio cu
ret̃ facile repellit̃: qꝛ ſi iratũ pe
niteat ꝛ pꝛompt⁹ ſit ab hiſ quos
leſit veniã poſtulare curat̃ lepra
ei⁹ ſi vero hec ifirmitas in coꝛde
ꝯſeruet̃: ira trãſit in odiũ ꝙ eſt
ſũmũ maloꝝ: nec hoc põt curari
nec in vita futura qꝛ in ſpũ3 ſan
tũ peccatũ hic cõmittit̃. Jdõ curã
da eſt ira ante coꝛdis occupatõ
nẽ alioqn coꝛ ꝛ aĩam mox coꝛ-
rũpit. Augu. in quadã epl̃a. Si Au.
cut acetu3 coꝛrumpit vas ſi diu
ibi permanſerit: ſic ira coꝛrũpit
coꝛ ſi in aliũ die3 durauerit. p3
igit̃ qb⁹ pctã lepre aſſimilant̃.
ſed hec oĩa curant̃ pnia ꝛ purgã

tur Fig. Leui. xiiij., vbi leproſo
ſanato radebanť capilli ꝛ ſuper
cilia ꝛ barba deinde lotis veſti/
bus eius itroducebať in caſtra
vt offerret ſacrificiũ. Spũalr.
peccatoꝛ debet deponere per con/
feſſionez opera moꝛtua que per
pilos notanť. Et his trib⁹ gra/
dibus coꝛde oꝛe ꝛ opere cõſciaz
ſuá debet lachꝛymis lauare. Ul/
timo debet offerre ſatiſfactionis
ſacrificiũ: introduct⁹ in caſtra ꝛ
ſctõꝛũ ꝯſoꝛtiũ. Nã ſi hoc mõ pe
nitẽtiá agat pctõꝛ ſanitatẽ inte/
grá ꝯſequeť: ét ex oi langoꝛe ſi
Aug foꝛet moꝛtalis. Unde Aug. i li.
de pnia. Pnia inquit langoꝛes
ſanat: leproſos curat: moꝛtuos
ſuſcitat: ſanitaté auget: gĩaz cõ
ſeruat: claudis greſſũ: ſurdiſ au
ditũ: cecis reſtituit viſũ. vitia fu
gat: virtutes exoꝛnat. mentem
munit ꝛ roboꝛat. hec Augu.

Reus foꝛtiũ ſuperat⁹ eſt
L a ꝛ infirmi accincti ſũt ro
boꝛe. pmi. Reg. ij. Non
dz ſtatim reddere ſe captiuũ ꝓ
bus miles pmo ictu accepto. ſꝫ
potius dz virilr dimicare vidẽs
ſibi ſpẽ aliquá ex certamine bo
naz vniri poti⁹ ſuis dz quoꝝ ꝓ/
ſidio ſi ſtrenue agat: poterit ad/
huc victoꝛ exiſtere. qõ nequaq̃
poſſet ſi redderet ſe captiuũ. ſpi
ritualr. qñ pcã iuadũt viꝝ iuſtũ
adeo ipetuoſe ꝛ foꝛtiter ſqõ vul/
nerat⁹ per cõſenſũ cadit ad exe/
cutioné operis mali vulneranť
coꝛpis ſenſus ꝛ ſubcumbũt ꝛ q̃
ſi oẽs virtutes lacerát: nil rema
net incolume. Sꝫ ꝓpter hoc ñ
dz fidelis velle captiuari cũ dia
bolo ꝛ fune ligari mľtiplicate cľ
pe. ſꝫ dz ſe vniri amicis. ſ. cõtri/
ctioni. Cõfeſſioni. ꝛ Satiſfactio
ni. ꝛ dimicãdo viriliter ſupera/
re inimicos. ꝛ amicos. ſ. ꝟtutes
anime recuperare. Figu. Gẽn. Fig.
xiiij. vbi legim⁹ q̈. v. reges con
gregati iuaſerũt Loth nepotez
Abꝛae ꝛ cepẽrt ipm tollẽtes ſpo
lia ipſi⁹: ꝛ captiuũ ducebát cuꝫ
tota familia ei⁹. Abꝛaã ꝟo ꝯgre
gatis. ccc. vernaculis qui ſecuz
fuerant ab iſantia nutriti perſe/
cutus eſt. v. reges percutiẽs ip/
ſos ꝛ gẽtes ſuas. ꝛ libauit loth
fratrez: familiam ꝛ ſpolia eius.
Spũaliter. v. reges. v. ſũt appe
titus inoꝛdinati ſẽſibiles ꝛ pra
ui qui interdũ coꝛp⁹ inuadẽtes
humanũ ipꝫ ꝛ oẽs coꝛpoꝛis ſen
ſus captiuát expoliantes ab oi/
bus puritatem ꝛ honeſtatem.
Abꝛahá vero ſpũm denotat. hic
non debet fratris ſui perditionẽ
ſuſtinere. Modicũ. n. valet ſpi
rit⁹. ſ. coꝛpales ſẽſus diabolus
poſſidẽt. Debꝫ ergo aſſumẽ. ccc
vernaculos. i. tres pnie gradus
ſuperius nominatos. ſ. Cõtritio
né. Confeſſioné. ꝛ Satiſfactio/
nẽ. Hi enim ſi nutriantur aſſi/
due apud nos ſemper preſto ſũt
iuuare hominẽ ꝯtra vitia. ſpũꝫ
roboꝛãdo, coꝛpus liberando, vi

tia ſuperādo. Ergo nūq̄ dꝫ hō deſiſtere a certamine q̄tūcunq̄ aliquando cadat vt iam dictū ē q: vera pnia etiam poſt lapſuꝫ
Hic obtinebit victoriā. vnde Hier. ad eliodorū monachū. Nō ē piculoſū in prelio vulnerari: ſed poſt vuln⁹ acceptū diſperatione curādi medelam vlceri denegare. Sepe enim videmus athletas poſt frequentes lapſus ⁊ deiectiones plurimas coronatos. Militem quoq̄ ſcimus poſt fugas multas viruꝫ fortem fuiſſe ⁊ deieciſſe victores.

Mc Ogitaui vias meaſ ⁊ cōuerti pedes meos in teſtimonia tua. ps. cxviij. Expulſus de terra ꝓpria ↄtinue cogitat p quas vias redire poſſit interpellās amicos ⁊ illos q pñt illi ad hoc vt poſſit fuerti ꝓdeſſe. Spūaliter. pctōr ē expulſus de terra ꝓpria. ſ. de conſortio angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ. Jō ſūma cū diligētia dꝫ obſuare aſſidue vias per q̄s poſſit redire ad ſtatuꝫ diuine gratie vt inter ſuos dei ↄnumeref: via. n. q̄ facit exire de peccato ⁊ ad ſanctoꝝ ſocietatē redire: eſt via pnie q̄ ē tripʹtita. Prima ē ↄſideratio mortꝭ ⁊ iferni ⁊ ex hac peruenitur ad gradū ſcd̄ꝫ. ſ. ad cōtritionē: confeſſionē: ⁊ ſatiſfactōnē. De h̄ vo gradu ſecūdo peruenif ad tertiuꝫ ſiue ad vltimū. ſ. ad diuā miſicordiā q̄ nos ad ciuitatē totaliter itroducit. Fig. Eſdre. ſ. c. ij. vbi legimus q̄ cū vellet Neemias reparare hyeruſalē deſtructā venit nocte ad portā vallis ⁊ ad fontē draconis. Deinde venit ad portā ſtercoris ⁊ ibi ↄſiderauit murū ciuitatis diſſipatū ⁊ portas ei⁹ cōbuſtas igni. deinde trāſiuit ad portā pontis ⁊ ad aque ductū regis. Spūalr. per hyeruſalē que interptaf viſio pacis no. ſtatū grē i quo hō dū permanet ſecurus quieſcit. Sed vt dictū fuit hō inde eicif a pctis. Igif cū vult ad illaꝫ redire: primo querenda eſt porta vallis per quaꝫ ſubaudi mortis memoriā. Nā mors quedā porta eſt per quā vel aſcēdif ad celū vel deſcēdif ad ifernū: lꝫ quo ad tp̄s dſcendat hō ad purgatoriū dꝫ inde venire ad fontē draconis qa dꝫ ↄſiderare tormēto gehenne: in q̄bus draco iſte ⁊ ſerpēs natat antiqu⁹. q ſubmerſuſ eſt in illo tā horribili ⁊ obſcuro lacu. Scd̄o dꝫ venire ad portam ſtercoris per quā notaf oris cōfeſſio. nā hec eſt recta porta per quā purgaf aīa pṅia ↄtritiōe qz feda ⁊ imūda extra mittim⁹ cuꝫ nr̄a ↄfitemur pcā. Si i hac porta exeūtes neceſſe eſt ↄſiderare murū deſtructū. notādū qz mur⁹ aīe ē duplex. ſ. exterior: ⁊ interior. Jō dr̄ mur⁹ ⁊ anī murale. Exterior mur⁹ eſt ſenſualitas. īterior vō eſt ipſa rō porte ante Fig

murale sũt ipſi ſẽſus. ſed porte aie sũt ei⁹ v̄tutes.ſ.memoria: i telligẽtia: ⁊ volũtas. Igit̃ hõ in actu ꝯfeſſionis exñs dꝫ ꝯſidera re q̃liter deſtruct⁹ eſt mur⁹exte rior vt ocl̃i ꝑ ipudicitiã: ligua ꝑ malitiã: aures audiendo mala⁹ ⁊ ſic de ſingulis. Itẽꝫ q̃lr interior mur⁹ſit dſtruct⁹ cõſiderãdũ ẽ.i. que cõmiſſa ſũt ꝑ memoriã itel ligẽtiã ⁊ volũtatẽ. ⁊ hec oia cõſi tẽdo reparare poſtmodũ v̄o eũ duꝫ eſt ad fontẽ: ſatiſfaciẽdo ꝑ peccatis cõmiſſis. Not. ꝙ in põte ꝯſueuit a trãſeũtib⁹ colligi peda giũ. ꝓcipue cũ ꝑ põtis tranſituꝫ magnũ vitat̃ periculũ. Spũalr. ſatiſfaciẽdo per pniam de pec catis: vitam⁹ futurã penã q̃ eſt i eſtimabilis laboris. Ergo debe m⁹ h̃ modicũ qd ſoluere vt ſecu ri tranſeam⁹. vñ ſeqtur ꝙ pue nit ad aque ductuꝫ regis. qꝛ per actis gradibus pnie ſupradictis puenit̃ ad diuinã miam que de regis xp̃i clementia emanat in tanta abundante largitate. vñ

Aug. Aug. in quodã ſer. imolationis agni paſcalis. Nũc ergo inquit dñs. Venite vniuerſe familie do minũ q eſtis cõmixti delictis ⁊ remiſſionem accipite peccatoꝝ Et enim ſum vera remiſſio. ego paſcua ſalutis. Ego agnus qui ꝓ vobis ſuꝫ iugulatus. Ego ve ſtra redẽptio. Ego vita. Ego ve ſtra ſuꝫ ſalus. Ego v̄ra reſurre ctio. Ego v̄r ſũ rex. Ego reſuſci tabo per dexteram meam.

Ibit ⁊ inebriat⁹ eſt. Ge. ix. Solẽt diuerſa vina ſi mul mixta bibẽtes ſepe

b N inebriare ampliuſq̃ꝫ vnũ tantũ. Spũalr. pnia ꝯponit̃ multipli ci mixtura. Nã ibi ẽ vinũ potẽs ſ.lachrymaruꝫ. Ibi eſt vinũ ru beũ.ſ.rubor ꝯfeſſiõis. ⁊ ibi ẽ vi nuꝫ dulce.ſ.opera miſericordie per actũ ſatiſfactõis. Hãc v̄o mi xturã xp̃s adeo bibit libenter vt ipſe pro amãtis amore inebria ret. ⁊ oiuꝫ offẽſionũ iniurie ob lit⁹ nil aliõ niſi idulgẽtie ⁊ venie recordet̃. Fig. Gen̄. xl. vbi legi m⁹ pincernã Pharaõis vidiſſe ſõniũ.ſ.ꝙ in vite vna tres cre ſcebãt ꝓpagines paulatiꝫ. ⁊ ꝓ ducebãt gẽmas p⁹ flores. deide matureſcentes ꝓducebãt vuas q̃s ſe p̃mẽ putabãt i calicem re gis ⁊ dare illi bibere. Qd qdeꝫ ſomniũ exponẽs Ioſeph dixit pincerne ꝙ poſt tres dies recor daret̃ rex miſterij ſui ⁊ reſtitue ret eũ in gradũ priſtinũ. ſpũalr per tres ꝓpagines creſcẽtes in vite ſubaudi iã dictas tres ptes penitẽtie creſcentes in aia. pri mo germinãt ꝑ bonũ ꝯceptũ. ſe cũdo florẽt per bonũ ꝯſenſũ. ter tio ex his vinũ ducit̃ ꝑ bonum op⁹ hãc guſtãs rex iebriat̃ amo re ⁊ iniurie ſ̃ui ſui oblit⁹ finitis tribus dieb⁹ reſtituit ipꝫ in p̃ſti no gradu. No. ꝓuatã oĩe eſſe in greſſuꝫ huius vite ſecũdam ſta Fig.

tu3 ſed tertiã die3 mortis. Conſumato hoc triduo xp̄s penitẽtẽ eterne reſtituet btitudini pp quã pus creatus ⁊ redẽptus ſanguine ſuo fuerat. p3 ergo vtilitas pnie.
Iſid. Iſi.li.iij. de ſũmo bono. pnia ẽ ſummũ medicamẽtũ vulner[. Spes ſalutis per qua3 peccatores ſaluantur. per quam deus ad miſericordiam puocaẽ que nõ tẽpore pẽſatur: ſed pfũditate lachrymaꝝ ⁊ luctus.

De perſeuerãtia.

A
t
Ria ſũt q̃ bene igrediuntur ⁊ q̃rtũ qd feliciẽ icedit puer. xxx. Quãcꝫ in via pſpere itinerantib⁹ cõtigat quo ad oia que ſũt viatorib⁹ neceſſaria: vbi tñ termin⁹ nõ obtinereẽ tot⁹ eẽt pdit⁹ labor vie. Illud. n. ẽ principale intentu3 ab itinerãtib⁹ vt p viã deueniaẽ ad patria3. Spũaliter. pnia dẽ eẽ qua peruenitur ad celũ. Mat. iij. Agite pniam. appropinq̃bit eni3 regnũ celoru3. pnia aũt tripartita eſt. q2 ↄtritio. cõfeſſio. ⁊ ſatiſfactio. ⁊ hec tria bñ gradiũẽ ⁊ q̃uis p illa gradeẽ hõ ſi tñ nõ adereẽ quartus. ſ. perſeuerãtia labor pnie eẽt fruſtra ⁊ ad terminũ peruenire nõ poſſet. q2 nõ q. iceperit ſed qui pſeuerauerit
Fig. vſcꝫ in finẽ ſaluus erit. Fi. Le. xix. vbi legim⁹ ꝙ fruct⁹ ſanctificabanẽ: q2 naſcebanẽ q̃rto ãno. Spũaliter. fruct⁹ ſunt nr̃a opa ex qb⁹ cognoſcimur. nos vero ſumus arbores ãla pducẽtes virtute diuini radij. Igiẽ fruct⁹ primi anni eſt cordis contritio. ſũt. n. pmi ⁊ puriſſimi fruct⁹ ei⁹ ⁊c. quia reuera multũ in cõſpectu dei ſũt ſapide lachryme penitentiu3. fructus anni ſecũdi ẽ oris ↄfeſſio. quãdo arbor firmatur ⁊ vires mãifeſtat p ſuã fecũditatẽ. ps. Cõfeſſionẽ ⁊ decorẽ induiſti. fructus. iij. anni eſt ſatiſfactõ. p quã opa ipa creſcũt ⁊ dẽ cefcũt i ↄſpectu dei. fructus vero q̃rti ẽ pſeuerãtia q2 ois fructus pnie dulcedinẽ ẽcipit ſine q̃ oia ſunt iſipida oia ſunt fruſtra ⁊ ſine fructu. Gre. pmo moral. In caſſu3 bonũ agiẽ ſi ante vite terminum deſeratur. q2 fruſtra velociter currit qui pruſcꝫ ad metas venerit deficit. Gre.

c
Ircũda tibi veſtimẽtum tuũ ⁊ ſequere me. Actu. xij. Not. ꝙ qñ duo ſocij veſtiunẽ eodẽ panno: nõ ſolum querũt ſilitudinẽ i colore: ſed ẽt in habitu ⁊ forma veſtiu3 q2 ſeruant lõgitudinẽ. latitudinẽ. ⁊c. q̃ formã decorant. Spũalr. xp̄s venit aſſumere formã nr̃a3 ⁊ factus eſt ſociuſ nr̃ per oia nobiſſimilis ẽ3 carnẽ. ſed nõ in culpa. Ergo ſi volum⁹ illi aſſimilari aſpiciam⁹ habitũ veſtimẽti eius. q2 nõ ſolu3 dilatat⁹ fuit p multa bõa opa. ſed ẽt i his ↄſtãter perſeuerauerit in lõgitudine vite. Figu. Apo. pmo. vbi Jo. vidit B

in medio.vij.cādelabroꝝ aureorum ſimilē filio hoīs veſtitū ,pōdere. Spūaliter. fili⁹ hominis ex teſtionio ſacre ſcripture xp̄s eſt.q ſingulariter ex hoc differt ab oī hoīe qꝛ qlibꝫ hō xp̄o dūtaxat excepto eſt fili⁹ hoīuꝫ. vij. ꝟo candelabra aurea ſunt. vij. miſericordie opera que ſūt lumina anime. Igiť q in medio operuꝫ dictoꝝ qeſcit: precicť⁹ charitatē ſimilē ſe iaꝫ exibet filio virginis qui precingēs ſe venit nō miniſtrari ſed miniſtrare ⁊ aīam ſuam dare pro multis. verūtamē ſi ſingularis ſocietaſ cū illo queratur. neceſſe eſt veſtirī pōdere qḋ eſt veſtimentuꝫ vſqꝫ ad talos pertingens. qꝛ opus eſt: vt i medio virtutū vſqꝫ ad fi. perſeueremus. Apoc. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem: ⁊ dabo tibi cornam vite. Ipſe aūt induens formam ſerui fact⁹ eſt obediens vſqꝫ ad morteꝫ: mortē aūt crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū. Ergo ſi vis certaminis tui habere ſtipendiū: ſtude ꝯſumare curſuꝫ tuū p ipam perſeuerantiam quā xp̄us proſequi voluit. Alioquin xp̄i ſocietate carebis i pa-

Tertria. vñ Ber. in quadā epiſtola Perſeuerātia inqt eſt vnica filia ſummi regis finis virtutum carūqꝫ conſumatio ſine qua nemo videbit deum.

Lc Exhibit homo ad opus ſuū ⁊ ad opͦ'ōnē ſuā vſqꝫ ad veſpeꝝ. ꝑs. ciij. Exiſtens i ꝑlio niſi fortiter vſqꝫ ad terminationē prelij dimicet nō diciť fortis. Nam ſi homo ipetuoſe ipcuſſit hoſtes ſemel bis vel ter. ⁊ in fine terga vertēs fugiat nihil fecit. foret meli⁹ nō intraſſe bellū. Spūalr. intrās campū pnie ad certādū ,p xp̄o nō dꝫ fugere vertēs terga de cāpo quouſqꝫ ſit terminata victoria q̄ fit cū cāpū relinqť. ſ. p mortē. Tūc. n. pōt vn⁹ qſqꝫ ſpolia recoligeť. Et cū triūpho ad ,p pria remeare. Niſi ergo pſeueret vſqꝫ ad mortē: non accipiet coronā vite. facta enim victoria dať corona victoribus. figura. i. Re. xiiij. Jonatas ꝯ philiſteos certauit vſqꝫ ad veſperā in tāto labore ⁊ ſudore ꝙ q̄ſi defecerant oculi ei⁹ ſed inuento ⁊ guſtato melle viſū recepit. Spiritualiť. p Jonatā q interpretať colūba pulchra ſubaudi penitētē pnia candiduꝫ. dimicat ergo fortiter ſuperando exercitū philiſtinoꝝ. i. demones vincendo ⁊ coꝝ tentationes ſuſtinēdo ictus multos laborādo in ſiti ⁊ fame i vigilijs ⁊ alijs multis calamitatib⁹ vſqꝫ ad veſperā. i. vſqꝫ ad mortē ſed poſt mortē puenit ad eternaꝫ vitā. vbi guſtata diuina dulcedine: Illūinanť oculi eius mētis ſiue aīe ad videndū deū ſicuti ē pſeuerātia ē ergo q̄ hoīeꝫ coronat ⁊ q̄ ꝟtutes ꝯſuat. qb⁹ xp̄i miles palmaꝫ acquirit victorie Fig.

Bernar. Epla. xix. Abſq; pſeuerātia in pugna nec victoriaꝫ: nec palma victoꝛ ꝯſeqͥt. nutrix ē ad meritū mediatrix ad pmiū ſoroꝛ patientie. ꝯſtātie filia. amica pacis. amicitiaꝝ nodus. vnanimitatis vinculū ſanctitatiſ ꝓpugnaculū. Tolle pſeuerātiā nec mercedē habꝫ obſequꝫ. nec bñficiū gratiā. Nec laudē fortitudo. Sola eſt cui eternitaſ reddit vel potiꝰ q̄ eternitati hoiem reddit dicēte dn̄o. Qui pſeuerauerit vſq; i finē hic ſaluus erit.

D i Metū coꝝ ne timueritis. pmi Machabe. iiij. Quidā adeo ſūt inexꝑti ⁊ incōſueti bello qꝺ ſi audiāt vociferātes inimicos ⁊ ſup ſe impetuoſe veniētes videāt: ⁊ de ſe ipſis videāt aliquos vulnerari ſtatim fugā arripiunt. Qꝺ ſi audacter remanerēt ⁊ in acie certarēt: hoſtes triūphaliter ſupa⸗rent. Nam ex iduſtria aliqui ēt debilioꝛes ita artificioſe ſciunt aggredi inimicos vt pluſ eis ꝓ ſint clamoꝛes q̄ arma. ſed ſi repiūt virilr̄ reſiſtētes ſtatiꝫ deficiunt. Spūalr̄. aliq ſunt adeo formidoloſi ⁊ timidi dum ſſit i cāpo pnie ⁊ vidēt ⁊ ſe aliquid ꝑdidiſſe in ꝑlio ꝙ ſtatim terga vertūt ⁊ neſciūt ampliꝰ reaſumptis virībꝰ ꝯ diabolū dimicare. Nō eniꝫ aduertūt qꝺ humanū ē peccare. ⁊ qꝛ nō eſt homo q nō peccet ⁊ qꝛ ſepties i die cadit iuſtꝰ. ſed ſic vidēt diabolū ſuper ſe irruiſſe ⁊ aliquas virtutes ſup ſe pnie vulneraſſe: adeo miſeri ſūt vt ad arma confeſſionis neſciūt habere recurſuꝫ ⁊ in bello pſeuerare. Nam ſi aliquādo percutiat nos diabolus peccati ipetu vt in nobis feriat charitatē aut caſtitatē vel humilitatem n̄ debemus terga vertētes deſperare. Nā ſepe homo poſtq̄ peccauit ve penitēs ꝺ peccato pfectiꝰ fugiat diabolū q̄ ante peccatū. Fig. ij. Reg. xi. Ubi legimꝰ ꝙ cū Joab obſediſſet filios Amon i rabath ipſi filij Amon impetuꝫ fecerūt ſup exercitū Joab ⁊ occiderūt Uriam ⁊ multos alios. Sed miſit Dauid ad Joab. Nō inqͥt deficias: qꝛ varius ē euentus belli fortiter dimicare. ipſe ꝺo pſeuerās finaliter obtinuit: ⁊ deuaſtauit ciuitatē hoſtiū: ⁊ deſtruxit idola. Spiritualiter. ꝑ Joab q dux exercitꝰ domini erat ſubaudi penitenteꝫ q dux ē virtutū ⁊ bonarū operationū. Hunc igitur inuadentes amonite percutiunt Uriam qui interpꝛetatur lumen meum ꝑ qꝺ audi charitatē q̄ multū lucraꝭ i ꝯſpectu dei ⁊ ſecū ꝑcutiūꝭ cetere virtutes: nulla remāet ſana charitate ꝑcuſſa. ſed confoꝛtatꝰ a Dauid. i. ſancto eloquio q docet manus noſtras ad pꝛeliū ⁊ digitos noſtroſ ad bellū: armiſ pnie aſſūptis ſuperat diaboluꝫ

⁊ peccata ⁊ ydola ſimul cũ ciuitate deſtruunť q2 deuicto diabolo omnis ei⁹ mōitio ⁊ praua ſuggeſtio euaneſcit. Jdeo non debemus deficere ſi aliq̃ndo cadim⁹ ſed potius dimicantes pſeuerare vt vincam⁹. Nã q̃tũcũq3 diabolus ſuper nos irruat varijs ⁊ multis modis ſi ſpem noſtram mittamus i deu3 ⁊ perſeuerem⁹ dimicantes pro xpo ipo iuuãte victores efficiemur. vnde Aug. in li. 3. v. hereſes circa pncipiũ loquẽdo exẽplariter ⁊ noſ ad h̃ preliu3 confortãdo ſic ait. donabit inquit certanti victoria3 qui certãdi dedit audaciã. Nõ ergo nos hoſtiũ turbat non bellantium forma: nõ quaſi fulgens victoriã terreat armatura. Goliã magnũ ⁊ robuſtũ armis terribile3 ingẽti turba munitũ Dauid ſolus paruus atq3 inermis vno lapidiſ ictu pſtrauit. totaq3 philiſteoru3 caſtra turbauit atq3 fugauit.

Au.

¶ De predicatione.

A Pſciẽtib⁹ ⁊ inſcipiẽtib⁹ debitor ſu3. ad Ro. pmo Ro. q2 nõ daẽ idẽ cibus hominibus ⁊ iumẽtis q2 nõ ſũt eiuſdẽ nature ⁊ complexionis. Cũ eni3 omnia recipianť ſ3 modũ rei recipiẽtis: omnia debent dari ſecundũ qd̃ recipiẽs natu3 eſt recipeť. Spũalir. pdicator ẽ diſtributor vbi diui. ſ. ſacre ſcripture. vnde cũ deus mltitudinẽ illa3 vellet reficere dixit apoſtolis date vos illis mãducare. nã verbi dei predicatorib⁹ precepit deus vt cibũ ſacre ſcripture ſpiritualiter exponẽtes ⁊ velut panẽ frangẽtes: apponãt dei populo indigẽti ⁊ exuriẽ. i. Aliter. n. eis improperaretur: qd̃ p Hieremiã in tre. ca. iiij. dr̃ pũuli petierũt panẽ ⁊ nõ erat q frãgeret eis. Sz dz vnuſq̃ſq3 attẽdere cuius cõditiõis audiẽtes exiſtãt ⁊ ſm facultatẽ audiẽtiũ miniſtrare cibũ vt ita reficianť ſapiẽtes ſubtilib⁹ v̾bis q̃ ſimplices non fame peant. nõ potentes i cõſorcẽ ſumere cibũ. vñ Greg. xvij. moral. Nõ ingt d̾b3 pdicator miniſtrare infirmis cũcta qua ſentit nec dz inſinuare rudib⁹ quecũq3 cognoſcit. Figi Geñ. xxiiij. vbi legim⁹ q̃ Laban appoſuit iumẽt3 ⁊ camelis palcas ⁊ fenũ: hominib⁹ v̾o panẽ. Spũalr. p Laban fratrẽ Rebeche ſubaudi predicatorẽ: iterpretať. n. cãdidatio. Cãdidus. n. deb3 eẽ pdicator tam p ſplẽdorẽ ſcientie q̃3 p lucẽ bone vite. Gre. xxviij moral. lex ipſis predicatoribuſ poſita ẽ vt ipſi viuẽdo illũinẽt quos v̾bo loquẽdo ſuadẽ feſtinãt. Eſt ẽt Laban frater Rebeche q interpretať patientia q̃ dicit eſſe pdicãtis pditio. pꝛ. Qui patientes erũt vt ãnũciẽt. Hic ergo predicator dz apponẽ iumẽtis. i. rudib⁹ fenũ ⁊ paleaſ. i.

Gre

Fig.

Gre

expoſitiões eoꝝ capacitatibꝰ cõgruas groſſas: ⁊ ipſis ꝯformes vt cape poſſint: ⁊ illis refecti ſb ſiſtẽ ac ꝑficere. hoibꝰ vo dare dꝫ panẽ q cibꝰ ẽ ſubtilioꝛ: qꝛ ꝑuectis ⁊ acute intelligẽtibꝰ dꝫ ſub tilia ꝑdicare: ⁊ ſic ſoluet debituꝫ qḋ ſapiẽtibꝰ ⁊ ſimplicibꝰ daṫ te neṫ. Si vo indiſtincte hũc ſub tilẽ cibũ oibꝰ vniformiter appo nẽt: ⁊ nõ oẽs ſũt eiuſdẽ faculta tis quoſdã ꝯfũdẽt potiuſq̄ȝ in-

Gre ſtruẽt. vñ Gre. xxx. moꝛa. ⁊ in paſtoꝛali ſic ait. vt lõge iqt ante nos reuerẽde mẽoꝛie. Gre. nazãzenꝰ edocuit nõ vna ⁊ eadem exoꝛtatio oibꝰ ꝯgruit: qꝛ nec cũ ctos pctõꝝ qualitas aſtringit. Sepe nãq̄ȝ alios offẽdũt q̄ aliiſ ꝓſũt: qꝛ plerũq̄ȝ q̄ hec aialia nu triunt alia occidũt: ⁊ leuis ſibil lus equos mitigat q catulos in ſtigat: ⁊ medicamẽtuꝫ: iqḋ hunc moꝛbũ ſanat: alteri virus iñgit Et panis q vitã foꝛtiũ roboꝛat ꝑuuloꝝ vitã necat. ꝑ q̄litate igi tur audiẽtiũ foꝛmari dꝫ ſermo doctoꝝ vt ars ſua ꝯgruat ſingu lis: ⁊ tñ a cõis edificatiõis arte nunq̄ȝ diſcedat. hec Gre.

O Bmutui ⁊ ſilui. pſ. xxxviij. Fatuũ ſe exhibꝫ q vult loq qḋ neſcit. Melius foꝛet tacere: qꝛ nõ capereṫ in vbo indiſciplinato. Idcirco docet illũ ſapiẽs. Añq̄ȝ loq̄ris intellige. Spũaliter. Omis hõ quãtũcũq̄ȝ eloquẽs ſit cũ dꝫ lo- q vba ſacre ſcripture dẽ mutus niſi gr̃a ſancti ſpũs ꝑꝛiꝰ illuſtre tur. vñ Grego. in moꝛa. Innanum inqt ladoꝛat lingua ꝑdica toꝛis exteriꝰ: niſi adſit interius gr̃a ſaluatoꝛis. Imploꝛãda eſt igiṫ diuina gr̃a ꝑꝛiuſq̄ȝ ꝑdicatõ fiat. Figu. Luce ꝑmo. dixit an gelꝰ Zacharie. Eris tacẽs dõec puer natꝰ ſit. Puer q naſciturꝰ erat: erat Joãnes. Spũaliṫ. Zacharias iterp̄taṫ memoꝛãs deũ ⁊ bñ denotat vbi dei ꝑdicatoꝛeꝫ qui obliṫꝰ mundialiũ reꝝ ſolius dei: ⁊ q̄ eius ſunt: memoꝛ eẽ dꝫ Hic ergo docetur tacẽ vſq̄ȝ ad oꝛtum Joannis qui interpꝛetatur gratia: qꝛ pꝛedicatoꝛ peni tus ſilere debet quouſq̄ȝ oꝛatiõe pꝛeuia in ipſo ſancti ſpũs gratia deſcendat. Unde Oꝛig. omelia. vi. ſuper leuit. Ad exponen dũ inqt ſacrã ſcripturã nõ ẽ hu mano ingenio innitendũ: ſꝫ ꝑ cibus ⁊ oꝛationibus ad deũ fuiſſet recurrendũ vt pater verbi nobis det verbũ i aperitiõe oꝛis vt poſſimus conſiderare mirabilia de lege ſua.

C Antate tuba i ſyõ. Joel. ij. Ro. q tuba vna ſola ñ ẽ ſufficiẽs ad clãgoꝛiſ actũ: qꝛ nõ põt vnꝰ tubatoꝛ ſolꝰ continuare ſonũ: qꝛ nõ põt fla tũ ſine intermiſſione ſuſcipere. Opoꝛtet. n. ipſum reſpirare: et tũc a tubatiõe ceſſaṫ. duo vo bñ ſonũ ꝯtinuãt: qꝛ qñ vnꝰ ſpirat:

aliter ſufflat ⁊ ſonat. Spūaliter p tubam ſubaudi predicatorē. vn̄ dn̄s p Iſa. Illi dicit. Iſaye .lviij. Clama neceſſes q̄ñ tuba exalta vocē tuā. ⁊c. Sꝫ nōnduꝫ q̄ hec tuba ſola modicū ꝓdeſt: q2 ſola vox p̄dicātis ſtatim iter dicit̄ niſi ſonus bone vite conti
Gre nuet̄ illi. Gre. omel. x. ſup Eze chi. Sermo dulcedinē non ha bet quem lingua reproba ifra conſcientiā remordet. Jō neceſ ſe eſt: vt qui verba dei loquitur prius ſtudeat qualiter viuat vt poſtea ex vita colligat: que ⁊ q̄ liter ſit dicturꝰ. Figu. Nume. x.
Fig. vbi legimus precepiſſe dn̄um Moy. vt facēt fieri duas tubaſ argēteas ductiles. Et dic̄ magi ſter ibidē qꝺ filij iſrael vtebant̄ his ad quattuor. ſ. ad vocandū multitudinem. ad mouenda ca ſtra: ad bella: ⁊ ad feſta. Spiri tualiter. per has duas tubas ar genteas ſubaudi verbi dei pre dicatores: q debent fulgere ſcia ⁊ vita bona. Debent eſſe ducti les per manſuetudinē: ēt ⁊ cha ritatem vt flectant̄ ⁊ cōformēt omnium indulgentie compati entes omniū infirmitatibꝰ. Jō Paulus apoſtolus tuba perfe cta fuit qui flectebat̄ p compaſ ſionem charitatis ad omnes: ⁊ dicebat: Quis īfirmat̄ ⁊ ego n̄ infirmor? Quis ſcādalizaturꝰ ⁊ ego nō vror. ij. ad Chor. xi. Jd circo oīa oībꝰ factus erat vt oēs lucrifaceret. Debēt ergo he tu be ad q̄ttuor deſeruire: q2 vox p̄ dicātiū, dꝫ vocare multitudineꝫ de pctis ad pniam: ⁊, dicer̄ ſicut dicit Iſa. lv. derelinquat impiꝰ viam ſuā: ⁊ vir iniquꝰ cogitatio nes ſuas ⁊ reuertat̄ ad dn̄ꝫ ⁊c. Secūdo debēt tubis clāger̄ ad mouēda caſtra. i. de mūdi cadu cis: ⁊ illa ponere p affectū'i cel. Apoc. xviij. Fugite pple meus de medio babylonis ne partici pes ſitis ⁊c. Tertio debent he tu be excitare fideles ad bellum ꝯ diabolū dicēteſ ſicut canit eccle ſia. Eſtote fortes i bello ⁊c. Ulti mo debēt pulſare ad feſta. ſ. ſab batoꝝ. i. ad r̄qē celeſtis glie. ps̄ Hec eſt reqes mea: hic habita bo qm̄ elegi eā. Hec oia igit̄ do cendo exteriꝰ p v̄ba interiꝰ p pu ram ⁊ rectā intentionē vt audi enteſ illuminēt ⁊ animēt ad v̄ tutes. Gre. omel. iij. ſup Ezec. Gre
Uita inqꝰ p̄dicantiū ſonat ⁊ ar det deſiderio: ſonat verbo: es er go candens ē p̄dicatio accēſa: ſed de cadēti ere ſintille ꝓdeūt: q2 de coꝝ exortationibꝰ v̄ba fla mantia ad aures audiētiū ꝓce dunt. Recte ergo v̄ba p̄dicato rū ſintille appellata ſūt: q2 eos quos i corde attigerit accedūt.

Lātauerat. n. dn̄s para p diſū. Gen̄. ij. Prudēs agricola plātat in ſuo vi ridario diuerſas arbores vt ꝓ diuerſitate ⁊ qualitate tempoꝝ

⁊ perſonaꝝ diuerſos fructus re
cipiat. Spūaliter. deꝰ intellectū
p̄dicātis edocet p̄ ſacrā ſcriptu-
ram: vt ſm varietatē pſonarū ⁊
tēpoꝝ ipſe predicator poſſit au
dictibꝰ vba ⁊ vtilia ⁊ ꝯformia p̄
dicare. Quidā.n.aliqñ monen
di ſunt blanditijs: quidaꝫ vero
minis. Alioquin nō emendanť
Ergo aliquando blanda: aliqñ
aſpera debet predicator ſ3 varie
Fig. tatē gentiū predicare. Figura.
Gen̄.ij. vbi legimꝰ q̄ i paradi-
ſo erat lignuꝫ ſcie boni ⁊ mali.
Spūaliter. ſubaudi paradiſuꝫ
vbi dei p̄dicationē p̄ quem no-
bis eterne vite vba mittuntur.
Can.iiij. Emiſſiōes tue paradi
ſus. tunc.n. paradiſuſ ꝓducit li
gnū ſcie boni ⁊ mali qñ predi-
cator regnū dei ꝓponit bonis: ⁊
qñ malis ſuppliciū inferni ex-
poniť. Hi ergo ſūt fructꝰ popu
lo dei vtiles q̄ d̄ paradiſo xp̄i.i.
ex ore p̄dicatoris carpi debent:
q2 tūc ꝯtemnimꝰ terrena qñ ad
noſtrā memoriā ꝓducunť ſup-
na. Et tunc abhoremꝰ pctā cum
nobis reducunť ad memoriaꝫ
Verſupplicia. Vñ Ier. in q̄dā epi
ſtola. Vtinā igt ſapes ⁊ itellige
res ac nouiſſima ꝓuidēs. ſape-
res q̄ ſūt dei: intelligēs q̄ mūdi
ſūt: ꝓuidēs q̄ inferni ſūt. profe
cto inferna abhorreres: ſupna
peteres: que vana ſunt ſimiliter
contēneres.

E f Ructum afferatis ⁊ fru
ctus veſter maneat. Jo.xv. No
ta vt terra fructus iugiter pro-
duceret. nā ꝓuidet q̄ in ſeipſis
plante ſemina retinerent: q2 ali
que plante ſunt q̄ ſimul cū fru-
ctu colligūť: ſicut frumētum ⁊
alia blada: niſi.n. in ipſis ſemē
remaneret nō naſcerenť ampli
us. ſpūaliter. per hꝰi fructꝰ ſub-
audi doctrinam p̄dicatorū: per
ſemen eorum vitā. ſicut eni diu
non permanet fructus niſi ſer-
uetur ſemen qd̄ poſtea ſemineť
ſic non permanet in audientibꝰ
predicationis deuotio ⁊ vtilitaſ
niſi ſemen vite lucide in predi-
catore precedat. Fig. Gen̄.i. di- Fig
xit dn̄s: ꝓducat terra ligna po
mifera ⁊ faciētia fructū: cuiꝰ ſe-
mē i ſemetipſis ꝑmaneat. ſpūa
liter. p ligna pomifera ſubaudi
p̄dicatores q̄ humoreꝫ de agro
ſcē ſcripture ſugēteſ poma odo
rifera p̄ bōe vite famā ⁊ ſapidā
p̄ vitatis declarationē ꝓducūt.
p̄ponunt bone vite ſemina q̄ in
fructibus remaneant: vt fructꝰ
bonos ſemper continuando fa
ciant. Gre.li.vi. mora. Ille igt
vberes fructꝰ p̄dicatiōis colligit Gre
qui ſemina bone operationis p̄
mittit. nā loquendi auctoritas
perditur quando vox ope non
adiuuatur.

l Audate eū i pſalterio ⁊
cythara. p̄s.viij. Solet
melācōicis multū ꝓdeſ
ſe ſonus cythariſtaꝝ. Nā coiſ

ꝙ dulcem audiunt melodiã cõ
fortant̃. hoc ẽt multũ ꝓdeſt qui
buſdam infirmitatibus nõ per
mittentibus hoĩes quieſcer̃: qꝛ
cythare ſonus ſomnũ aliqñ in-
ducit: ⁊ tñ qñq; excitat ⁊ vigilat
dormiẽtes. ſpũaliter. ꝑ cythare
dum ſubaudi ꝑdicatorẽ. rõ eſt.
qꝛ tãgẽs cytharã interdũ dulcẽ
interdũ acutũ ſonũ facit: ⁊ con
cordat voces vltimas ꝑmis: ſic
ꝑdicator tangẽdo cytharam ſa
cre ſcripture aliqñ dulcia loq̃r
narrãdo xp̃i miam ⁊ regni ce-
leſtis gaudia. Aliqñ acutuz fac̃
qñ. ſ. eterna ſupplicia reduc̃ ad
memoriã. ꝯcordat. n. ꝓpharuz
voces apoſtoloꝝ vocib⁹ quoruz
dulcis melodie armõia pcõres
reuocãt a ſõno mortꝭ ⁊ ĩducunt
Fig. ad eĩne vite gert̃. Fig. iij. Reg.
xvi. vbi legimuſ ꝙ Saul a ſpũ
maligno vexat⁹ audiẽs David
cytharizãtẽ adiuuabat̃ ⁊ qeſce
bat. ſpũalr̃. David hꝫ duplicez
interꝑtationẽ: qꝛ manu fortiſ ⁊
vultu deſiderabilis. Jõ bñ per
David notat̃ verbi dei ꝑdicator
q vt dictũ ẽ ꝑdicatores placido
vultu vocat ad pñiam xp̃i miſe
ricordiã exponẽdo. Aliqñ ĩdu
cit illos in manu forti eĩna ſup
plicia memorãdo. ꝑ ſaul q iter
pretat̃ abutens notat̃ peccator
qui abutit̃ gr̃a ſibi data. Cum
igitur peccator cytharam ꝑdi-
catoris audit ſibi nunciantez ⁊
blandientem timens fugit pec
catũ ⁊ confidens xp̃o confungi
tur. ⁊ ſic de manibus diaboli li
berat̃. ſonus hui⁹ cythare. ſ. ſcri
pture ſancte ſi bñ a predicante
tangit̃: nihil tã fructuoſe corde
audientiũ ꝑcipit̃. vnde Vgo de Vgo
ſancto victore libro prio. de aĩa
Nihil in hac vita dulcius ſenti
tur: nihil auidius ſumit̃: nihil
ita mentem ab amore mũdi ſe-
parat: nihil ſic animum contra
tentatiões roborat: nihil ita ho
minem excitat ad omne bonũ
⁊ ad omnem laborem vt ſacre
ſcripture ſtudium.

Vos eſtis ſal terre. Mat.
v. ſenſibiliter videmus S
ꝙ cib⁹ apt⁹ ſaliri ſi om-
nino ſale caret nil valet. Job
vi. quõ põt qs comedẽ qḋ nõ ẽ
ſale conditum. ſi v̄o nimium ſa
lis in cibo põatur ẽt amareſcit.
ſpũaliter. predicatores diuini
v̄bi ſal terre dicunt̃. vñ Aug. i Au.
omel. ſal inquit apoſtoli dicũt̃:
qꝛ per ipſos vniuerſũ hominũ
condit̃ genus. ſucceſſores vero
apoſtoloꝝ predicatores diuini
verbi dicunt̃: qui ſua doctrina
mentes ſecularium condiunt.
Cũ igit̃ oĩa debeãt moderate et
ſm debitã menſurã fieri: ipſi de
bent diligẽter attendere vt ſer-
mones ſuos qb⁹ debẽt corda au
dientiũ condiri a deo ſapida fie
ri. in menſura debita temperẽt
Figura in Leuit. ij. vbi legim⁹ Fig.
ꝙ in omni ſacrificio põebat̃ ſal

⁊ hoc erat ꝓculdubio indebita ꝓportione. Spiritualiter. Coꝛ humanuꝫ dicit̃ eſſe vitulus vel aial ſacrificij deo offerēdi. Sacerdos ꝺo offerens eſt predicatoꝛ diuini verbi: qui coꝛ mactās peccatis virtutib⁹ illō viuificat vt ipſum ſapidū deo reddat verbis ſacre ſcripture illō quaſi ex ſale condit ſed vt dictū eſt debet ſeruari debita pꝛopoꝛtio. Nam ꝭm carnis ſacrificij quantitateꝫ apponebat̃ plus vel minus de ſale. Sic ꝭm capacitatē audientiū dꝫ dari ſermo pꝛedicātiuꝫ: ⁊ quo ad q̄ꝫtū ⁊ quo ad q̄le ne ꝓlixitate ꝭmōis vl̃ foꝛte nimia ſbtilitate vl̃ aggrauet̃ ſapoꝛ vl̃ dulcedo cauſet faſtidiū vl̃ amaritudinē. Vñ Petr⁹ Ra. in ꝭmone Pe. illo. Homo quidam erat diues ſic ait. Omniū quidē ciboꝛū ſal eſt salubꝛe condimentū ſi nō deſit menſura alioq̄n ſi ſine modo eſt ⁊ ipſū perijt ⁊ qd̄ ſalierit ꝑdidit. Amarat. n. nimietas quod condiret mēſura: ſic q in nobis eſt ſenſus. ſi teneat modū dat ſapoꝛē. intellectum parit. pꝛudētiam generat. coꝛ dilatat. auget ingeniū. maturat dicēda: audienda ꝯponit: ſitq̄ꝫ ſibi dulcis. ſit q̄ꝫ de guſtātibus ſuauiſſimus ⁊ plane erit melioꝛ ſēſus q̄ ꝓfert nihil amaruꝫ oꝛe. hoc ꝓmiſim⁹ vt ſit nobiſ in euāgelicis ſenſib⁹ noſtri ſenſus conſtringēda mēſura. quatenus vitalē cibū diuinū paſtū celeſteꝫ ſapoꝛē nō mollem ſed cautiſſima nobis ſobꝛietate cuſtodiat.

## De Pꝛelatione.

a Venenū aſpidū ſb labijs coꝝ. ps. xiij. Fert̃ q̄ ſerpēs iſte aſpis. ſ. tpe copꝯtus copulat̃ murene q̄ eſt piſcis quidam. ſed q2 aſpis ſerpēs eſt venenoſus valde. murēa illi nō copularetur niſi venenū deponeret pꝛius. quod ⁊ fecit. ſꝫ p⁹ copulatā reſumit venenū deterius moꝛe ſolito. Spūal̃r. ꝑ aſpideꝫ que fert̃ ſurda ad vocē incantātiū clericus elatus ad pꝛelationē anhelās denotat̃. q ſurdū ſe pꝛebet ad vocē xpi. di. Diſcite a me quia mitis ſuꝫ ⁊ humil̃ coꝛde. Mat. xi. Hic etiā dū cupit ꝑlatiōi cōiungi ꝑ ſimulatā equitatē videt̃ venenū deponere ꝓmittēs ⁊ ꝑtēdēs ſanctitatē. ⁊ iuſtitiaꝫ ſi ꝓducatur ad cathedrā. Sed adept⁹ qd̄ fraudulēter cupiebat reſumpta pꝛioꝛi neq̄tia deterioꝛ eſt q̄ꝫ pꝛius. ⁊ tūc apparet effectibus quod eius eq̄tas ſimulata nō erat equitas ſed duplex iniquitas. Fig. ij. Reg. xv. Fig. vbi legimus q̄ poſtq̄ꝫ Abſalon fratrē pꝛopꝛiū iterfecerat ⁊ fuerat a patre reſtitut⁹ in gratia ſedebat in vicis ⁊ plateis ꝑ quas ad regem hoīes veniebāt habētes cauſaꝫ ⁊ clamās dicebat. O quis me regē cōſtituet vt faciaꝫ iudiciū ⁊ iuſtitiā his q nō inue

niſit q eis iuſtitiã faciat vel rñ- deat. Operiebat.n. v̄bis ſimula tis maliciã cordialẽ. Obtento vero regno pſecut⁹ ẽ pĩeʒ ⁊ ne- phãda cõmiſit. Spũalr. abſalõ interp̄tat̃ amaricatio ⁊ bñ deno tat clericũ toto affectu ad p̄la- tionẽ ſuſpirãtẽ. q ſp eſt i mẽtis amaritudine quouſq̃ valeat q̄ prauе cupit obtinere fratricida pro tãto dr̃ q2 ſuo malo exẽplo ꝓximos ⁊ frẽs occidit. Hic er- go per artẽ hypocriſis conat̃ in formare electores ac ꝓmotores verbis virtuoſis ſub dolo ꝓmit tẽs magna ⁊ mirabilia q̃ neq̃q̃ exercere intẽdit. ⁊ ſic per fas ⁊ nephas p̄cib⁹ ⁊ precio quolibet mõ conat̃ adipiſci regimen. ſed adeptus deterior efficit̃ q̃ prius. Expellit.n. pr̄eʒ ei⁹. ſ. xp̄ʒ. ⁊ do- ctrinã ei⁹ d̄ finibus regni ſui. bo nos dep̄mit malos ꝓmouet. pe cuniaʒ elicit. Sacra vẽdit: ⁊ oĩa mala facit. Ecce igit̃ q̃ cito ver tit̃ ficta ſanctitas in nephãdam maliciã: q2 q̄ latebat in infimis indicat̃ poſitũ i ſublimib⁹. Pe. ra. in quodã ſmo. Quidam an- te dignitatis adeptionẽ ſat̃ cõ- mẽdabiles extiterũt. ſed ſup cã delabrũ ecclie conſtituti lucẽ in tenebras ⁊ famã in infamiã con uertunt. Melius pleriſq̃ ad- huc latere ſub modio q̄ cũ i fa- ma candelabrũ aſcendiſſe. Ad- huc.n. turpitudo eoꝝ ſub paup tatis obſcuro lateret niſi ea di- gnitas diuulgaſſet.

Pe.

Mediator boĩuʒ. p̄mi ad Thimo. ij. Mediuʒ eẽ dr̃ qd̄ ſapit nãʒ extremo rũ v̄bi gr̃a: mediũ inter albũ ⁊ nigrũ dr̃ eẽ palidũ. Mediũ in ter calidum ⁊ frigidum ẽ tepi- dũ. ⁊c. Sapit igit̃ mediũ natu- ra rei extremoꝝ ga q̃ſi ex vtro- q̃ p̄ticipat ⁊ cõponit̃ ex ambo- b⁹. ⁊ cũ pʒ vni extremorũ tenet locũ quodãmõ alteri⁹ extremi. Spũalr. p̄lat⁹ dicit̃ eſſe medius ſiue mediator inter deũ ⁊ ſubdi tos vt ſit tranſit⁹ ad deũ ab ipſis ſubditis mediãte prelato per vi tã ⁊ doctrinã ipſius prelati. De bet etiã ſapere naturã extremoꝝ q2 ⁊ d̄bet mitis eſſe cum populo ⁊ rigidus cũ deo. Et quãdo deus exiget vindictã de ſubditis d̄bet ſubditorũ cauſã capere: ⁊ ꝓ ip- ſis dñʒ deprecare: interpellãſ hu militer ꝓ illoꝝ indulgẽtia. Cũ aũt pp̄lm ſubditorũ peccare vi- det exigat vindictaʒ de iniuria deo illatã per peccatũ nõ parcen do ipſis. Fig. Exod. xxii. vbi le git̃ p̄ Moy. per quẽ de egypto populus eductus eſt fuit ꝓ po- pulo intercedendo mitiſſimus delinquẽtes puniẽdo ſeuerus. ⁊ ſeipſũ pro pp̄lo exhibebat mo ri paratũ cũ dicebat. Aut parce populo huic aut dele me de li- bro vite in quẽ ſcripſiſti. Ideo i ducẽs Grego. prelatos ad me- diãduʒ ꝓ populo apud deũ exẽ

m B

Fig.

Gre.

plo' M oy.li.viij.mora. ſic ait.
Moy. ſic amauit eos qb' pſu/
it vt p eis nec ſibi parcet: ⁊ in de
linquēs ſic perſecutus eſt quos
amauit vt eos ēt dño parcente
pſterneret vtrobiqꝫ.legat' forꝭ
vtrobiqꝫ mediator amabil' cām
populi apud deū precib' cāꝫ dei
apud populū gladijs alligauit.
Uxit te dominꝰ oleo leti
L tie.ps.xliiij. Membra
vncta oleo miteſcūt.nāꝫ
membroꝝ idignatio molleſcit ⁊
mēbra efficiunt ductilia.ſpūa/
liter.plati ſūt mēbra pncipalia
in toto eccliē corpe. Jō vngi de
bent oleo miſericordie vt ſuper
ſubditos manſueſcant per com
Sig. paſſionē.Si.iij. Re.i. vbi legit
q Salomō vnct' fuit ingyon p
Sadoch ſacerdotē ⁊ Natan p
phetam ⁊ poſitus ſuper mulaꝫ
Dauid patris ſui.ſpūaliter.per
ſalomonē ſubaudi eligēdū pla
tū.rō eſt.qꝛ ſalomō iterptat pa/
cificans mentes ⁊ retribuēs ini
quis.hec ſunt due conditiones
que in prelato penitus requirū
tur.ſ.vt afflictoſ conſolari cone
tur flendo cū flentibus:infirm'
cum infirmantib':⁊ cōpatiēſ cō
Leo copatientibus. Leo papa in quo
dā ſer.⁊ ponit in decretis.libat
dño pſpera qui ab afflictis pel
lit aduerſa.Debet ēt retribuere
inīqs dbitā correctōeꝫ iniqtas
impioꝝ gregem bonorum i cor
Caſ. recta inficiat Caſſiodorus ſuper
ps. Iniquitas quippe mortaliū
more putredinis ſine fine vaga
ret niſi eā medicinalis correctō
minute reſecaret. vngit ingyon
qui interptat lucta qꝛ prelat' ve
lut bon' athleta vngit vt luctet
ꝯ vitia ⁊ pctā.nec in mente ſua
viuere vitia ſinat qui dꝫ alioꝝ
culpas detegere.vñ Gre.xxiiij.
Mora. Qui adhuc impugnā/
tiū crimina vitioꝝ per ꝯſenſū de
lectationis tolerant alioꝝ reci
dere curā ñ pſumāt. Cū vo tēta
tionū bella ſubegerit ⁊ apō ſe d
intima ſecuritate ſecuri ſunt cu
ſtodiā ſortiant aiaꝝ. Sed vngi
tur ſalomon ab his duob'.ſ.a
Sadoch q iterpretat iuſtus. ⁊
a Nathā qui iterpretat donāſ:
qꝛ plat' dꝫ in ſe iuſtitie auſteri/
tate vti ⁊ ſubditis ſepe veniā do
nare. Unde Criſ.ſup illō matt. Cris
xxiij. Aligāt onera grauia ⁊ im
portabilia ſic dicit de prelatꝭ.cir/
ca vitā tuā eſto auſter' circa vitā
alioꝝ benign'. Audiāt te homi
nes parua mādantē ⁊ grauia fa
cientē:ſed ponit ſup mulā regis
que mula naſcit ex equa ⁊ aſino
qa debet ſedere ſup diſcretioneꝫ
que componit ex correctōe ⁊ ve
nia ⁊ ex ſede illa rñdē iudiciū.
Nā illa ſedes ē Dauid pris ei'
xpi cui dī miſicordiā ⁊ iudiciū
cātabo tibi.vñ Gre.in mor.tra Gre
ctādo hyſtoriā de archa teſtamē
ti dicit. Miſcēda eſt ſeueritas
lenitati faciēdo quoddā ex vtra

qꝫ temperamentuꝫ. vt in nimia aſperitate nõ ðſperẽt ſubditi neqꝫ in nimia lenitate ſoluanẗ. ħ nimiꝝ illa tabernaculi archa hꝫ in qua ſimul cũ tabulis virga ⁊ mãna erat: quia cũ ſacre ſcripture ſciẽtia in boni rectoris ſit pectore ſi eſt virga correctionis ſit manna dulcedinis.

D Si cecus ceco ducatũ preſtet: ãbo i foueã cadunt. Matt. xv. Rõ. qꝛ ſiĺ duct⁹ ⁊ ductor i foueã cadũt ẽ qꝛ ð ꝓpiquo ſe tenẽt. Itaqꝫ vno caſu ãbo cadẽt. ſi aũt duct⁹ a ducẽte diſtaret ñ ſic eueniret: qꝛ cadẽte ductore nõ eſſet ductũ neceſſe cadẽ ẽt iuẽta fouea. Nã audito ꝑor] cãu poſſꝫ ſeq̃ns ſtaẗ ñ ſeq ⁊ caſũ ſuũ vitaẗ ex cãu ꝑcedẽtis. ſed qa ſeq̃ns totã ſuã adheſionẽ ponit i ꝑcedẽte quẽ cautũ putat: iõ illo cadẽte cadit ⁊ iſte. Spũalr. ductor cec⁹ ẽ delirãs ꝑlatus. Rõ eſt. qꝛ ſicut ſe hꝫ ſecũdus ocul⁹ i corpore: ita ſe hꝫ prelat⁹ i eccĺia. Iõ dñs in euãgelio ſꝫ Lu. xi. di. Si oculus tu⁹ ſimplex ẽ: totũ cõp⁹ tuũ ſimplex ẽt ⁊ ħ qꝛ ſi ꝑlat⁹ nequã ẽ vix ſubditus poterit bonus eſſe: qꝛ ſubditus in ſua actõe quodãmodo a ſuo prelato depẽdet. Idcirco dictũ ẽ Moyſi: fac ſꝫm exemplar quod tibi mõſtratuꝫ eſt in mõte Exo. xv. i. in prelato: ergo ꝑlat⁹ dũ peccat ñ ſe tñ ſed ſubditum

fig. ẽt pctõ occidit. Fig. i. Reg. vltimo: vbi legim⁹ q̃ dũ philiſtiim pugnarẽt ꝯ iſrĺ. viſũ eſt ſup Saul, totũ põdus ꝑlij ⁊ ſagittis plurimis vulnerat⁹ irruit ſup gladiũ ſuũ ⁊ mortu⁹ ẽ. Qð videns ſuuſ armiger qui iuſta illũ erat fecit ſimiliter. ⁊ mortui ſunt ambo pariter. Spũaliter. per Saul qui iterpretatur abutens itelligiẗ prelatus maluſ qui praue abutiẗ officio paſtorali ꝑficiẽs honoribus deficiẽſqꝫ morib⁹ ðtitur ſuper ipſuꝫ totum põdus populi quia ſanguis populi pereuntis requiretur de manibus ſuis: vt habetur expreſſe Ezech. tertio. Uulneratur multis ſagittis quãdo tẽtationibus diaboli cõſentit: irruit ſuper gladiuꝫ ſuum: quando ſponte exercet peccatuꝫ. tunc idem facit armiger cum ſubditis ſui prelati exẽplo peccandi ſumit audaciam. ideo Gre. in Mora. prelat⁹ tot mor- Gre tib⁹ dign⁹ eſt quot male viuẽdi exẽpla ad ſubditos trãſmittit.

t Rãſmigrata ẽ captiua ⁊ iſtos qs enutriet. Iſay. E xlix. Solẽt pirrate cuꝫ capiũt alienigenas muliẽs cas ꝑcio vendere. ⁊ ex hoc ſequitur duplex periculũ: qꝛ ⁊ puuli ſi q ſunt orbanẗ matriſ ꝑſidio ⁊ mulier illa quãdoqꝫ ex nobili orta ꝓſapia vilibuſ traditur gẽtib⁹. Spiritualiẗ. ſacra ſcriptura vocat ſepe eccleſiaꝫ ſeu religionem mulierem. Apoca. xij. Mulier

amicta ſole.ꝛc. Tūc igiť mulier hec tam nobilibus orta natalibus quia eterni regis filia viliſſimis vēditur perſonis a piratiſ quādo electores precio ꝛ carne ꝛ ſanguine inclinati ſeu ꝑuenti eccleſie ſeu religionis regnum tradunt idigno: ꝛ malo prelato regenduʒ. Inde filij orbati matris preſidio pereūt. quia ſubditi debita directiōe ꝑuati regiminis vagi ꝛ diſcoli facti ꝛ ad interituʒ cadūt. ꝛ ipſa tam nobilis mulier tradita eſt in taʒ turpibus manib⁹ lubrici peccatoris ꝛ enormis. Figura quarti. Re. quinto. vbi legimus ꝙ latrūculi ſyrie duxerūt puellaʒ ex iſrael captiuam ꝛ vendiderunt eaʒ Naam leproſo qui ipſaʒ tradidit in obſequiū vxoris ſue. ſpiritualiter. per latrunculos iſtos notandi ſunt electores maligni quaruʒ ſacrilege manus vt repleantur pecunia prompti ſunt ponere quemcunqȝ indignū in ſedē cathedralem. Iſti ſunt deteriores latronib⁹ qui peregrinos expoliatoſ trucidāt quia illi corporaliter: iſti vtroqȝ modo ſcilicet ſpiritualiter ꝛ corporaliť occidūt. Ideo longe melius ſuper furcaſ ſtaret: puella vero ex iſrael religionē ſeu eccleſiam ſignificat que per ſcripture ſctē notitiam deum videt. Dum hec ergo puella tā nobilibus orta natalibus. ex qua Chriſto multos adoptionis genuerat filios trāſmigrat per latrunculos huiuſmodi quid faciēt filij ei⁹? Quis eos educabit ꝛ dabit refectionem celeſtiſ doctrine: ꝛ aqua ſapientie ſalutaris potabit illos? Tradiť Naā leproſo.i. immundo ꝛ enormi ꝑlato qui hāc puellā ſeruam tradidit ꝓprie voluptati. ꝛ liberos ei⁹ cibat ꝓhibitis ꝛ imūdis per male cōuerſationis exempla. ꝛ ſic qui veſcebāť in croceis ſtercora amplexanť. Heu nephāda abuſio. honorāt diabolū ꝛ deridēt xp̄m. Ber. Ber ſuper expoſitionem regule ſācti Benedicti tractans illō ꝓuer. xxv. Celuʒ ſurſum ꝛ terra deorſuʒ. Pedes ſunt ſuper caput: ꝛ facies retro eſt. iteriora effuſa ſi extra. Deus ibi cōculcať. diabolus ibi honorifice ſuſcipiť. ꝛ ſβ dit. Ber. terra inquit ſurſum ꝛ celū deorſū. vbi terrena celeſtibus ꝑponunť. pedes ſūt. ſ. caꝑ vbi viri ſpirituales dſpiciūtur: hoies vo terrena ſapiētes i honorē habenť. Facies ē retro cū in operibus in qbus noſtra terrena vtilitas intendiť: poſt qδ merces eterna interiora effuſa ſūt ex. cū bona interiora negligūť ꝛ exťiora diligūť de⁹ vo cōculcať ꝛ terra deificať vbi dficit charitas ꝛ regnat cupiditas. diabolus honorifice ſuſcipiť ꝛ de⁹ ꝯtumelioſe repelliť. Ubi raptores recipiunť boni vo repulſaʒ

patiūt vel male ꝓcurant. Ꝺ ber.
Ꝺ ṗdā aſcēdiſti fili mi.
ſ a Geñ. xlix. Op; falconē
domeſticum amplius ꝓ
dari ſilueſtro. rō eſt. q2 dū falco
ſilueſter ſatur eſt: quieſcit a ṗda
⁊ non eget pro tunc vlteriori ṗ
da. Sed domeſticu; non pro ſe
tm̄ ſed ꝓ dño ſuo ⁊ toti⁹ domus
familia oportet predari. ſpūalr.
ſilueſter falco ſecularē predonē
ſignificat q ſufficientibus ſpo
lijs pro ſe ꝯgregatiſ a preda qe
ſcit ⁊ ceſſat. S; domeſtic⁹ falco
denotat domeſticū ṗdonē clericū
vel religioſū per ſuū ſuperiorē
promotū. Nūc oportet ṗter
ſibi neceſſaria ꝓ dño ſuo ṗdari
ſpolia ſubditorū vt igluuiē dñi
ſui promotoris contentet iſacia
bilem. Tali mō ac pacto ipſum
ṗlationiſ culmē itrare oportuit.
Plus. n. petit ꝓmotor ⁊ vult ꝓ
labore ꝓmotionis: interdū reci
pere a promoto ꝙ̄ ſint redditus
quos promptor acqrit. Jō efficiť
falco domeſticus predans ⁊
expolians ſubditos vndiqȝ. vt
fauces dñi ſui poſſit repellere q
alr illū ñ ꝓmouiſſ;. Ꝺ deteſtāda
ꝑuerſitas figurata fuit. iij. reg.
xiij. vbi legimus ꝙ qui volebat
implere Marſupiū Jeroboa;
fiebat ſacerdos. Spi. Jeroboa;
iterpretať diuiſio populi p quē
notať munerū amator ⁊ merca
tor patrimonij crucifixi. ille. n.
adeo diuidit ppl'; ſuū indignos
ſubleuādo ⁊ exaltando. bonos
vo deprimendo ⁊ coculcando.
Jſai. v. Ueh qui iuſtificatis ipſum
pp munera ⁊ iuſtitiam ſua;
auertitis a iuſto. Pe. ra. i qua
da; epiſtola peréptor eſt in principe
aurū adorare munera teſte
ſi quidē propheta. Jniquorū in
quit iniquitateſ ſūt dextera. eorum
repleta eſt muneribꝰ. Trāſibūt
iniquitates in pena; ⁊ munera
i dolorē q2 teſtimōio Job ignis
duorabit tabernacula eorum q mu
nera libēter accipiūt. Job. xv.
Lige tibi viros primi
c machabe. v. Quedā ſūt b
officia in qbꝰ nullatenꝰ
debet dilectior attendi nec preponi
ſed tm̄ peritior: vt eſt nauiſ
regimē ſeu gubernatio. in alijs
vo in quibꝰ agitur preter piclm
minꝰ idebite ꝓmoueri pōt amicus.
Spūaliter. ad animarū re
gimen non debet poni niſi vita ⁊
moribꝰ bene expertꝰ ⁊ exercitatus
i ordine ſubditorum. Non. n.
debet preſumi neſciētē ſcalā aut
banchā dirigere naui; ſufficiēter
gubernare debere. Sic nō eſt
ṗſumēdū bene ſcire preeſſe qui
primo ſubeſſe non didicit. vnde
Aug. in ſermōe ad epale; inqt Aug
dignitatē eligi nō debuit q mio
ra officia gubernaŕ nō didicit:
q2 cura nauiſ illi cōmitti non d
buit qui remū tenere nō nouit.
Ergo ſi nauis ſeu ſalus religio
nis amať ſūme cauēdū eſt: ne ꝓ

ponatur quiſpiaȝ niſi vtraqȝ fa
cultate videlicȝ morib⁹ ſapiētia
qȝ peritus. Nō.n.nobilitas ſan
guinis: ſeu carnal' affectio hoi
ſufficientiaȝ prebent ſed ſtudiū
Fig. ſancte vite. Figu.i. Re.xvi. Sa
muel propheta ex ꝑcepto domi
ni cuȝ deberet vngere in regem
vnum ꝺ filijs iſay. ipſe Iſay. ſta
tuit corā propheta omnes filios
ſuos retēto Dauid minore. igit̃
cū vidiſſet Samuel Heliab pri
mogenitū eoꝝ ⁊ optime apparē
teȝ. Exiſtimauit futurū regē. ſȝ
ait ad eū dominus. Ego nō cor
poriſ pulchritudinē apicē facio
regaleȝ ſed animi virtuteȝ. Nō
eſt igit̃ electus in regem heliab
nec aliqs eoꝝ quoſ pater ſtatue
rat coraȝ Samuele. Sȝ miſſuȝ
ē pro Dauid q cuſtoſ erat ouiū
q paruulus erat puer ⁊ vnctus
eſt in regeȝ. Spūaliter. n̄ debēt
eligere in prelatuȝ poteſtatē ha
bētes ſuper electione illū vel il-
los quos mūdus reputat qȝtū-
cūqȝ affluāt diuitijs potentia ⁊
nobilitate. q2 deuſ in eligēdo ta
lia nō attēdit: ſed debet eligi ille
qui vita ⁊ morib⁹ alios excelle-
re dignoſcit̃. Talis.n. aptus eſt
paſcere oues xp̄i. Non autē illi
vel illos quos mūdus iſte repu
Ori. tat. vnde Orig. ſuper illo nume
roruȝ. xxvij. ꝓuideat dn̄s ſpiri
tum omnis carnis ſic ait. diſcāt
electoꝝ ꝑncipes nō eos qui ꝯſā
guinitate gn̄is iūcti ſi neqȝ car-
nis ꝓpīqtate ſociāt̃ teſtō ſigna-
re neqȝ hr̃ditate tradē ꝑncipa-
tū eccl'ie ſed referre ad iudiciuȝ
dei ⁊ nō eligere illū quē huma-
nus cōmēdat effectus. ⁊c.

Ui parcit virge odit filiū
q ꝓuer. xiij. Nunqȝ per ſe B
pater pōt odire filiū cuȝ
filius p̄ri ſit alter ipſe. Sed per
accidēs multi ſunt odiētes. nā
lȝ pater ex amor̃ nimio filio pec
cāti per ſe mala non miniſtret. il
lū tn̄ videt̃ odiſſe per accidēſ dū
ſibi nociua nō ꝺnegat. Si enim
egrotus cōtraria medico poſtu-
lās obtinēt illa a medico ſignū
eēt mortalis odij. ſic ſpūaliter.
prelat⁹ dr̃ ſubditos ſuos odire.
ſi ipſos errare ꝓſpicit: ⁊ incor-
rectos relinqt. non eſt.n. ſignū
amoris ſed odij mortalis. Ipſi
peribūt i peccatis ſuis: ⁊ ſāguis
eoꝝ exqret̃ de prelati ſui mani-
bus vt habet̃. Ezec. iij. Fig. i. re. Fig.
ij. ⁊. iiij. vbi legim⁹ qꝛ filij Heli
ſacerdotis tollebāt fixinula car
nes ſacrificij de olla inuitis offe
rētib⁹ ⁊ iacebāt cū mulierib⁹: ⁊
cōmittebāt pcā grādia ꝑ que po
pulus ab oblatiōe ſubtrahebat̃.
Pater vͦ ipſoꝝ icrepabat eos
leuiter ſine correctōe. nec ob pa
tris icrepationē dimittebāt. igr̃
idignat⁹ dn̄s ꝯtra ipſos ⁊ ꝯ do-
mū Heli p̄ris eorū ⁊ contra po
pulū ſuſcitauit philiſteos ꝯ po-
pulū in prelium. ⁊ fugit iſrael ⁊
multi de populo occiſi ſūt, ⁊ filij

Heli corruerūt i bello ⁊ archa
dei capta ē a philisteis. Que ma
la cū audiuiſſz Heli cecidit d ſella
⁊ fract ceruicib⁹ expirauit. ſpi-
ritualiter. Heli qui interpretaᷣ
deus me⁹ ſignificat p̄latū q locū
dei iter ſubditos tenet. filij vero
ei⁹ ſunt ſubditi eius. qui iterdū
pꝰuerſitate audaci fixinulla tri-
denti lacerant carnes ſacrificij.
qn̄.ſ. triplici nequā.ſ. ſupbia vi
te: ꝯcupiſcētia oculoꝝ: ⁊ cōcupi
ſcētia carnis. que quidē tria tri
b⁹ religionis ꝯditionib⁹ ꝯtradi
cūt obedientie.ſ. ⁊ pauptati ⁊ ca
ſtitati. ſcandalizāt populos lay-
coꝝ quos debēt iducē ad ſacrifi
candū deo ſacrificiū laudiſ ⁊ mi
ſerrim⁹. iterduz prelat⁹ parcēs
diſcipline permittit eos in pcis
coꝝ: credens deo ſatiſfeciſſe p le
uē increpationē. que nullaten⁹
ſufficit quādo incorrigibilis cul
pa ſuadet. naz tāta eſt quorūdā
ꝯteruitas vt emēdari nequeāt
remotis verberibus. Jō cū taleſ
p̄latus inuenit qb⁹ non ꝓdeſt ꝓ
terua icrepatio: dꝫ eos reduce
Jſid. re dura punitōe. vn̄ Jſi. de ſūmo
bono li. iij. ca. xlj. Qui blādo v̄
bo caſtigat⁹ nō corrigiᷣ acri⁹ ne
ceſſe ē ꝙ arguaᷣ. Cū dolore. n.
ſūt abſcidēda q̄ leuiᷣ ſanari nō
poſſūt. Quia igiᷣ negligit diſci-
plinā erga ſubditos tepid⁹ pla-
t⁹. Jō tanti mali dᷣ eſſe auctor.
Nā pereunt filij ſui. i. ſubditi in
p̄lio vitioꝝ ⁊ ſubcūbunt. Archa
dn̄i. i. religio capiᷣ a demonib⁹
⁊ ipſe de ſella prelationis cadēſ
moriᷣ in peccatis ſuis. n̄ eſt igiᷣ
amare filios: ſꝫ odire ſi delinquē
tes eoſ n̄ corrigam⁹. Et lōge me
li⁹ ē quoſdā crudeli punitiōe fe
rire duz alr̄ nequnt emēdari ꝙꝫ
ceteris p̄bere materiaz corruen
di. vn̄ Ori. ſup li. nūeroꝝ omel. Ori.
lxxxi. Que ē ingt iſta bonitas
iſta miſericordia manu parcere
⁊ oēs i diſcrimē iducere. polui-
tur. n. ex vno peccatore populuſ
ſicut ex vna oue morbida vni-
uerſus grex.

I Uper aſpidē ⁊ baſiliſcū
ambulabis: ⁊ conculca
bis leonē ⁊ draconē. pſ.
xc. Multū ꝓdeſt debētib⁹ eē in
prelio armoꝝ exercitiū ⁊ alias
fuiſſe i preliū ⁊ recepiſſe ⁊ dediſ
ſe ict⁹ plurimos. Ex hoc. n. au-
daciores fiūt ⁊ infirmiores in p̄
lio. vn̄ ſꝫ Uegetiū homines ma
celarij ⁊ aſſueti cape porcos ⁊
ceruos: ⁊ aſſueti occidere hmōi
aialia aptiorēs ſūt ad bella. Nā
hō icōſuet⁹ videᷣ vulnera ⁊ ſā-
guinis effuſiōez: nullaten⁹ eēt
apt⁹ ad bellū: ⁊ p̄cipue ad duca
tū exercit⁹. Induceret. n. timo
rē: vn̄ dꝫ afferᷣ audaciā. Spū-
alr̄ dꝫ oēs exercitū ſubditoꝝ du-
cē dꝫ eē expt⁹ i p̄lio ꝯ vitia cor-
p̄is ⁊ tētamēta diaboli. alioqn ſi
debilᷣ foret eo ſb cūbēte ſb cūbe
ret ſbditoꝝ exercit⁹. Jō neceſſa

rio reqrit approbata expletia i
Fig. ea q dz alijs precesse. Fig. i. Re.
xvij. τ. xviij. Dauid pus iterfec
leonē τ vrsū τ postmodū facilr
iterfecit Goliā τ obtēta filia re-
gis in sponsaz factus est dux ex
ercit⁹ dñi. Spūalr. significat da
uid platū q dz vultu placido bo
nos confortar τ puersos forti ma-
nu corrigē. hic ergo dz vrsuz. i.
stolidū corp⁹ τ leonē. i. mūdum
astutum domasse. τ postmoduz
diabolū vicer facilr. τ sic obtēta
platōe legittimā spōsā erat apt⁹
dux exercit⁹ subditorū. Nō igr
accedat qsqz ad animaz regimē
nisi pus debellatis vitijs τ pecca
Gre. tis. Gre. xiiij. mora. Qui iquit
adhuc ipugnātiū crimīa vitiorz
p cōsensū delectationis tolerat:
aliorz curā suscipere non presu
mat. Cū vero tētationū bella fu
gerint τ ipsi apud se de intima
tranqlitate securi sunt. custodi-
am sortiantur animarum.

De recidiua.

A r Edi in domuz tuā. Luc.
viij. Necesse ē hoiem q
diu a pria, ppa suis exul
tauit demeritis redietē sūmope
cauē ab oi offēsa. qr tūc ,pditor
qsi ꝯuict⁹ durius a pncipe puit.
Spūalr. pcōr q diu suis culpis
exaspat diuinā clemētiā multi-
plicādo mala inēta venia p peni
tētiā sūme dz cauē ne redeat ad
culpas pstias qr tē exaspata mi
sericordia i dirā mutaret vindi
ctā. Fig. iij. Re. ij. vbi legim⁹ q Fig.
Semei q maledixerat regi da-
uid τ lapides ꝓiecerat ꝯ ipz hu
miliat⁹ corā Salomōe filio suo
ꝯsecut⁹ ē miam. Ait. n. illi salo-
mō vade i hyerlm τ edifica tibi
domū ibidē τ ide ñ recedes nec
vadas huc atqz illuc. In q̄cūqz
eniz hora recedes de hyerusalē
morte morieri. Et placuit sermo
h Semei τ edificauit domū vt
pceperat ei rex τ habitauit ibi
trib⁹ annis qb⁹ cōpletis secutus
est suos suos fugiētes ad regez
Geth post quez misit Salomō
Banaiam qui interfecit illum
τ mortuus est. spūaliter. p salo-
monez qui interpretatur pacifi
cās mētes subaudi xp̄m qui p-
sto est cōsolari penitentes τ d su
is peccatis dolentes. Per Se-
mei qui lapidez iactauerat ꝯtra
Dauid subaudi peccatorē deuz
multiplice offēdētē: lachrymis
tamen preuenientib⁹ idulgētiā
obtinētē precipitur sibi domuz
edificare in hyerusalē. i. visionē
pacis per pniaz: τ ide nō recedē
per peccatum alioquin morieī.
Qui merito dz ꝯtētari. sed qd ē
post tres annos recedere. Not.
q post tres annos. i. post tres
pnie gradus seruitij corpalis. s.
sensus descēdūt ad mūdū quos
spūs sequit p cōsensū. Sed tūc
mittēs xp̄s post ipm Banayaz
i. diuinā punitionē illū spūalr.
occidit, τ sic fiūt ill⁹ nouissima

Cri. peiora prioribus. Jō Criſo. ſup Matth. Cogita inqt o hō grauiorem eē culpā poſt veniā. vulnus plus dolere poſt curā moleſti⁹ hōie ſordidari poſt gratiam q2 indulgētie ingratus ē; q poſt veniam peccat. ſanitatis indignus eſt: qui ſemetipſuʒ poſt ꝙ ſanatus eſt vulnerat. nec mūdari meref qui poſt gratiaʒ ſordidat ſemetipſum.

B q Uaʒ vilis facta es iterāſ vias tuas. Jere. ij. Perſonaliter coniuncta bōe ſocietati ⁊ fideli ⁊ dū fugit loca mala ⁊ piculoſa nunꝙ debet ſe elongari a ſocijs. Latēt. n. iterdū latrūculi in nemorib⁹ q neꝙ ꝙ audēt inuadere multos ſimľ ſʒ ſi queꝙ ſolū a ſocietate deuiātē repiūt illuʒ capiūt ⁊ expoliāt ⁊ aliquādo occidūt. Spūalr. fugiētes peccatū ductu xp̄i ⁊ diuine gratie fugim⁹ loca mala ⁊ piculoſa q2 captus i illis occidif. Jō cū ſic xp̄s nos ide p ſuā gratiā educit debem⁹ ipm ſeq ⁊ ſocietatē eiuſ nequaꝙ relinq̄re q2 demoneſ latēt in itinere mundi hui⁹ ſub qbuſdam delectationibus qui nequaꝙ nos pūt offendere noſtram ſocietatē ſequentes. Sed ſi per recidiuū velim⁹ mundi delectamēta querere diabolus aiam capiet ⁊ gratijs expoliatam cōprimet eterna cōfu-
Fig. ſione. Figu. Gen̄. xxxiiij. vbi legim⁹ ꝙ Jacob cū ei⁹ familia redibat de meſopotamia fugiēs a conſortio Labā qui quaſi volebat ei⁹ familiā detinere captiuā Et dū pertrāſiret p terrā Sichimor: Dinna filia Lye relict. parētib⁹ ⁊ fratrib⁹ ſola deſcēdit vt videret gētes regiōis illi⁹ ⁊ ſibi emeret iocalia iuх̄ morē puellaruʒ ⁊ rapta a Sichē rege illorū ⁊ ab eodē violata eſt ⁊ paſſa ſtuprū ⁊ omni tempore cūfuſa fuit. ſpiritualiter. p Jacob ⁊ Lyā vxorē ei⁹ ſubaudi xp̄m ⁊ eccliā. p Dynnā filiā eoꝝ intellige aiaʒ his parētib⁹ regenerataʒ reducūt hanc filiā hi parētes de manu diaboli q p pctm̄ cōaf ipſaʒ detinere captiuā. ſed dum ſic cū parentibus tendit ad terraʒ natiuitatis ſue. i. ad celū trāſit p ſichimā q̄ interpretaf laborioſa. ⁊ bene ſignificat vitam pn̄teʒ q̄ requiē nullaʒ nouit: ſed affecta aia miſera rerū iocaliū. i. delectationū relicta xp̄i ſocietate deſcēdit ad mūdi caduca ⁊ inuēto ibi ſichē. i. diabolo p̄ncipe mūdi huius capif ab eodē ⁊ violaf. quia pudicitiā quā xp̄m ſequēdo per pniaʒ acqſierat diabolus cōculcat. ⁊ ſic viliſſima atqꝫ abiecta ⁊ cōfuſa remanet expoliata gratiis ⁊ vulnerata pctis. Aug. in ſolilo. Jpſi domine obſeruauerūt me ⁊ vidētes me ſine te deſpexerunt me. diuiſerūt ſibi veſtimēta mea quib⁹ ornaueras me ſub pedib⁹ ſuis cōculcauerūt me ſe Aug

ribus peccatoꝝ polluerũt tẽplũ tuũ poſuerunt me deſolatũ tota die merore confectũ. Ibaz poſt eos cecus nudus ⁊ illaqueatus funibus peccatoꝝ.

£ q Ui nutriebant i croceis amplexati ſũt ſtercora. Tren. iiij. Si quis vellz contra naturã porcũ nutrire dli cato cibo: ⁊ põere in lecto ebur neo porcuſ nullaten⁹ pateretur. Maz inuẽto luto vl ſtercore: ſta tiz in illa imergeret. eo ꝙ hec ſi bi naturalia ſũt. ſpiritualr. pec cator peccata frequẽtans ⁊ ite rãs ⁊ ꝑ longã conſuetudinez in illis imorãs fecit ſibi quaſi con tra naturã ñ peccare. Jdõ ſi qñqꝫ aliquo interuallo pñie occuren te peccare deſiſtat: modicũ ꝑſeue rat: quia ſtatiz ſue cõſuetudinis neceſſitate coactus ad ſolita in clinat. ⁊ ſpreta pñie pulchritu

Fig. dine ad ſterc⁹ pcti deſcẽdit. Fig. ĩ nume. xi. vbi legim⁹ ꝙ filij iſrl abhorrebãt mãna qđ erat eis ce litus datũ ⁊ dicebãt. Anima no ſtra nauſeat ſup cibo illo leuiſſi mo vtinã eſſemus in egypto vbi porros ⁊ cepe ⁊ alia comedeba mus. Nam ꝑꝑ longã morã quã ꝯxerant in egypto nõ ſapiebant niſi egyptũ: ⁊ ꝓpt apetitũ aleo rũ ⁊ cepe ſpernebãt mãna conti nẽs oẽm dulcedinẽ. ſpiritualit: iſte populuſ denotat peccatoreſ diu in cecitate peccãti demoran tes qui oculos egros hñteſ ⁊ pa latũ nõ ſanũ guſtata pñie gra: ⁊ viſa idulgẽtie luce ferre nõ pñt nec in illis qeſcere: dũ ſe vident ꝑuari voluptatib⁹ abhoiant mũ da vt amplexib⁹ teneant putri da peccata qb⁹ velut funib⁹ liga ti trahunt qſi natura. vñ Gre. Gre. in quadam omel. vſitata culpa obligat mẽtẽ vt nequaqꝫ ſurge re poſſit ad rectitudinẽ conatur ⁊ labitur. qꝛ vbi ſpõte ꝑſiſtit ibi ⁊ cum noluerit cadit.

r Ecipiẽs retro nõ ẽ apt⁹ regno dei. Luc. ix. Fugi ens gladiũ inimicorũ ſp debet oculos habere ad viã per quaz gradit ⁊ ad terminum ad quez tẽdit. nõ aũt ad terminum a quo receſſit. Nã voluens ſe re tro aut euz ſtare aut ſi procedat oportet eũ cadẽ ⁊ in vtroqꝫ gra du ꝑſequẽtes appropinquãt ad eũ ⁊ ſic eſt in periculo. Spũalr. penitẽtes fugiũt gladiũ diabo li pctũ. ſ. idõ ſemꝑ ãte oculos ha bere deb ẽt viã pñie ⁊ terminuz ad quẽ ꝓperãt. ſ. vitã eternã. qꝛ cogitãtes ⁊ oculis cordis contẽ plantes eterne vite dulcedinez: auidiores efficiunt ad mũdi fu gã. Nõ dꝫ penitẽs aliqñ reſpice re retro ꝑ delectatiõis ꝑterite re cordationẽ. qꝛ tũc diabolus iſe quẽs nos cito caperet ꝑ ꝯſenſũ ⁊ ſic ibi remanerem⁹ captiui. Fi Fig gu. Ge. ix. vbi legim⁹ ꝙ cũ dñs vellet ſubuertẽ Sodomã ⁊ Go morram ꝓpter illoꝝ ciuiũ iniq

tates: angelus precepit Loth ⁊
vxori ⁊ familie illi⁹ vt exirẽt in
de ⁊ ſaluarent̃ in monte qđ oẽſ
ſic fecerũt ⁊ ſaluati ſunt excepta
vxore Loth q̄ dũ fugeret voluit
ſe retro ⁊ verſa eſt in ſtatuã ſaliſ
Spũalr. dñs vult punire peſſi-
moꝝ peccata. Sic. n. exigit ſue
iuſtitie rectitudo. ꝓcepit ãt cupiẽ
tibus ſaluari vt a ꝑtis recedãt
ꝑ viã pñie ⁊ ſaluent̃ in mõte dñi
ſ. in celo. nõ debẽt retro reſpicer̃
ꝑ peccati recidiuationẽ ſꝫ recto
tramite penitudinis ꝑficer̃ iter
inceptũ. ſic eniꝫ ꝑueniet ad mõ
tẽ eterni gaudij in quo bñ placi
tũ eſt deo habitare cũ ſanctis. ſꝫ
ſi anima miſera retro reſpiciat
ꝑ deſideriũ ⁊ affectum reꝝ mun
dialiũ vertit̃ in ſalẽ. ⁊ efficit̃ ter
ra ſterilis i qua nullũ viride pe
nitus ampli⁹ naſcit̃ ꝑtinens ad
virtutẽ. pſ. Poſuit terrã fructi
ferã in ſalugineẽ. Ergo nõ eſt re-
ſpiciendũ retro ꝑ delectationeꝫ
peccati. poſtq̃ꝫ receſſim⁹ ꝑ pñiaꝫ
a peccato. qꝛ hec de⁹ nimis ab-
Aug. horret. vnde Augu. ad quẽdam
comitẽ nullũ ſcelus corã deo taꝫ
abhominabile ſit q̃ꝫ ꝑterita pec
cata vni cuiq; veſtrum dimiſſa
reminiſcendo gaudere ⁊ inde
exultare.

De Religioſis.

A Sti ſunt viri potentes.
i Geñ. vi. Uirt⁹ ⁊ potẽtia
ſeu fortitudo in hoie co-
gnoſcit̃ ⁊ mẽſurat̃ ꝑ agreſſium ⁊
obtẽtũ alicui⁹ difficillimũ: nam
vincens ⁊ ſuperãs debilẽ ⁊ ier-
meꝫ ñ cenſet̃ fortis: ſꝫ preualẽs
contra fortem ⁊ munitũ hic ꝓ-
bus nũcupat̃ ⁊ audax. vt patet
de Dauid contra Goliã. Spũa
liter. inter omnia mũdi difficili
ma obtinenda generi humano
ẽ ſacra ſcriptura. Ad illã eni ex
natura nõ poteſt attingere hũa
ne mentis acies. Sed diuinit⁹
iſundit̃ captiuantib⁹ proprium
intellectũ in obſequiuꝫ xp̃i. Re
lictis ergo grauaminib⁹ mũdi
⁊ corporalib⁹ reb⁹ q̄ ſuis ponde
ribus ſpirituꝫ trahunt ad yma.
Intellectus ſit agilis ⁊ potẽtior
vt aſcẽdat ad contemplationis
altitudinẽ: ⁊ illam rapiat. vt pa
tet de veris religioſis qui depo-
nentes carnis voluptatẽ veraꝫ
caſtitatẽ ſeruant expulſa cupidi
tate paupertatem voluntariam
ſectant̃ negãtes volũtatem pro
priam tenent obedientiã. Hi er
go fortes facti ⁊ agiles vt dixi-
mus de ſinu diuie cõtemplatio-
nis exhauriũt dei ſapiẽtiã. Fig. Fig.
ij. Regũ. xxiij. vbi legim⁹ q̄ꝫ cũ
Dauid deſcẽdiſſet ad conſulẽdũ
dominum ſitiuit aquã que erat
i ciſterna iuxta portã Bethleẽ
quod videntes tres viri fortiſſi-
mi ſocij ſui tranſierunt per me
dium exercitus philiſtinoꝝ qui
vſq; ad illum locuꝫ caſtramẽta-
ti erant. ⁊ non ſunt paſſi aliquã
leſionem ab hoſtibus. ſed hau-

rientes aquam iſtam detulerūt Dauid: qui tamē illā bibere no luit: ſed libauit eā domino corā oi populo. Spūaliter. Dauid qui deſcendit ad conſulendum dnm ſignificat religioſum q relictis vite preſentis cōmodis deſcendit ad excuſationē conſilij qui ait. Vade τ vende oia q̄ poſſides τ ſequere me. Hic igit ſitit aquā de Bethleem.i.ſcientiam ſacre ſcripture. Bethleem .n. interpretatur domus panis τ ſacra ſcriptura dr̄ archa ſpūalis preſens qui.ſ.de celo deſcendit: tres viri fortiſſimi: tres ſūt virtutes iaz dicte.ſ. paupertas: caſtitas: τ obedientia. vna queq; enim difficilis eſt: τ fortiſſima ad ſaluandum. Sed q2 predicte tres virtutes hominē expoliant ab oneribꝰ mūdi facilit perducūt ad ſacre ſcripture ſenſum: nec valet cōtradicere philiſtinoꝝ exercitus.i. tentatiōes promouentiū. Nam his polléſ virtutibuſ nihil habet qd̄ a diabolo poſſit impediri. Sed vide q2 aquam obtentam non bibit Dauid: ſed libauit eam dn̄o coram pplo: q2 cū religioſus ſciētiā obtinet ſacre ſcriptur̄ nō dz illam ſibi ſoli aſcribere: τ ſibi tātum bibere cum ſit donuz dei. ſed dz iſtam effudere corā pplo xp̄iano vt ex illa bibant ſcitientes aie: τ hoc eſt facere libamē ſcriē corā deo.ſ.ſciaz a deo accepram audictibꝰ impartiri. alioqn diuinā incurreret indignatiōnē: q diuinam ſciam petētibus denegaret. vn̄ gloſ. ſup illo euāgelij. Qui gratis accepiſtis gratis date ſic dic̄. Qui ſciam a deo gratis acceptā dare ꝯtēnit i extremi iudicij examine a deo merebit̄ merito maledici: quia maledictꝰ diſpenſator auarꝰ cuius largus eſt dominus. Glo

Expoliaui me tunica mā c can. v. Signū magni amoris eſt qn̄ quis veſtez propriam extrahens amico ſuo τ ſocio donat illam: τ veſtem ſocij ſibi induit. Nam quātūcūq; alia exteriora donaria ſibi mutuo donēt: donū ꝓprij veſtimēti ſignū indicat alteriꝰ amoris. Spūalr̄. ſignū magne dilectionis iter deū τ nos ē qn̄ ipe iduitur veſtīmēto nr̄o ſeu tunica noſtra quam nos illis donamꝰ: τ ea ipm veſtimus. Hec.n. tunica eſt ꝓpria volūtas. Quātūcūq;.n. amore xp̄i expoliemꝰ nos bonis exteriorib9 nihil ē illd̄ niſi nos hoꝝ deponamꝰ affectuz. Et q̄tūcūq; magne ſint facultates τ volūtatē hūdi deponimuſ omnia xp̄o donamꝰ. vn̄ Caſſiodorus libro octauo. Nemo ē q nō hz quod dimittat vniuerſis renunciauit facultatibus mundi qſqs affectū poſſidendi eas radicitus amputauit. Fig. p̄ma Reg. xviij. vbi legimꝰ q Iona

Cas.

Fig.

thas exuit ſibiipſi tunicam ꝓp am: ⁊ donauit eam Dauid ⁊ cõ glutinata eſt aĩa Jonate anime Dauid: nõ obſtãte ꝙ Saul pat eius odiret Dauid. Spũaliter. per Jonatam qui iterpretaꝛ co lumba pulchra ſubaudi puerũ religionem intrantem. Cui' dĩ colũba ſimplicitas. Iſte nanqꝫ nõ obſtante ꝙ natus ſit mundo carne ⁊ ſanguine: cui qdẽ mun do xp̃s odioſus eſt. nihilomin' poſtpoſita' mũdi ⁊ ſuoꝝ ꝓgeni toꝝ facultate expoliat ſe volun tate ꝓpria: ⁊ illã tradit i manuſ xp̃i: ⁊ ꝯglutinaꝛ amoris ꝯglu tino aĩa ei' aĩe xp̃i. ⁊ ipẽ xp̃s re induit illuꝫ tunica honoris: qꝛ ſecũ i iudicio ſedebit: qñ veniet mũdũ iudicare iſte q ſecut' ẽ vo

Gre. lũtariã xp̃i paupertatẽ. vñ Gre. i omel. ſup illo v̾bo. Uos q relin qſtis oĩa. Quiſqꝫ ſtimulo amo ris excitatus ħ poſſeſſa relinq̃ rit. illic ꝓculdubio iudiciariã poteſtatẽ obtinebit: vt ſimul iu dex tũc cũ iudice veniat q nunc cõſideratione iudicij ſeſe volun taria paupertate caſtigat.

C a Apparuerunt tres viri. Geñ. xviij. Nõ fit men tio ſeu cura magna ſi vi deanꝛ viri: niſi videanꝛ cũ ma gna aliq̃ ſtrenuitate. hũanũ. n. ẽ viros videẽ: ſꝫ cũ v̾tutib' iſolitꝫ viros videre admiratiõẽ adu cit. Jõ nõ eſt caſſum dictũ ꝙ ap paruerũt tres viri. ſ. Abraãe: qa in forma qdẽ apẽtes: erãt tñ an geli. Jõ fuit admiratio. ſpũalr. admirationẽ nõ modicã dꝫ idu cere hũana cognitio ꝙ iter tot aduerſa mundi viri religioſi lo quẽdo de pfectis ⁊ boniſ ducãt vitaꝫ q̃ſi angelicã cũ ſint hoĩes. Cum. n. totus mundus poſituſ ſit in ruina maligna. i. in malo igne: ipſi nõ igni vniunꝛ. Cum. n. mũdus iſte ſit plen' cõcupi ſcentia oculoꝝ p auaritiã ipi ſer uant paupertatẽ. Cũ mũd' plen' ſit ꝯcupiſcentia carnis p imun diciam ipſi ſeruent caſtitatem. Cũ mũdus tot' ifect' ſit p ſuper biam: ipſi ſeruent humilitatem obediẽtie. Jõ de' dedit illis oẽꝫ ſapientiã ⁊ ſciam. Figu. Danil. Fig. .i. vbi legimus ꝙ cum filij iſra el eſſent in captiuitate babylõiſ prepoſitus legis elegit tres pu eros ex filijs iſrael: in qb' nul la erat macula. qui poſt tres an nos docti ligua caldaica: ⁊ plẽi ſcia ſtarent in ꝯſpectu regio: et ſic factũ eſt. Et qꝛ nõ erãt ꝯtami nati cibo babylonico: dedit eis de' ſciam ⁊ ꝓplexitiam. Spũalr. vita preſens dĩ captiuitas ba bylonis: qꝛ multipliciter hõ in ipſa capiꝛ ⁊ confundiꝛ. Jn hac. n. vita populus fideliũ eſt ca ptiuus quouſqꝫ a cordis vincu lis libereꝛ ex filijs iſr̃l. i. ex po pulo xp̃ião ꝓpoſit' regis xp̃i. i. ſpũſſanct' eligit tres pueros. ſ. ꝓdicatoꝝ minoꝝ ⁊ heremitarũ

ordines:qui pure ⁊ ſine macſa viuẽtes nõ ſunt cõtaminati acti bus babylonicis.ſ.ↄcupiſcẽtia carnis:ↄcupiſcẽtia oculoꝝ:⁊ ſu perbia vite. Loquor.n.de perfe ctis ⁊ bonis q profecerunt i re ligione:nõ autẽ de his qui defe cerunt. Jõ deus dedit illis donũ intellect⁹ſacre ſcripture.didice runt.n.linguã caldaycã.ſ.ſen ſum,pphetaꝝ ⁊ legis vt ſciãt op time cõcordare antiqua noniſſi mis:⁊ pplm p viã ducere ſaluť Sed ↄpletis.iij.ãnis cõſpectui regio preſentabunť.ſ. qui cõſu matis trib⁹magnis q̃s ſeruant perfectionibus.ſ.pauptate:ca ſtitate:⁊ obedientia:qbus qua ſi angelis ↄparãť. Jpſi pter co ronã q̃ talibus dať: obtinebũt aureolã doctoꝝ xpo pñtati i re

Aug gno celeſti.vñ Aug.ad mõicã. Noui inquit nõ mediocriter eẽ felicem qui ſe ſaluat dño adiu uante.ƺ noui mlto magis bea tiorem eſſe qui ſecum alios du cit ad vitam.

D m Ultiplicabo ſemẽ tuũ ſi cut ſtellas celi.geñ.xx ij. No.ꝙ i celo ſũt ſtelle fixe.ſ.in firmamẽto. Sũt.n.ſič clauus i rota:⁊ nõ hñt motum aliũ niſi motũ ſui orbis.Sũt et alie que vocanť erratice ſũt pla nete q̃ alium motũ hñt preter q̃ motuƺ,ppꝛij orbis. Et lƺ iſte ſtelle ſic mobiles ſint:tñ ſuã iflu entiã ſup terrã hñt:nec ſupflue mouenť motu,ppꝛio.vñ ẽ ꝙ in terdũ videm⁹quendã motũ va poꝝ qui videnť ſtelle ſed ñ ſũt. nõ.n. in aliqua celeſti ſpera ſũt ſed ſunt infra ſperas actiuoruƺ ⁊ paſſiuoꝝ q̃ƺq̃ƺ appareãt ſtelle: cuius ſignũ eſt:q2 i ſe mox eua neſcũt. Stelle aũt vere in perpe tuũ manẽt. Spũaliter.ſtelle ce li denotãt religioſos quos de⁹in ſuis ordib⁹q̃ſi i speris ſuis mul tiplr ordiauit ⁊ colocauit: ⁊ ad pſa ⁊ diuerſa officia deputauit. Aliquos.n.ordinauit ad ſacre ſcripture ↄtẽplationẽ q ppl'os iſtruãt illos:doceãt diuina mã data:de qb⁹ Daniel.xij. q edo cti fuerint fulgebũt q̃ſi ſplẽdor firmamẽti:⁊ q ad iuſtitiã erudi unt:multos q̃ſi ſtelle i ppetuas eẽnitates ⁊c. Alij vo ſũt q lƺ nõ moueãť celeſti ↄtẽplatiõe:mo neť tñ cũ hoc neccia ⁊ vtili actio ne viſitãdo.ſ.pſonas ſeculares in tribulatiõib⁹plurimis pben do ↄſolationẽ afflictis. Inferẽ do ↄſiliũ deuijs ⁊ reducẽdo pec catores ↄfeſſiõib⁹ſuis. Jnduƺ ẽt,p ſe ⁊ alijſ victũ ⁊ veſtitũ,pcu rãdo:⁊ multas alias actiões ne ceſſarias exercẽdo. Hi ergo lƺ hũc motũ hẽant circa terrẽa: ñ tñ eſt ſupflu⁹: qm̃ neceſſaria eſt Martha marie. Sunt.n. vere ſtelle.i.veri religioſi:⁊ hñt iflueẽ tiã ad bonũ cõe multa opa mĩe exercendo. Sed vt dicebať ſũt qdam vapores terreſtres q vi

dentur ſtelle τ nõ ſunt: q2 qdaʒ portãt religiõis habitũ: religio ſi ṽo nõ ſunt: q2 coꝛ τ affect⁹ nec eſt in altioꝛi ſpera ɔtẽplatõnis: nec eſt in alijs ſperis ſctẽ actionis. ſed ſolũ infra ſperaſ actiuorũ τ paſſiuoꝝ. i. int carnẽ τ mũdũ: vbi nihil aliud inueniꝭ q̃ʒ actio maloꝝ τ paſſio penaꝝ. Nam ibi ois actõ termiaꝭ i paſſionẽ. Iſti ergo nec vt Maria ſũt i celo: nec vt Martha ſunt in terra. Nam licet operareꝭ: tamen dño miniſtrabat. Iſti ṽo tales nõ ſunt ſtelle vere: ſed erratice: q2 nec deo vacant vt maria: nec ꝓximũ ꝓcurant vt martha: ſed ſolũ ſibijpſis vt iudas. Et q2 nõ ſũt in aliquo celo fixi cito inflã-
Fig. mati ɔcupiſcẽtie igne cadũt ſuꝑ terrã τ deficiũt. Fig. Apoc. vi. vbi legim⁹ Joannẽ vidiſſe ꝙ ſtelle ceciderũt ſup terras ſicut ficus qui ſuos mittit groſſos: q nullam in arboꝛe firmitatẽ hñt dũ ſunt imaturi: τ celuʒ receſſit ſicᷓ liber inuolut⁹. ſpũalit. p has ſtellas cadentes ſubaudi pſeudo religioſos quos religio. pict co ꝙ in religiõe nullã hẽant firmitatem: ɔſumata coꝝ malitia quã aliq̃li ſimulatiõe boni coo-periebant: cognoſcũꝭ τ reiciũꝭ τ cadentes i terrã celeſte nõ capiunt p̃miũ: ſed fugit ab eis vt liber inuolut⁹ τ clauſus in quo nunq̃ʒ voluerũt legeꝭ: τ cũ hoc perdũt bõa tpalia q2 ɔperta eorũ nequitia deſpiciunꝭ: eo ꝙ cognoſcũꝭ affectũ poſuiſſe ad ire na: q̃ʒuis p coꝝ geſt⁹ ſimulatos cupiũt reputari celeſtes. Relinquũt ergo diuitias coꝛde: ſʒ nõ mẽte: τ dei iudicio priuãꝭ diuitijs: τ a vero paupeꝝ p̃mio efficiunꝭ penit⁹ alieni. vñ Caſſio. lib. viij. Nil ꝓdeſt pecunias nõ poſſidẽ ſi voluntas fuerit poſſidẽdi. Mirabile ãt ẽ pauptaꝭ a ɔdiũꝭ toleraſſe mala: fruct⁹ ṽo eaꝝ caſſe volũtaꝭ vitio ꝑdidiſſe.

a Scẽdit naui cũ diſcipulis ſuiſ. Marci. viij. In naui bñ oꝛdinata obſeruanda ſũt. iiij. Primo ꝙ p̃ncipalis nauta ñ eligaꝭ ſoꝛte. ſcđo ꝙ p̃ncipali naute oẽs bñ obedi-ant. tertio ꝙ ſinguli naute colloceꝭ a p̃ncipali ad ſingula offã nauis ꝓut melt⁹ apti ſunt. q̃rto ꝙ nullus locũ ſeu officiũ ſibi aſſignatũ moueat ſeu relinq̃t. ſpiritualit. ſubaudi p naui religionẽ. Nõ ẽ. q2 ſicut nauiſ ɔ̃ tra fertili victũ ire ſterili poꝛtat: ſic religio de abũdãtia ſacre ſcripture eſuriẽtib⁹ celeſtia alimẽta miniſtrat. vñ ꝓuer. vlti. Facta ẽ q̃ſi nauis inſtitoꝛis de lõge poꝛtãs panẽ ſuũ. Igiꝭ p̃mo dʒ eligi principalis nauta. ſ. ꝑlat⁹ nõ ſoꝛte carnis vel ſãguis: ſʒ ille q p̃cellit ſcia τ bõitate. ſcđo debẽt tãq̃ʒ patri τ paſtoꝛi obedire. tertio omnes debẽt colocari ad officia ad que apti ſunt. Nõ eniʒ

hauriēda eſt aqua cū ſotularib⁹ non debet poni ydiota ad docē-dū nec prau⁹ ad regendū. ſȝ va lētib⁹ ⁊ ſciētib⁹ debēt iponi offi-cia. dbet.n.etiā vnuſqſq; in lo-co ſibi aſſignato qeſceƒ. videm⁹ eni q̄ i naui ruſtic⁹ ſtat iuxta pa tronū ⁊ pncipalē ⁊ ſupra eū eo q̄ peritior ſit i arte nautica. nec qrendus talis loc⁹ eſt in hac na ui que arta eſt qualis querit in terra q̄ lata eſt ⁊ ſpacioſa. Sic i pposito q veniūt ad ſcāȝ religio nis ſocietatē ex dlitijs ⁊ diuitijſ mundi nō debent faſtidio habe-re pximos ſuos qui ad iſtaȝ ex paupertate venerūt: nec debent dignari ſubeſſe prelato vili ſeu ruſtico ratione cui deus ſniaȝ re giminis condonauit. Poſt⁹ de-bent hūilitatis xpi reminiſci q dū eēt eterni regis fili⁹ non hor ruit iducere formaȝ ſerui ⁊ erat ſubditus Marie ⁊ Joſeph nec talē debēt i religiōe qrere locū honoris ⁊ ſtat⁹ qualeȝ in mūdo habuiſſent: cū ſit ſtricta ⁊ ardua via que ducit ad gloriā. potius n. cor ſuū debȝ ſurſuȝ habere ad cōſiderandū premij magnitudi nē vt terrena vana non querat. Si igiƒ ſic nauis religiōis rega tur ⁊ guberneƒ trāſibit hui⁹ furi bundi maris pcellas ⁊ perueniet ad beate vite tranquillū portuȝ qui ſe ſic religionis nauigio ex

Fig. hibebunt. Fig. Gñ. vij. vbi legi mus q̄ in archa Noe perat vir bonus ⁊ iuſt⁹ cui ſubdebanƒ. tā bruta ad nutū q̄ȝ homies. Ipſe nanq; ſic ordinauerat archā qȝ homines ſuperi⁹ exiſtebāt. poſt hoies vo colocauerat animalia munda: poſt auteȝ imūda ⁊ fe-rocia cū manſuetis ſeſe cōpatie banƒ q̄tūcūq; loca nō haberēt ſpacioſa que in nemorib⁹ habē ꝯſueuerat nec erat rixa inter ea ſed locis proprijs contentebāƒ. Spūalr̄ p archā diuerſis lignis fabricatā ⁊ conglutinatam bitu mine ſubaudi religionē diuer-ſis coadunatā hominib⁹ ⁊ ꝯglu tinatā glutino charitatis. Noe q iterpraƒ reges prelatū ſignifi cat q tā pro ſe q̄ȝ p ſubditis eter nā regem dȝ pricipaliꝰ qrere. hac.n. primo q̄ſita oia bōa adi-ciunƒ illi. p hoies vo ſuperi⁹ cō morātes notanƒ viri ſcia vita ⁊ bonitate pcellentes. p aialia vo manſueta intelliguntƒ ſimpliceſ ⁊ paupes q d humili ſeculi pau ptate ad religionē venerūt. per ferocia vo aialia notanƒ diuiteſ ⁊ potentes q de ſeculi magnitu dine deſcēderūt. Hi igiƒ ſe dbēt oēs mutuo ſuſtinere nec dȝ pau peribus moleſtū eſſe ſi hiis q ex moribus dlicatioribus venerūt ad monaſteria aliud alimētorū aut veſtimētorū daƒ. nec debent diuiteſ d ſuis diuitijs magis ſu perbie illis in obſequio xpi re-lictis q̄ȝ ſupbirēt ſi eius in ſecu lo fruerentur. Sed nota q̄ ani-

malia mūda ab animalibuſ im mundis ſegregant. quia in reli gióe debent praui ꝛ diſcoli a bo nis ꝛ pacificis frīb⁹ ſeparari. de bēt.n. deici ꝛ deprimi per dbitaȝ correptionē ponēdo iferius ne ſua ↄtagióe peſtifera plurimos pdāt. Igit in naui religióis ſu pradictis ſeruatis ſemp oculoſ ad portū eterne vite quo tendi mus dirigere debemuſ ꝛ illuc ve niem⁹ ꝓcul pulſis periculis pro cellaꝝ. vñ Gre. in quadā omel.
Gre Qui celeſtis vite dulcedineȝ in q̄ntū poſſibilitas admittit pfecte cognouerit ea que i terris ama uerat libēter cuncta derelinqt: cōgregata diſpergit inardeſcit i celeſtib⁹ aius nil i terrenis libet deforme cōſpicitur quicqd d ter rene rei ſpē placebat qa ſola ſpe cioſe margarite claritas fulget i mēte.

¶ De Reſurrectione.

A Jdim⁹ dñm. Jo. penul. v lōge maior ē letitia cuȝ hō p⁹ multa pericula ꝛ i ſperata ſeu inopinata ſalute re dit ſan⁹ in pſia q̄ſi domi ſp per ſiſteret incolumis. Exemplū de fi lio ꝓdigo. Maior.n. fuit patri ↄſolatio redeūte filio quē puta bat periſſe q̄ſi ſemper apud il lum māſiſſet. Spūalr. dño nr̄o Jeſu xp̄o moriente i cruce ma gn⁹ fuit diſcipuloꝝ dolor eo qd gaudebāt de ſui pſentia ꝛ illis erat dulce viuere ꝛ cū illo corpo raliter ↄuerſari. vñ dicebat pe trus in oīuȝ diſcipuloꝝ perſona dñe ad quē ibim⁹? v̄ba vite eter ne habes. ſed maior fuit letitia vidētes euȝ reſurrexiſſe a mor tuis quia nōdū ↄformati a ſpi ritu ſancto nūdū plenā habebāt de ratione dñi fidē. qd patet de duobus eūtibus in Emaus qui dicebāt: ſperabamus q̄ redem pturus eēt iſrael: ſed hec eſt ter tia dies. ꝛc. Precēdebant.n. ex v̄bis ſuis quaſi nō eſſe comple tū qd dñs illis d ſua reſurrectō ne pdixerat. cū aūt ipſum vidiſ ſēt: ꝛ cognouiſſēt eū reſurrexiſ ſe a mortuis gauiſi ſūt viſo illo gaudio magno. Fi. Geñ. xxxix. Fig.
Et deinceps vbi legimus q̄ p⁹ vēditionē Joſeph: poſt captiua tionē ꝛ ↄpedes ei⁹: poſt patris ploratū vidētis tunicā ei⁹ cruē tatā: factus eſt dñs ꝛ diſpēſator totius dom⁹ regis pharaōis ad quē frēs ſui accedētes vt cibuȝ emerent non cognouerunt euȝ ipe vo cognoſcebat illos. bibit enim ꝛ comedit cū illis in men ſa ꝛ ſeipſuȝ manifeſtauit illis. ꝛ pr̄ ei⁹ h cuȝ audiuit q̄ſi de gra ui ſomno reſurgēs ait. vadaȝ ꝛ videbo filiū meū. iuit ad ipſum oīs ei⁹ ꝓgenies vt fugerēt ege ſtatē preſentem ꝛ futuraȝ ꝛ ha bitauerūt i terra geſſem. deinuȝ de egypto cum auro ꝛ argento exeūtes peruenerūt ad terrā ꝓ miſſioniſ. ſpūalr. per Joſeph: q interpretat augumētū ſubaudi

xp̄m de q̃ ps df i. ps. Auxit populū ſuū vehemēter. Hic ergo poſt vēditionē a diſcipulo: poſt lacertationē ⁊ cruciationē. ſ. carnis eius reſurgēs a mortuis iā amplius nō moriturus accepit poteſtatem a patre i celo. ⁊ terra. ⁊ fact⁹ ē diſpenſator tā diuine glorie i futurorū gratie in preſēti. Nūc ergo fratres ſui apoſtoli nō cognoſcebāt. ſz mā ducās ⁊ bibēs cū illis ſe eis manifeſtauit: Nūciatū eſt patri. ſ. humano generi i peccato lugēti xp̄m reſurrexiſſe a mortuis. qđ ð graui ſono vāitatiſ ſurgēſ reliqt terrā ꝓprie incredulitatis. ⁊ deſcēdit ad enigmata fidi ꝑ humilitatē. ⁊ habitauit i geſſem que iterpretatur deſideriū: q: recta fides facit noſ deſiderare eternā patriā. quā de⁹ ꝑp noſ ab initio plātauit. demū exeuntes egyptiacā obſcuritatē. i. ſpecularia ⁊ enigmaticā viſionē cū auro ⁊ argēto. i. cum meritis ⁊ ᵭtutib⁹ peruenimꝰ ad terrā ꝓmiſſionis. i. ad clarā ⁊ lucidā viſionē. vbi deū videbim⁹ facie ad faciē ſicuti ē. Igit in die tante letitie q̄ dn̄s nos ð iferno eduxit ⁊ in q̄ triumphans victoriaz fecit ad ipſuz cū fiducia obtinēdi petita accedam⁹. q: ni hil nobis negabit cuz ipſe intendat ſuam nobis letitiā ipartiri. vnde

Au. Aug. in ſermōe paſce. In hac die peccator nō dz de indulgentia deſperare. ſi. n. latro paradiſū meruit cur nō mereatur vel az xp̄ian⁹. Et ſi illi dn̄s cuz crucifigeret miſert⁹ eſt: multo magis huic miſerebit cū reſurget. Nam ſi paſſiōis humilitas homini hoc ꝓſtitit cōfitenti reſurrectiōis gloria quā tribuet ꝓpe ſcēti. Largior. n. ſolet eē ad preſtandum leta victoria q̄ʒ addita captiuitas.

r. Efloruit caro mea. ps. xxvij. Mirabilia ſunt opera nature. florent. n. arbores: germināt ⁊ fructificāt ⁊ matureſcūt fructus eaꝝ ⁊ maturi colligunt. ⁊ p⁹modū ðterminato tp̄e depoſitis folijs videntur arbores aruiſſe. ſed redeūte vere iteꝝ reflorent ⁊ reiterāt ſupradicta. hec eni oia experiētia ītuemur licet motū nature itali bus occulte operantibus minime videamuſ. Sp̄ualiter. quod dictū eſt de arboribus ꝑ quādā ſilitudinē itelligēdū ē de hoib⁹. videm⁹. n. hmōi i rōabilib⁹ arborib⁹ euenire. hec oia. Florēt. n. i pueritia fructificāt in iuuētute. Matureſcūt in ſenectute ⁊ colligunt. ⁊ depoſitis virib⁹ humanis areſcūt ꝑ mortē. verū m aduenīente vniuerſalis reſurrectōnis vere iteꝝ reſurgēt. iob. xiiij. Lignū hʒ ſpē ⁊c. Nec eſt aliud diuine potētie īpoſſibile. Nulla eſt in mundo natio ſane mētis ēt nō credēti euangelio: cui am B

bíguuȝ ſit dñȝ aliquos ante xpi aduētū reſuſcitaſſe. dico creden tib⁹ antique ſcripture. Si ergo deus tunc potuit aliquē reſuſci tare: eodē mō poterit ⁊ oēs reſu ſcitare cū volet. q2 nō ē pl⁹ reſu/ ſcitare oēs apō deū ꝙ̄ vnū. nō plus creare totuȝ mūdū ꝙ̄ vnū paruū lapidē: apud diuinaȝ po tentiam. inducet ergo deus pri ſtinuȝ viroꝛē ariduȝ coꝛpoꝛib⁹ ſimul cū decoꝛe imoꝛtalitatis. ⁊ floꝛebūt de regionib⁹ ſicut fenuȝ terre cū integritate folioꝛum ⁊ fructuuȝ q2 in etate perfecta cū

Fig. formoſitate membꝛoꝛum. Figu ra. Numeri. xvi. vbi de. xiiij. vir gis ſola virga Aarō nocte vna floꝛuit ⁊ folijs dilatatis ꝓduxit amigdalas. Spūalr. per virgaȝ Aaron ſubaudi naturaȝ huma nā cui ſoli competit reſurrectō. Et no. ꝙ ſunt. xiiij. genera crea turarum viuentiū in vniuerſo. Primo ſunt. ix. oꝛdines āgelo ruȝ viuentiuȝ vita intellectiua. Poſt quos gen⁹ humanum vi/ uēs vita rationabili ⁊ ſenſitiua ac etiaȝ vegetatiua. poſt qō ſūt aialia perfecta vt beſtie viuētes vita vegetatiua ſenſitiua ac etiā motiua. poſtmodū ſūt aialia im pfecta motu pꝛogreſſiuo caren/ tia. ⁊ vltimo ſunt plāte ſola vita vegetatiua viuentes. Nullli er go haꝝ creaturaꝝ ꝯpetit reſurr̄ ctio pterꝙ̄ hoi pp filiū dei q fa/ ct⁹ ē hō ⁊ reſurrexit a moꝛtuis. nā ⁊ nulla floꝛuit v̄ga niſi ꝙ̄ fuit Aarō quē elegit dñs ſacerdotē ſibi. floꝛebit igit̄ caro noſtra p⁹ reſurrectionē diuina opante po tētia. vt ſatis ratiōabiliter viſū eſt. vñ Gre. xiiij. moꝛa. pulchꝛe hoc ꝓbās ait. Sūt nōnulli cōſi/ derantes qō ſpūs a carne ſolui tur caro in putredineȝ vertitur ꝙ putredo in pulupereȝ redigit̄ ꝙ puluis in elemētis ſoluit̄: vt neꝙ̄ꝙ̄ ab hūanis videat̄ reſur/ r̄ctiōeȝ fieri poſſe denegāt ⁊ dū arida oſſa reſpiciūt hec veſtiri carnib⁹ rurſū viridеſcer̄ quo ad vitā poſſe diffidūt. q ſi rōnis fi deȝ ex obediētia nō tenēt certe hic tener̄ ex rōne debuerāt. qd̄ n. quotidie niſi r̄ſurectōeȝ nr̄aȝ in v̄gultis ſuis mūdus imitat̄. Nam p momēta cernim⁹ arbu ſta v̄iditate folioꝝ amitter̄ a fru ctuuȝ pululatione poſt largitio neȝ ceſſare. Et ecce ſubito quaſi ex areſcēti ligno velut quadam ratione veniēte videmus folia erumpere fruct⁹ grandeſcere: ⁊ totam arboreȝ viuo decoꝛe ve ſtiri. Gre.

C Uſtodit dñs oīa oſſa eo rū. ps. xxxiiij. Prudēs artifex cōſueuit ſeruare māȝ vaſoꝝ fractoꝝ vſꝙ ad tē/ p⁹ vt iterato reficiat vaſa illa dū tū vaſa ex illa materia r̄fici poſ ſint. Hoc eniȝ agere videm⁹ fa bꝛos aurifices ⁊ alios metalla/ rios. Spūſalr. xps di fili⁹ ſūme

artifex q̄ ꝓ3 ex oi fabrica quaꝫ operatꝰ eſt. Ná oia per ipſ3 facta ſunt: ⁊ vidit deus cũcta q̄ fece/rat ⁊ erát valde bóa. Gen̄.i. vñ Sap.vij. Oiuꝫ.n.ē artifex oēm huĩs v̄tutē oia ꝓſpiciēs. artifex igit̃ iſte taꝫ ſapiens vaſa ſua pe/rire nō permittet q̄z̄ ſint cōfra cta: q2 hoies quos fecit vaſa ho noris ſue gl̄ie capaces ⁊ ſue di/uinitatis ꝯſortes nō patiet̃ oio perire ſed fracturas. ſ. corpus ⁊ animam reſeruās tpe debito re ficiet ꝯiungens illas ſimul i die ſ. iudici ſiue reſurrectōis. ſic.n. ꝯpaginabit ⁊ ꝯiūget mēbra mē bris ⁊ ptes toti q; nil remāebit Fig. enorme. Fig. Ezech. xxxvij. vbi dñs p quādā ſilitudinē v̄tutē re ſurrectionis oſtēdit. Ductus ē igitur ꝓpheta in campo magno pleno humanis oſſibꝰ qui ex p̄/cepto ait oſſibꝰ. oſſa arida audi te v̄bū dñi. ⁊c. ⁊ ſeq̃. ⁊ acceſſe/rūt oſſa ad oſſa: vnū q̄dq3 ad iū cturā ſuam. Et vidi ⁊ ecce ſuper ea nerui ⁊ carnes aſcenderunt: ⁊ extenſa eſt in eis cutis ⁊ ſpūꝫ non habebāt. Et dicit dominus ad me. vaticinare filij hominis ⁊ dices ad ſpūꝫ. A q̄ttuor vētis veni ſpiritꝰ ⁊ ſuffla ſup mortuoſ iſtos ⁊ reuiuiſcāt. ⁊ ꝓphetaui ſi/cut p̄ceꝑat mihi. Et reuiuixerūt ſteterūtq3 ſup pedes ſuos exerci tus nimis grādis valde. Spiri tualiter hec viſio ſatis aperte in dicat reſurrectionē mortuoꝝ vt p oſſa q̄ ꝓpheta vidit in campo ītelligātur omnia humana cor/pora q̄ tumulata manēt in vni/uerſo mūdo ſuis ſpiritibꝰ denu data. Cū v̄o venerit dies illa in qua filius hominis cui datuꝫ ē iudiciū facere ſuam vocebit po/tētiā tūc q in monumētiſ ſunt: audient vocē eius. Et tūc terra mare ⁊ īfernus dabūt mortuos ſuos a q̄ttuor ventis terre. ſ. ab oriēte. Illos videl3 qui circa or tū ⁊ infātes mortui ſunt. A me/ridie. ſ. qui iuuētute deceſſerūt. Ab aqlone. ſ. qui vſq3 i ſenectu/te vixere ⁊ ab occidēte. i. qui ad decrepitam etatem peruenīētes defecerūt. ⁊ ſic reſurgēt mortui puſilli ⁊ magni ſtabunt añ tro/nū iudicis. vt eū ſuis corporibꝰ vnuſqſq3 accipiat mercedē iux̄ ſuū laborē ⁊ diua iuſtitia occio/ſa nō dormiet ſup his q paſſi ſt īnocēter ⁊ nō acceꝑerūt merce/dē. vñ Damaſce. li. iiij. Si inq̄t Da. reſurrectio nō ē. deꝰ nō ē. nec p/uidentia eſt. tūc caſu oia ſeruāt̃ ⁊ agunt̃. videmus.n. plurimos iuſtos eſuriētes ⁊ iniuriā patiē tes: pcōres āt ⁊ iniuſtos diuitijs ⁊ oi voluptate bñ abundātes. ſ3 qs vnq̄z hoc iuſti iudicij vel ſa/piētis ꝓuidētie opꝰ bene ſentiēs ſuſpicabit̃? Erit ergo reſurrectō Juſtꝰ.n. dñs ⁊ his q ꝯfidūt i eū mercedis retributor erit. h dā.

q Uis dabit mihi pennas ſicut columbe ⁊c. ⁊ re. D

ps.liiij. Columba ſua induſtria cognoſcit aeris turbinē ꝓxime futurā vñ flicto agro fugit ad alta mōtiū. ⁊ ſaluat ſe in petra quouſqȝ redeat trāqlitas: Et tūc trāſacto turbine ſecura redit ad agꝛ. Spūalr columba denotat aiaȝ ſancti viri ꝓpter ſimplicitatē ſanctā ⁊ bonoꝝ operū fecunditatē. Cognoſcit. n. ſe penitus a corpore ſperādā per mortem hūanā. Jdeo vt fugiat turbinē ⁊ pericula mortis aliſ amoriſ ⁊ timoris dei volat ad alta ꝯtēplatōis celeſtiū. Quib⁹ coadiuta nō tiet mortē hūanā: qꝛ ſe ſpat ſemp meli⁹ accepturā. ſtat ergo in foramie petre. i. cū xp̄o ſepa rata a corpoꝛ i celis. ṙditura tñ terminato turbīe vite pn̄tis ad

Fig. corp⁹ qꝺ reiduet īmortale. Figu. Gene. viij. vbi legim⁹ ꝙ columba emiſſa ab archa. viij. die reuerſa ē cū ramo oliue virētis. Spūalr. aia ſācta egreſſa de arca. i. ꝺ vita mortali ꝑ diſſolutionē corporis ei⁹ redibit i die reſurrectōis vniuerſalis cū carne ſua viroꝛe īmortalitatis īduta.

Sen̄. Sen̄. epl̄a. xxxvi. Deſinūt ī quit iſta nō pereūt ⁊ mori pertimeſcim⁹: ⁊ recuſam⁹. mors itérimit vitā ñ eripit. Veniet inqt iteꝝ q i hac luce noſ repōet dieſ equo aio debes rediturus exire. obſerua, orbē rerū in ſe remeantiū. Eſtas abijt ſed alter annus adduxit. Hyemſ cecidit referēt illaȝ ſui mēſes. ſolem nox obruit illam dies ſtatim abigit.

I Hi vidētes ſic admirati ſunt. con. ſunt. cō. ſunt. t. a. eos. ps. xlviij. hoīes putantes cōcluſiſſe hoſtē ſuum ⁊ letātes de victoria: ſubito deuicti ⁊ delitijs ſtupore replēt ⁊ tremore deficiūt. ⁊ eſt rō. qꝛ mutaȝ ſubito ab extr̄mo ad extr̄mum nulla pōt eē ꝓuiſio nec adhiberi ꝯ leſionē cautela. Spūalr. tꝑe paſſiōis xp̄i putauerūt iudei ſe xp̄ȝ ꝯcluſiſſe ⁊ penit⁹ oēs virtutes eius extinxiſſe. vidēteſ eū verū hominē pati ⁊ mori in cruce. Jdcirco corp⁹ ei⁹ poſuerunt ī monumēto adhibita ad illꝺ militū diligenti cuſtodia. vt p⁹ tertiā diē inuēto in ſepulchꝛo corpoꝛe ꝓbarēt xp̄m nō predicaſſe veꝝ ꝺ ſua reſurrectione. Sȝ cuȝ hec iudei crederēt ⁊ voce ac corde affirmarēt. ⁊ cuſtodiētes ſepulchꝛū circūdaſſent xp̄ȝ detinere putātes ipſi illuſi ſūt: quia dn̄s fortis ⁊ potēs ꝯfractis portis ereis ⁊ ianuis mortꝭ deſtructꝭ exiuit de ſepulchꝛo ⁊ deſcēdit angel⁹ dn̄i vt fulgur de celo ⁊ adeo tabefecit cuſtodes vt fierent velut mortui. Qꝺ audientes prin Fig. cipes iudeoꝝ turbati ſūt ⁊ repleti ſunt ſtupore ⁊ extaſi. Fig. iud. xvi. vbi legim⁹ ꝙ fortis Sanſō adamauit mulierē meretricē q̄ erat i Gaza. ⁊ cū igreſſus fuiſſȝ ad caȝ philiſtini circūdederunt

domum ⁊ poſuerũt cuſtodes vt mane facto occiderẽt illũ. Dormiuit igitur Sãſon vſq; ad noctis mediũ ⁊ inde ꝯſurgens apphendit ambas porte foras cũ poſtib⁹ ſuis ⁊ ſerra impoſitas que in humeris ſuis portauit ad verticez mõtis. Spũalr. Sanſon quem angelus naſciturũ nũciauit xp̃s denotat quẽ nũciauit Gabriel. Hic igitͬ dãnauit mulierez meretricem per quaz ſubaudi humanaz naturam de qua ſcriptũ eſt. Hier. iij. Tu autẽ fornicata es cum amatoribus tuis tamẽ reuertere ad me dicit dominus. Intrauit igitur in Gazã q̃ interpretatur diuidens eum qꝛ xp̃s in hanc vitã deſcẽdẽs manens idez diuiſus eſt in multa: vt nos deo vniret. quia ſe naſcẽs dedit ſocium ꝯueſcens in edulium: ſe moriens in precium: ſe regnãs dat in premium. Igitur tẽpore paſſioniſ dñi obdormiſſet p mortez philiſtini ideſt phariſei fecerũt circũdari domũ ideſt ſepulchꝛ muniri ⁊ cuſtodiri putãtes vt dictuz eſt coram mundo xp̃z extiguere ⁊ ipſius denigrare v̾tutes: ſed poſt mediã noctẽ ꝯſurgẽs morſa morte ⁊ via patefactã vite aſcẽdit in mõtẽ in quo beneplacituz eſt ei habitare cũ ſãctis ſuis. Et hoc fuit i die aſcenſionis eiuſdẽ quando aſcẽdẽs in altum captiuaz duxit captiuitatez. Et ſic fuerunt phariſei deluſi. quia vnde crediderãt dominicaz extinguere ⁊ occultare reſurrectionis virtutẽ illi ipſi⁹ penitus virtutẽ approbauerũt. vñ Auguſtinus in quodam ſmõe de reſurrectionis. Nam vt taceaz prophetaruz oracula angelorũ miniſteria apta ſepulchri penetralia ipm dñz poſt orõnẽ cũ diſcipulis loquẽtẽz. Cõuerſantez edentẽ: Thomã quoq; clauorũ vulnera ẽt digito ꝯtantem., vt hec oĩa ꝑtermittã. tñ nr̃am confirmat fidẽ impietas iudeoꝝ. nã ſufficit ad crudelitatẽ nob eoꝝ nimiũ cauta crudelitas. quo. n. diligentius cuſtodierunt tumulũ eo ꝯſtat illũ manifeſti⁹ reſurrexiſſe quo plures teſtiũ relinq̃re. Nã hoc ꝓcurauit diuina ꝓuidentia orõnis dñice nõ ſoluz angeli nõ ſolũ diſcipuli ſed ⁊ teſtimoniũ perhiberent quod amplius eſt inimici. Aug

¶ De Sacerdotibus.

Offeretis nouũ ſacrificiũ dño. Leui. xxiij. Si qs ſeruus ꝑſentaret alicui magno ꝑncipi mun⁹ ſordidũ ⁊ imũdũ. vnde ſperabat ꝑmium, ꝑ forte reciperet detrimẽtũ. cõſueuit. n. liberalis dñs bñ ſibi bõa donãtibus redonare. Spũalr. ſi miniſter dei. ſ. ſacerdos q obz deo offerre animas mũdas fideliũ ab omni ſorde peccati ꝑ ſuẽ t⁹ pigritia ⁊ iertia: deo aias imũdas ⁊ ſordib⁹ plenas v̾bo ⁊ exẽ a A

p̄ls nō purgabit: deo nō erit acceptus nec in celo mercedē accipiet. Si autē iſtāter laborabit moribus et doctrina ducere peccatores per pniam ad ſtatū gr̄e ſalutaris, p̄nceps xp̄s ēt regnū qḋ penitēs obtinebit. illi ēt feliciter impartietur. Figura. Le. vij. vbi legim⁹ q̄ cū ſacerdotib⁹ portabat̄ a populo ſacrificiū ꝓpitiatōis: ipſi ſacerdotes portionē ſacrificij pro ipſoꝝ vita recipiebāt. Et notādū q̄ ſacrificiū ꝓpitiationis erat illud. Nam cum peccauerat hō portabat aliquod animal ſacerdoti ſecūdū quod melius poterat iuxta facultatē ſuā. Et ſacerdos offerebat illō deo pro peccatis illius. vt de⁹ illi ꝓpitiaretur: verūtamen retinebat ſibi ſacerdos portionem ſacrificij pro vita et in hoc cōſiſtebat totum ſtipendium ſacerdotis. Spiritualiter. officiū ſacerdotū xp̄i eſt deo recōciliare pcōres orationib⁹: inſtructionib⁹: exēplis et doctrinis. et illos reddē deo renouatos et mūdos per pniam. et in hoc cōſiſtit eoꝝ premiū vt dictū eſt. Nā ſi ex hoc nō accipiāt corā deo ſtipendium et mercedē ſciant ſe fame perif vl' perituros in eternū. nā pcōꝝ reꝓpitiatio ē tota ſacerdotis merces et remūeratio. vñ Orig. ſup Leui. ſi aſſūpſeris pctōrem et monēdo docēdo orādo. iſtruēdo aduxeris eū ad pniam ab erroꝛib⁹ correxeris. a vitijs emēdaueris et effeceris eū talē vt eo ꝯuerſo ꝓpitius fiat deus ꝓ delicto ꝓpiciaſſe dicer]. Si ergo talis fueris ſacerdos: et tal' fuerit doctrina tua et ſermo tuus. parſ tibi datur eoꝝ quos correxeris vt illoꝝ meritū tua merces ſit et illoꝝ ſalus tua ſit gloria corā deo et ſubdit ibidē. Intelligant ſacerdoteſ domini vbi eſt eiſ data portio: et in hoc docēt atq̄ in his operā dent nō ſe inanibus, et ſuperfluis actibus implicent. ſed ſciant ſe in nullo alio premiū habituros apḋ deū: niſi i eo q̄ offerūt ꝓ pctīs. i. q̄ a via mala auerterint peccatores.

Dice comoda mihi tres panes. Luce. xi. B

Quia continue fit conſumptio humidi radicalis per actionem caloris naturalis in humano corpe. Jdō hō quottidiano cibo dr̄ indigere. ſpūaliter q: in aīa nr̄a fit continua obliuio mandatoꝝ dei et eloquioꝝ eius p cecitatē et grauedinē carnis. Jdcirco indigem⁹ cōtinua refectiōe cibi ſpūalis. i. v̄boꝝ ſacre ſcripture. Quā qdē parata dz hr̄e ſacerdos dn̄i. Cui⁹ officiū ē hui⁹ panē eſuriētib⁹ dare: q: ipſi p reuelationē diuini eloquij adeo debēt accepiſſe qḋ ipſi alijs largiāt. vñ dn̄s. vos dixi amicos: q: oia q̄ didici a pr̄e meo nota feci vobis. Fig. Nu-

me.vi.vbi legim⁹ ꝙ nazarei iter
alia tenebāt in canistro offerre
panē ⁊ ſ3 litteraȝ Orige.dr ꝙ
ipſi habebāt canistruȝ ſanctū in
quo treſ paneſ oblaturi ponebā
tur. Spūaliter. per Nazareos q
erāt singulares in sanctitate no
tātur domini ſacerdotes. qui de
bēt, alios vita ⁊ moribus excel-
lere de quib⁹ ſcriptū eſt. Cādidi
ſci ſūt nazarei ei⁹.⁊c. Hi.n.pa-
ratū canistrū cū trib⁹ panib⁹ hre
debēt qꝛ ſacrā ſcripturā cū trib⁹
expoſitiōib⁹.ſ.lrali allegorica ⁊
morali ſcire debēt vt cū popul⁹
eſuriēs hunc poſtulat panē nō
dormiāt i grabato pigritie. ſed
cuȝ tp̄s eſt miniſtrādi largiant
oibus abūdāter. noſcat.n.ſacer
dos dn̄i ſibi eſſe preceptuȝ.iſay.
lviij. Frāge eſuriēti panem tuū.
Qui ſi hoc neglexerit iproꝑra
bit ei qd in tre. Jere.iiij.c.legit
paruuli petierūt paneȝ ⁊ n̄ erat
Hie. q frāgeret eis. Jō. Hie. ſup age
uȝ ꝓphaȝ ꝓbās h ee offm̄ ſacer
dotū ſic ait. Cōſidera inqt ſacer
dotū eſſe offm̄ de lege interroga
tos rn̄dere. Si ſacerdos eſt ſci-
at legem domini. Si ignorat le
gem domini ipſe arguit non eſ
ſe ſacerdotem.

C f Aciēs Aarō veſtē ſctām
in gliaȝ ⁊ decorē vt mihi
fungat ſacerdotio.exo.
xxviij. fulgens veſtib⁹ p̄cioſis ſi
mūdas illas ꝯſuat ab oib⁹ ho-
norat ⁊ recipit i domib⁹ p̄ncipū
ſine ꝓhibitōe. ſpūalr. Sacerdos
dei veſtib⁹ p̄cioſis veſtiri dȝ mori
b⁹.ſ.⁊ ſcia coruſcātib⁹ q̄ſ ſi mū
das ſuet honorifice recipiet in a
trio āgeloꝝ corā p̄ncipe celi. Sȝ
lugubri veſte iduto ꝓhibebit in-
greſſus. ⁊ expellet ide cōfuſus.
mat.xxij. Amice quō huc itra-
ſti n̄ hn̄s veſtē nuptialē. ⁊ ſeqt.
Ligatis māib⁹ ⁊ pedib⁹ ꝓicite.⁊c
dȝ ergo volēs atriū dei itrare cā
dida veſte ornari. Figu. Exodi. Fig.
xxviij. vbi legim⁹ ꝙ magn⁹ ſa-
cerdos iduebat biſſo vſqȝ ad pe
des. Hēbat in capite laminam
aureā. i pectore ſuo habebat rō-
nale. qd erat ex.xij. lapidib⁹ p̄-
cioſis ex q̄ttuor partes diffini-
tū. Sȝ pān⁹ ſuper quo habebat
lapides illi erat duplex vt forti
or eēt. Et habebat humerale bi
partituȝ: ⁊ ſemel tantū in anno
itrabat in ſancta ſanctoruȝ. vbi
apparebat interduȝ dominus.
Spiritualiter. per biſſuȝ q̄ dici-
tur eſſe alba ⁊ candida ſubandi
puritatē ⁊ mūdiciā carnis q̄ dȝ
polere ſacerdoſ vſqȝ ad finē vite
ſue. attigebat.n. hec veſtis vſqȝ
ad pedes qꝛ caſtitatē ſemp dȝ ſ-
uare alioqn videre nō poſſet do
minū nec digne ſumere ſacramē
tuȝ illi⁹. vn̄ Au. ſuper iſto verbo Aug
Matt.viij. Beati mūdo corde
ſic dicit. mūdus dn̄s non niſi a
mūdo corde videri poterit. dȝ i
frōte portare laminā aureā per
quā ſubaudi debitā verecūdiam

⁊ erubeſentiã que dr ↄſeruatrix honeſtatis ⁊ pudicicie. Debȝ habere rõnale i pectore. ⁊c. qꝛ ſciẽtiam ſacre ſcripture q̃ conſiſtit i xij. ꝓphetis diſtinctis ꝑ q̃tuoꝛ euangelia. Pãnus do ſuſtẽtãs debȝ eſſe duplex ne frãgatur. qꝛ q̃ predicat debet opere cõplere quod dicit: ne eius ꝑdicatio cõtemnat̃. dȝ habere humerale bipttīnȝ: qꝛ opera ſacerdotũ qb' ſuppoſuit humeros debẽt i duo diuidi. ſ. in contẽplatiõis regẽ: ⁊ predicationis laborẽ. ſemel tã ni intrabat ſancta ſanctoꝝ qꝛ ſemel. ſ. in fine vite ſue intrabit in regnũ celoꝝ: inde nũq̃ꝫ receſſur' vbi illi deus apparebit facie ad faciẽ. ⁊ ſic appet quãȝ magna ſit dignitas ſacerdotis dei ſi fuet ſe a vitijs mũdũ ⁊ i maculatũ. vn
Cri. de Criſo. de dignitate ſacerdotali lib. iij. Sacerdotij ingt dignitatem aſpice agit in terra ſȝ offiiuȝ celeſtibus negocijs ptinet̃. Non. n. hõ nõ angelus non archãgelus nõ aliqua creatura ñ virtus ſed ipſe ſpũſſanct' homo munus inſtituit atq̃ꝫ ad hec manentes in carne miniſterio ꝑſtitũ fungi angelorum.

¶ De Sacra ſcriptura.

A v Vxoꝛ tua ſicut vitis abũdans. ꝑs. cxxvij. Antiquitus conſueuit hoies habere plures vxores licite. verũ eſt ꝙ illa erat maioꝛ que plures habebat d viro ſuo liberos, vt patet. i. Regũ. i. de ẽ cana. ſpiritualr. Licitũ ẽ fidelib' plures adiſcere ſciẽtias dũmõ ſacra ſcriptura que eſt apud nos fecũdioꝛ ſit ceteris honoꝛabilioꝛ ⁊ maioꝛ oibus. Maȝ ꝑncipalis vxoꝛ erat eiuſdẽ ſtirpis cũ viro vl ſaltẽ eiuſdẽ populi. Sacra eni ſcriptura ⁊ eiuſdeȝ ppli. Sacra. n. ſcriptura ẽ eiuſdẽ ſtirpis cũ fidelib' xp̃anis qꝛ diuinit' iſpirata cetere do hũanit' adinuẽte. Idcirco ſi cũ hac ſpõſa tã nobili ꝓgenie orta nos ptingat hũanas ſtudẽ ſcias: illas debem' illi ſupponẽ. ⁊ apd ipſi' obſequȝ ordiare. Fig. Deut. xxi. vbi legim' ꝙ Fig. cuȝ filij yſrl accipiebant vxores aliẽigẽas: tres ↄditiões obſuar̃ tenebãr̃. qꝛ prio mulier iſta mutabat veſtimẽta. ſcdo ãputabãr̃ ei' ceſaree. ⁊ tertio illi ãputabãr̃ vngule ſuatis iſtis ↄditionibus poterãt illas accipere. nõ aliter. Spũalr. filij yſrl ſũt fideles xp̃i ⁊ ꝑcipue clerici ⁊ religioſi. Horũ igit̃ ꝑncipal' vxoꝛ ſacra ſcriptura ẽ. Hãc. n. ꝑcipue debẽt colere ⁊ honoꝛare. Si aũt ptingat ipſos alias ſtudere ſcias debent ſupꝛadictas tres cõditiões penitus obſuare: prio nãq̃ꝫ debẽt illi habitũ mutare. habit' eni ſciaruȝ vt plĩmum ẽ ſupbia iux̃ qd ait apl's. Sciẽtia inflat. debet ergo ſanct' deponere ſupbiã ⁊ elationẽ ⁊ ſibi aſſumere humilitaꝭ habitum iux̃ doctrinaȝ xp̃i. que

ait Mat.xi. diſcite a me q2 mi-
tis ſum. ⁊.h.c. ſcdo dz capillos
tódere. Capilli vo ñ ſũt va cor-
pis ſubſtantia q2 deciſi nó dolet
corp⁹: ſubaudi p capillos ſupflu
os errores in qbuſdá ſciẽtijs có
tẽtos. Hos penit⁹ reſecare dbe
m⁹ cũ nullaten⁹ ſint de ſubſtátia
ſciẽtie. ſed deciſis remáet ſcia vi
ua ⁊ va. tertio debẽt icidi vngu-
le rapacitatĳ ⁊ auaritie. q2 polẽs
ſciẽtia nó dz illá vendẽ: ſ3 grati
donare. Alioqn nó ſuaret ritũ
filioꝝ yſrl. i. filiorũ xpi ⁊ pcipue
pfectoꝝ rligioſoꝝ qb⁹ dr i eodẽ
euágel. c.x. Gratis accepiſtis
gratis date. his igit̃ ↄditióibus
obſuatis debẽt fideles ſcientias
humanit⁹ inuentas adipiſci ⁊ il
las ſacre theologie ſubdere tãq̃
ſponſe nobiliori. S3 proh dolor
quãplures faciũt econuerſo. q2 ſa
crá ſcripturá inhonorantes tra
hunt in obſeqũ phie faciũt an-
cillá dñaz ⁊ de dña ancillá vnde
Iſid. Iſido. de ſũmo bo. Quid pdeſt
inqt in mũdanis pficere doctri
nis ⁊ caneſcere i diuinis. Cadu
ca ſeq figmẽta ⁊ celeſtia faſtidiṙ
myſteria. Cauẽdi igit̃ ſũt tales
libri ⁊ ppi amorẽ ſanctaꝝ ſcri-
pturaꝝ euitádi q exteri⁹ eloquẽ
tia verborũ vigẽt ⁊ interi⁹ vacui
ſapiẽtia manent. Eloqa aũt ſa-
cra exterius incópta vbis appa
rent. Interius aũt myſterioꝝ
ſapientia fulgent.

Qua ſapiẽtie ſalutaris

potabit illuz. Eccli. xv. In ciui
tate in qua ẽ aque penuria con
ſueuerũt putei claudi ⁊ cuſtodi-
ri vt hora determinata quilibet
accipiat portionez. Spũalit̃ aq̃
denotat ſacrá ſcripturam de qua
ante xpi aduentũ tãta fuit penu
ria vt gentes ex ſiti viderentur
eſtuare. ps. xlij. Sitiuit aia mea
ad deũ fontẽ viuũ. ⁊c. Cooperta
erat q̃ſtuz ad verum ſenſum ſed
adueniente xpo eleuatum ſacre
ſcripture velamen ⁊ patefacta ẽ
aqua vt oẽs ex iſta biberẽt abũ
danter. Figura Geñ. xxxix. vbi Fig.
legimus q̄ erat puteus in araz
in agro cui⁹ os aptũ erat grãdi
lapide. Et iuxta puteũ tres gre
ges accubabant. ad quẽ puteuz
venit Iacob q cũ vidiſſet veniẽ
tẽ Rachel ẽ cũ grege ſuo remo
uit lapidẽ qui erat ſup os putei
⁊ adaq̃uit gregẽ ei⁹. Spi. ſacra
ſcriptura pp ſui altitudinẽ ↄpa
tur puteo. vñ Ber. d ipſa loqñſ
ait. Pute⁹ alt⁹ ẽ ⁊ vñ hauriá ñ
eſt mihi. Erat eniz pute⁹ iſte in
Aram q interpretatur regio ex
celſa qm̃ ſacra ſcriptura erat al
ta pp ocultationẽ ſacroꝝ. Ipſa
erat tumẽs ⁊ grauida xpo ⁊ ſu
p os putei grãdis lapis opiens
aquá: q2 text⁹ litteralis operiens
myſteria. Erát iuxta puteũ tres
greges q2 tres mũdi nationes
hebraica. ſ. greca ⁊ latina. vẽit Ia
cob ad puteũ qñ xpo carnẽ aſſũ
pſit veniẽte Rachele cuz grege

ſuo Jacob diſcoperuit puteꝫ.
No. ꝙ Rachel vxor fuit Jacob
Per Rachelē ſubaudi eccliaꝫ
qua adueniente cū populo ſuo
velamē ſacre ſcripture eleuatū
eſt. ⁊ xp̄i myſteria mãifeſtata ſūt
⁊ fideliū populi aperte que late
bāt intueri poſſunt pertinētia.
Nā ibi reficimur morꝫ honeſta
te ibi intuemur celeſtis vite bo
nitatē vel dignitateꝫ. Ibi paue
mus eterni ſupplicij acerbita
Gre. teꝫ. Gre. ome. vi. ſup Ezec. ſcri
ptura ſacra ſuā oſtēdit ſtaturaꝫ
in edificatione morum. oſtēdit
altitudinē in ꝓmiſſiōe premio
rū. oſtēdit horribilē aſpectū ter
roribus ſuppliciorꝫ. Recta enīꝫ
eſt i preceptis. alta i promiſſis:
terribilis in minis.

Non bibemus aquaꝫ de
C n puteis tuis. Nũeri. xx.
Magna eſt nequitia il
lorūꝫ q fontes vel puteos cōes
peregrinis inficiūt vel deturpāt
qꝛ ſitiētes dū illuc pergunt pu
tātes refocillari aquā nō inueni
unt. Spūaliter. ſacra ſcriptura
eſt puteus ⁊ fons viuus de para
diſo deſcendēs qui cōis eſt oib⁹
volētib⁹ ex ea bibere. Nam ſic
ordinata eſt a deo vt oib⁹ gratis
detꝫ. Iſay. lv. Oēs ſitiētes veni
te ad aq̄s. Et dn̄s ait diſcipulis
loquens de ſacra ſcriptura. Nō
grat̄ accepiſtis grat̄ date. Peſ
ſimi igit̄ fuerunt phariſei ⁊ ſcri
be inficiētes aquā iſtā. ſ. ſacram
ſcripturā ⁊ ꝓhibētes ſenſū eius
ſpūalē ab infidelib⁹ hauriri. Fi Fig.
gura Gen̄. xxvi. vbi legim⁹ ꝙ
philiſtei repleuerāt puteos ter
ra. quos foderāt filij Abraam.
Et cū Iſaac filius Abrae vellet
eos fodere: vt iterꝫ emūderet aq̄:
murmurabāt philiſtei dicentes
cōtra Iſaac aquam illorum eē.
Iſaac autem viſa illorū malitia
locū illū appellauit dilatationē
eo ꝙ tunc dilataſſet eū dn̄s ſup
terraꝫ. Spūaliter. pueri Abrae
fuerūt ꝓphete ſancti qui ex pce
pto ipſi⁹ Abrae. i. dei ſcripſere
multos libros ex qbus ſcaturie
bat aqua vite. ſ. doctria ⁊ ꝓphe
tia hūane ſalutis. Sed peſſimi
phariſei hos puteos repleuerūt
terra. i. terrena cupiditate quan
do ſubuertebāt diuia mādata i
terrenā auaritiā. vt patet de iho
noratione parētum ꝓut eis do
minus iproperat in euangelio.
Volebat igit̄ Iſaac puteos iſtos
fodere ⁊ terraꝫ: ⁊ inde ꝓijcere
quādo xp̄s aduentū ſuū ſalutife
rū volebat oſtēdere in ſacra ſcri
ptura contentū vt gentes terre
na credēdo deſpicerēt: ⁊ celeſtia
appeterēt ⁊ iſta obtinerent. Sꝫ
murmurabant phariſei di. No
ſtra eſt aqua. nobis inquiunt ꝑ
manus Moyſi lex data eſt. Et
ex nobis fuerūt prophete. nos
ſumus Abrae filij ⁊ cetēa talia:
nec permittebāt huiuſmodi pu
teos fodi ⁊ inde produci veri

tatis doctrinã. Qd xps videns locũ illũ appellauit iniquitates cũ dicebat. Luc. xi. Veh vobis ſcribe ⁊ pharisei qui accepiſtis claues ſapiẽtie: nec ipſi introiſtis: nec alios itroire pmiſiſtis. Tũc Iſaac alios fodit puteos i qb⁹ p alios meat⁹ reduxit aquã primoꝝ parentũ qñ xps euãgelium produxit in quo expoſuit atq; oſtendit veteris teſtamẽti ſcripturam: ⁊ nomen hui⁹ putei eſt latitudo: qꝛ p euangeliũ xpi fides dilatata eſt ſuper terram. Tanta enim fuit euangelice doctrine ſuauitas atq; dulcedo: ⁊ tam magnã guſtãtib⁹ bonitatis copiã tribuit: vt oẽs ab ea inueniantur refici magni ⁊
Cri. parui iuſti ⁊ pctõres. vñ Criſo. ſuper illo. Venite ad nuptias. quoniam parata ſũt omnia: ſic dicit loquẽs de ſacra ſcriptura. Ignorans inquit inuenit quid diſcat ꝯtumax: qd timeat laborãs qd ſperat puſillanimis mediocri iuſtitie cibos: q ⁊ ſi pinguẽ nõ faciunt: tamẽ mori aiaʒ nõ pmittũt. Qui aũt magni animi ẽ inuenit ſpũales eſcas q̃ ducunt eum qppe ad angeloꝛũ naturam. Qui nõ eſt a diabolo vulneratus inuenit per penitentie medicinam ſalutem.

Di f Ui i ſpũ i dñica die ⁊ audiui poſt me vocem magnam. Apoc. primo. dominica dieſ dr̃ iſta q ſequitur immediate poſt ſabbatũ: ⁊ pro tãto dicitur dominica: quia quaſi dies domini eo q᷑ dominus in illa fecit reſurgendo noſtre glorificationis opus. In hanc igr̃ diem terminant opera ſabbati: ⁊ a iudeis ſabbatiʒantib⁹ excluſa eſt ſacraꝝ ſcripturarum vera expoſitio. Figura. Exo. xvi. vbi Fig. mãna datũ eſt filijs iſrael i dominica die ⁊ vſq; ad feriã ſextã In die ſabbati nil penitus eis datum eſt. Spũaliter. p mãna omnem ſapoꝛem continẽs ſub audi ſacrarũ ſcripturarum itelleclum continentẽ omnes ſpirituales dulcedines. Hoc eniʒ eſt fidelibus obſeruãtibus dieſ reſurrectiõis dominice vſq; in finem mundi: vſq; ad illã ſextã feriã in qua xps venerit mũdũ iudicare: ⁊ nihilominus excluſus atq; remot⁹ eſt a perfidis iudeis ſabbatiʒantibus ⁊ in vmbra tantũ moꝛantibus ſeu figura ⁊ nõ attẽdentibus ad vlcoꝛẽ hui⁹ ſuauiſſimi cibi qui ſua pinguedine omne deſideriũ ⁊ omẽ appetitum reficit. Hiero. ſuper Hie. Epiſto. ad Ephe. Pinguiſſim⁹ inquit ſermo diuinus eſt omẽs habet in ſe diuitias: quicqd voluer is ex ſermone diuino naſcitur. ſicut tradunt iudei quoniã mãna quando comedebant ſm voluntatem vniuſcuiuſq;: ſic ſapiebat in oꝛe. Et nihilomin⁹ qꝛ iudei ſpũale mãna ſacre ſcrip-

pture.i.ſpiritualē ſenſū abho-
minati ſunt ſicut abhominabā-
tur māna illud datum celit⁹ di.
Nauſeat aīa nr̄a ſuper cibo iſto
leuiſſimo. Sic deo iuſte iudicā-
te vero ſacre ſcripture ſenſu ſūt
ꝑuati: ⁊ iſte dat⁹ eſt fidelib⁹ pro
ut dn̄s promiſerat. Mat. xxi.
di. Auferet a nobis regnuȝ dei
⁊ dabit alijs: ⁊ hic ſubaudi ſa-
cram ſcripturā ꝑ regnum dei i-
telligi: qꝛ ſacra ſcriptura eſt via
ducens ad primam veritateȝ ⁊
ducens ad vltimam felicitateȝ.
Cri. Vn̄ Criſoſto. ſuper ps̄. In ſacra
ſcriptura quicqd docetur: veri
tas. quicquid precipit: bōitas.
quicquid promittitur felicitas.
Nam deus veritas eſt ſine falla
cia: bonitas ſine malicia. Felici
tas ſine miſeria.

Ic currite vt ꝯprehenda
tis. prime ad Chor. ix.
Nota ꝙ duob⁹ currenti
bus ad vnū terminum per ſpa
cium aliqualis vie duo obſuā-
da ſunt. primo vt curſu ꝯtinuo
pergat ad terminū q vult braui
um obtinere. Nam modica mo
ra interpolata multū remanēt
retro. ſcd̄o debet aduertere duȝ
appropinquat ad terminū vt i-
genioſe accedat ad locū vbi eſt
brauiū. alioqn poſſet labor ei⁹
caſſus eē. melius eſt interdum
ingenium ꝙ vis. Spiritualit.
Nos oēs fideles in ſtadio cur-
rimus per ſpacium vite pſentis
vt ꝯprehendamus brauiū eter-
ne beatitudinis. Sȝ notanduȝ
qd̄ currimus duplici greſſu. ſ.
fide ⁊ intellectu: ⁊ lȝ ꝑ intellec-
tum citius curramus: nihilomi
nus oȝ in hoc curſu fidē prece-
dere neceſſario intellectum. vn̄
ſcriptū ē. Niſi credideritis n̄ in
telligetis. Fig. Jo. xx. Petr⁹ ⁊ Fig.
Joānes currebant ad monum-
tū. Joānes v̄o agilior ⁊ ꝓmpti
or cucurrit citius Petro. Et tn̄
legim⁹ Petrū primū monumē
tū intraſſe. Spūalr. Per mo-
numentuȝ domini notat̄ ſacra
ſcriptura. Orige. ſuper euange- Ori.
lium Jo. Omel. i. Monumen
tum inqt xp̄i eſt diuina ſcriptu
ra diuinitatis atq; hūanitatꝭ ei⁹
diuina myſteria ⁊ denſitate lr̄e
quaſi quedā muniūt petra. per
Petrū v̄o fides notat̄. vn̄ ideȝ
Orig. ibidē cōparans gratiam Ori.
viſionis datā Joāni fidei Pe-
tri ait. Cui talis ac tanta dōata
ē gr̄a: ſicut Joāni? Et ſubdit for
taſſis qs diceret ſūmo vertici apo
ſtoloꝝ dico Petro q dn̄o inter
rogāti quē ſe eē eſtimaret rn̄dit
Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Sed nō
temē vt opinor qs dixerit pluſ
in typo fidei ⁊ actiōis ꝙ ſcie: et
contemplationis Petrū talia
dixiſſe. Per Joānē v̄o notatur
ſciētia ſeu efficacia itellect⁹. vn̄
Orig. ibidē. Joānes aūt ꝯtem- Ori.
plationis atq; ſcie typū imitat̄.
Ipſe ſiquidē recumbebat ſupra

pcet⁹ dñi qḋ eſt cōtemplationis ſacramentū. Igit̄ currūt ambo .ſ. fides ſcientia ad intellectum ſacre ſcripture. Et lȝ ſcia ⁊ itellectus acutiora ſint ad itelligēdum: nō tñ valēt ꝑt⁹ fide itrare
Pri. Uñ idē Orig. ibidē. Joannes currit citi⁹ Petro. acuti⁹ nanqꝫ atqꝫ velocius intima diuinorū apicū penetrat ſecreta virt⁹ ꝯtē plationis penit⁹ purificate qꝫ ac tionis adhuc purificande. Uerūtñ. Primo intrat petr⁹ i monumentum. Deinde Joannes at ſi ambo currūt ambo intrāt. Petrus ſi quidē fidei eſt ſimbolum. Joānes ſignificat intellectū: ac per hoc qm̄ ſcriptum eſt. Niſi credideritis nō intelligetis neceſſario ꝓcedit fides i monumentū ſacre ſcripture. Deinde intrat intellectus cui per fidem preparatur aditus.

¶ De ſatiſfactione.

Mat. Sinite paruulos venire ad me. Math. xix. Si qs puulos pueros cum ambulare incipiūt prio vellet vltra coꝝ debilē facultatē ad ābulandū cogere eos penit⁹ ꝓcipitaret: ⁊ forte ita lederet vt ad iter nūqꝫ apti ēent. ſpūalr. ſi qs vellet pctōres in ꝓmordio conuerſionis coꝝ. qñ. ſ. de pctō nup ꝑ pniam ſe ad grām trāſtulerit exaſperare ad nimia onera pe nitētie vtputa ad nimia ieiunia ad graues ſatiſf.ctiōis act⁹ velut īfantes ⁊ īfirmi deficerent. ⁊ forte talis eſſet coꝝ caſus ꝙ ſꝰ ꝑeiū qꝫ de pnia ampli⁹ nō curarent. Jō multū requirit̄ ꝯfeſſoris diſcretio: vt ſatiſfactoriā pe nitentiā ſic mitē penitentib⁹ ac diſcrete imponāt: vt nequaqꝫ iducant ad precipiciū, penitētes qui nuper ad Chriſti miſericordiam reuertuntur. Figu. Gen. xxxiij. vbi legim⁹ qꝫ Jacob redibat de meſopotamia. Uñ fugerat afflictiones ⁊ deceptiones Labaꝫ: ⁊ ducebat liberos ⁊ armenta ⁊ familiā ſuā ſecum verſus terrā natiuitatis ſue cui occurrit Eſau frater ſuus ⁊ dixit illi. Pergamus ſimul eroqꝫ ſocius itineris tui. Et rñdit Jacob. Tu ꝓcedas ⁊ ego ſequar te vt veniā ꝑut nouero poſſe puulos meos. Nā ſi plus in ambulando fecero paruulos tenellos ⁊ oues fetas laborar̄ qꝫ poſſiut morietur cūcti vna die greges. Spūaliter. Jacob q interꝑtat̄ ſupplantator denotat ꝯfeſſorez diſcretū qui paruulos. ſ. peccatores purgandos ſibi ꝯmiſſos conat̄ educere de manu diaboli: ⁊ de mundi huius tentationibus: verſus terram natiuitatis ſue. i. verſus celum propter qḋ nos deus creauit ⁊ rdemit. Cupit. n. nos per viam penitentie reducere ad xp̄ꝫ: ſed cū dilectōne hoīum ⁊ vitioꝝ ſupplātatione. Eſau v̄o qui interꝑtat̄ acer⁹

ram vendidit ꝑ ſcutella lenti-
culaꝝ. Spũalr. q negat xp̃o ſa-
tiſfactioẽ dũ põt q̃ſi q effũdit ſã
guinẽ ei⁹ ⁊ precipue dũ xp̃s in
vita p̃ſenti exurit ⁊ ſitit nr̃am ſa
lutẽ. Et miro modo nequaꝫ ẽ q
ſibi ſatiſfacere negat qđ petit. cũ
ſolũ bucellã. i. modicuꝫ quid re
ſpectu eius qđ abſtulim⁹ petat.
Naꝫ ſi ei negam⁹ modicũ quod
a nobis hoc exigit per ſuos con
feſſores in actu ſatiſfactiõis ipe
demũ p̃ſonaliter vẽiet ⁊ a nobis
p̃ſonaliter repetet totũ debitũ ⁊
nequaq̃ ſufficiet qđ habemus.
Fig. Fig. i. Re. xxv. Ubi legim⁹ ꝙ cũ
Dauid cũ pueris ſuis eſſet in d
ſerto miſit nũcios ſuos ad Na-
bal cuius pecora tondebanť vt
illi indigenti ⁊ egenti ſubueni-
ret de cibo. Et reducebãt illi ad
memoriaꝫ pueri quos miſerat
Dauid dicentes. Ecce magiſter
nr̃ exiſtens in deſerto gregẽ tu-
um nõ tetigit: paſtores tuos nõ
offẽdit: oĩa tua bõa ſuauit. dep̃
camur te vt ſibi de modica re ꝓ-
uideas. Sed negante illis qcq̃
dare Nabal ⁊ deridẽte dđ atq3
illi in ꝓperaute exiliũ eius. nũ
ciauerũt pueri hec oĩa Dauid q
irat⁹ areptis armis cũ multitu-
dĩe grãdi armatoꝝ ibat ad ex-
minãdũ Nabal in ꝓpria ſubſtã
tia ⁊ familia vt nõ remaneret de
cũctis q̃ poſſidebat mingẽs ad
parietẽ. Sed Abigal vxor Na
bal. placauit iraꝫ eius occurrẽs
ei cũ cibariis ⁊ donariis in via.
⁊ ita factũ eſt vt mortuo Nabal
Dauid acciperet Abigal i vxorẽ.
Spũalr. p Dauid ſubaudi xp̃ꝫ
q deſiderabilis eſt ſ3 ſuã miſeri-
cordiaꝫ: ſed terribilis ſ3 ſuaꝫ iu
ſtitiaꝫ. Per Nabal cui⁹ paſto-
res ⁊ pecora atq3 armẽta Dauid
nõ ledit ſed ſeruat; notať pecca
tor quẽ diu xp̃s expectat illeſũ
corporalibus mẽbris ⁊ integrũ
exterioribus bõis. hic igiť pue
ros ſuos mittit qũ predicatores
v̄bi dei dicentes peccatorib⁹ vt
agãt de peccatis p̃niam ⁊ fruct⁹
faciant ſatiſfactionis. deũ tãtam
ſubſtinẽtẽ iniuriã modica ſatiſ-
factione ꝯtentuꝫ placãdõ. Sed
recuſat miſer peccator corpora
li appetitu preuent⁹ ꝙ inqt de-
beo dare meis pueris ⁊ labora
toribus meis dabo Dauid hoc
ẽ dicere. Qđ daꝛ debeo volupta
tib⁹ meis. ⁊ ſenſib⁹ corporis da
bo xp̃o: ⁊ ſic miſer ingrat⁹ bene-
ficioꝝ dei exiſtẽs irritat diuinaꝫ
patiẽtiã: ⁊ tũc cõſurgit xp̃s mu
nitis armis iuſtitie vt extermi-
net peccatorẽ ſic obſtinatuꝫ. Sꝫ
tũc dꝫ ſponſa. i. aĩa rationalis pre
uenta cõſilio ſurgere. ⁊ velut to
tius domus dña aſinuꝫ. i. corp⁹
onerare muneribus p̃nie ieiuniis
ſ. ⁊ lacrymaꝝ ⁊ ceteroꝝ operum
ſatiſfactionis ⁊ cũ his occurrer
Dauid in via. i. in hac vita ante
morť exterminiũ ⁊ tũc xp̃s pla
cať. Et mortuo peccatore, corp⁹

BIBLIOTECA PROVINCIAL BURGOS

raliter aſſumit ſibi aiaʒ in ſpóſá
ꝛ reddit ſibi ꝓ modico multuʒ.
Ideo hic debem⁹ modicá xp̄i ad
implere petitioneʒ vt in futuro
Aug accipiamus taʒ grandia. Aug.
ſermone. xxv. de v̄bis dn̄i. Dić
tibi xp̄s. Da mihi ex eo qȯ ḋdi
tibi de meo quero. Da ꝛ reddo
tibi habuiſti me largitorem fac
me debitoré. habeam te fenera-
toré. Tpalia mihi das: eterna ti
bi reſtituam. Teipſum tibi red-
daʒ quando te mihi reddidero

## De Spūſſancto.

A f Fluuius egrediebaẛ ḋ lo
co voluptatꝭ ad irrigan-
dū paradiſum. Geñ. ij.
Not. q flum⁹ dí eo qȯ fluat ſé-
p. Et ex h̄ aq̄ fluminis dr̄ aq̄ viua
qꝛ fluui⁹ ſp tm̄ recipit q̄tū emā
nat ꝛ expādit. Aq̄ nāq fluuia-
lis ꝑpter motū continuū ſana ē
ad bibēdū: ꝛ piſces quos ꝓdu-
cit ſūt optimi. Spūalr. p aquaʒ
huiuſmodi fluuialeʒ ſpūſſancti
gratia denotaẛ. qui ſemp de ſinu
patris ꝛ filij ꝓcedēs ſemp iſun
ditur cordibus fidelium ſancto
ruʒ. Doctrina eius ſana eſt ꝛ re
cta ꝛ piſces quos ꝓducit. i. meri
ta q̄ inducit optima ſunt quia
Fig. eterne retributiōis digna. Fig.
Apo. xxij. vbi beatus Joannes
ſibi fateẛ fuiſſe oſtenſum fluuiū
aque viue ſplendidū tanq̄ chri
ſtallū procedentem de ſede dei ꝛ
agni i medio platee ei⁹ ꝛ ex vtra
q parte fluminis lignū vite af-
ferens fructus. xij. Spūalr. flu
uius iſte denotat ſpiritum ſcm̄
qui ſuo ſplēdore viā pādit eter-
ne vite q̄ ꝑ⁹ ſerat ignota. ps. xv.
Notas mihi feciſti vias vite. ⁊c.
h̄. n. ꝓcedit a ſede dei patris pa
riter ꝛ agni: qꝛ ſpiritusſanctus a
patre filioq ꝓcedit. Deſcendit
n. ꝛ fluit in medio platee ei⁹: qꝛ
per ſanctam ecclīam catholicaʒ
decurrit in canalib⁹ ſanctoꝝ do-
ctorū habet hoc flumē duo late
ra ꝛ in vtroq eſt ligmuʒ vite. qꝛ
ſpūſſanctus duas habet vitas. ſ.
ꝯtēplatiuá ꝛ actiuá. ꝛ in vtraq
eſt ſpūalis refectio aiarū ꝛ eter
na retributio. Et hoc ligmuʒ vi-
te producit. xij. fructus qꝛ. x. p̄-
cepta pertinētia ex ſuperabun-
dātia ad cōtemplatiuá tm̄. Igi-
tur iſte flum⁹ ſua fecūditate oīa
implet ſua velocitate oīa ſubito
mutat. ſua claritate omnia mū-
dat ꝛ clarificat. ideo Leo papa
in ſer. de ſpūſſancto. O quaʒ ve-
lox ingt eſt ſmo ſapie ꝛ vbi do-
min⁹ magiſter eſt: cito diſcit qȯ
doceẛ. Nō eſt adhibita increpa
tio ad audiēdū. nō ꝯſuetudo ad
vſum. nō tempus ad ſtudium:
ſed ſpirante vbi voluit ſpūs ve-
ritatis proprie ſingularum gen
tium voces perfecte ſunt eccleſie
orationes. Ab hac igitur die tu
ba euāgelice p̄dicatiōis itonuit
ab hac die vmbres cariſmatum
flumina benedictionuʒ. Omne

deſertū ꝛ vniuerſam aridam ri gauerunt.

B p Ueri mei mecū ſunt in cubili. Luce. xi. Dum princeps magnus dormit habēs inimicos ꝛ familias dormit: nō eſt in tuto niſi cuſtodes vigiles hēat. Jdō ↄſueuerūt tpe dormitionis tam diurne ꝙ nocturne: aliqui ad hoc ordinati muniti cuſtodire atrium dn̄i. ſpūaliter. conſcia ſcti dr̄ eſſe lect⁹ ꝛ cubile ſancti ſpūs. ibi. n. libenter quieſcit. ſed qꝛ pnceps inferni ꝛ oīum maloꝝ actorꝫ ſpūi ſancto inimicat̄: ꝛ querit illum extinguere in nobis: ipſe ſpūs ſanctus vigiles virtutes hꝫ circūeuntes atriū iſtud ne diabolus appropinquet.

Fig. Figu. Can. iij. Legin⁹ lectū ſalomōis ambiri a. lxx. fortiſſimis ex iſrl̄. tenentib⁹ gladiū ꝛ doctis ad bella pp timores nocturnos. ſpūalr̄. p ſalomonē qui interpretat̄ pacificans mentes ſubaudi ſpūm ſanctum qui paraclitus nuncupat̄. hic eſt conſolator orphanorum. Lect⁹ ei⁹ vt dictū ē. ē ↄſcia ſancti in qua dū qeſcit. lxx. virtutes infraſcripte ꝯ nocturnos timores. i. cōtra principes tenebrarū armate vigilant. hec ſunt prima ꝛ principaliora. vij. dona ſpūſſancti ꝙ alia ſecū trahūt x. ſ. precepta duo ↄſilia. vij. beatitudines. vij. miſericordie opa xij. articuli fidei. vij. ꝟtutes. vij vitijs ꝯria: vt ſunt: humilitas ꝛ charitas: liberalitas: ſolicitudo ſobrietas: patientia: ꝛ caſtitas. Quattuor virtutes cardinales ꝛ tres theologice. has. n. fortiſſimas ꝟtutes gladiatas ꝛ munitas amor ſpūſſancti ſecū ducit ad cuſtodiā ſui lectuli. Jgit̄ aīa talis pncipis ſpōſa ſecura i amoris amplexib⁹ pōt quieſcere: qꝛ neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ aliq̄ mundi moleſtia: illā poterit ab huius amore ſperare taꝫ forti. vn̄ Petrus ra. in ſer. Nil durꝫ nil amaꝫ: nil graue computat amor verus quod ferrum: que vulnera: que pena: que mortis amorem preualet ſperare perfectum. Amor impenetrabilis eſt lorica: reſpuit iacula: gladium excutit: periculis inſultat: mortem irridet. ſi igit̄ amor ē: vincit omnia. Pe

c Rudum n̄ comedetꝭ ex eo. Exo. xij. No. ſtomaco multū eſſe nociuū cibū aptū natū decoq crudūꝫ comeſtū. Nullū. n. facit nutrimētum: ſed indigeſtum tranſiens corp⁹ diſponit ad hydropiſim. ſpūalr̄. qcqd boni opis operamur: qcqd loquimur: qcqd adiſcim⁹: cū nobis operādi atqꝫ loquēdi ꝛ diſcendi facultas celit⁹ donet̄: deſcendit a pr̄e luminū. Si iſta nō atribuam⁹ diuini amori ꝛ ſꝫ chāitatē di ꝛ primi ꝗſi illa decoquētes velut indi- E

geſti nſi nobiſ pſũt. ſ; aiaz expo nũt ad elationẽ inflatõis ⁊ ſup bie. qd bñ apl's dicebat ad cor. xij. Si tradidero corp⁹ meũ ita vt ardeam. ⁊c. Si linguis hõmi num loquar ⁊ angelorũ. ⁊c. cha ritatem autem nõ ha. nihil ſum
Fig. Figu. Exo. xvi. De manna celi t⁹ miſſo filijs iſrl'i i deſerto. qd vt dicit magiſter ſi ponebaẽ ad ſo lem euaneſcebat ⁊ nil remane bat poſitũ vo ad ignẽ optimum erat ⁊ continẽs ſapores. Spiri tualr. Per mãna celit⁹ datũ no tanẽ bona que agimuſ ex dono ſpiritusſancti. ille eſt. n. omniu; bonorũ diſtributor. q̃ bona apo ſtolus prime ad cor. xij. nume rat dicẽs. Alij datur per ſpiritũ ſermo ſapientie. Alij fideſ in eo dẽ ſpũ ⁊c. Igiẽ ſi nihil habemuſ quod non accepim⁹ debem⁹ illa reciproca charitate igni. ſ. attri buere. ⁊ tunc erunt ſapida ⁊ nu tritiua opa nr̃a. ſi ergo ad ſole; inane lucis hominibus intuen da poſuerim⁹ nob inanii tribuẽ do nullũ pſtabũt nutrimentu; anime ſed pott⁹ detrimentũ. Vñ
Ber Ber. in quodam ſermo. Sicut cib⁹ idigeſtus corp⁹ corrumpit i flatum ⁊ ydropicũ reddit. ſi aũt digeſtus fuerit nutrit. Sic ois virtus in ſtomaco anime idige ſta vbi fuerit igne charitatis de cocta generat males humores. Mali inquit humores ſũt ma li mores. ¶ De ſuperbia.

a Iſperſit cineres i torren te cedrõ. iiij. Re. xxiij. no q cinẽs eleuãti a vẽto iu xta aquam ceſſante vento deſcẽ dunt ad locũ iferiorẽ ⁊ profun diorẽ q̃ prius vnde eleuati ſũt. quia cadentes ſuper aquã pro fũdũ petũt. ſpũalr. cinis ſiue pul uis eleuatuſ: a vento conturbat aerem ⁊ oculos ledit ⁊ bene de notat paupers elatos quos for tuna eleuat ad aliquã dignitatẽ ſeu honoris ſtatum. Tunc eni; ambitionem ⁊ ſuperbiam quas deiecta paupertas operiebat: pa tefecit fortuna ⁊ dilatauit. que tanto grauior ⁊ abhominabili or eẽ dr̃ quãto omnibus videẽ abuſior: qr vñ debuit humiliari ſuperbit. Jõ oẽs actus ⁊ geſtus illius oibus fetent. Fig. Exo. ix Fig.
Moyſes piecit cineres verſus celum ⁊ facta eſt plaga veſice ⁊ vulnerum ita vt nullo mõ fetor tolerabilis eẽt. Spũalr. ciners piciũtur verſus celum qñ elat⁹ paup pmoueẽ ad alta. Tũc ſta ti; inde ſequiẽ plaga veſice. i. in flationis ⁊ tumoris ſupbie oib⁹ iportabilis. Naz ſi ſuperbia odi bilis ẽ etiã in diuitibus quanto magis ẽ horrẽda in pauperib⁹.
Ber. ſup⁹ Miſſus ẽ. Videas in Ber qt pleroſq; de ignobili nobiles de paupib⁹ diuites ſubito factoſ intumeſcere. pſtine obliuiſci hu militaſ gen⁹ quoq; ſuum erube ſcere. ⁊ iſirmos dedignari parẽ

ces. Sed vere quãto ſuperi⁹ ele-
uanť per tumorẽ: tanto deijciunť
ad ꝓfundũ diuina exigẽte iuſti
Grē tia. Unde Gregori⁹ li. vij. mor.
Omnis ſuperbia eo ipſo in imo
iacet quo i alto ſe erigit ⁊ inde
magis ſuppoſita cũctis ſit. Un-
de cunctis apparet ſuperesse.

B d Ixit inſipiens in corde
ſuo nõ eſt deus. ps. xiij.
⁊ .lij. Dť ꝙ balena que
ferť taʒ grãdis piſcis ꝙ ſi i par-
te pigui ferro feriatur nõ ſentit
vuln⁹. ſed vulnerata i macra p
te: mox vuln⁹ ſentit ⁊ dolet. etiã
ħ ferť de aliqb⁹ piguiſſimis por
cis. Spi. ſupbũ q i magnitudie
oẽs magnos ſupare cupit. ⁊ q
in putredine elatõis iacet vt por
cus correctionẽ dĩ atq; increpa
tionẽ ſacre ſcripturę nõ timet in
parte pingui. i. ꝓſperitatib⁹ ⁊ de
litijs poſit⁹. Nã pinguedo ꝓſpe
rorũ nõ ſinit ipm iacula minãꝗ
ſcripture pcipere neq; putat vl-
torẽ deũ eſſe malorum. Sʒ cum
in aduerſa de ꝓſperis cognoſcit
⁊ ſẽtit vuln⁹ ⁊ tũc querit mede-
Fig. lam. Fig. Exo. v. Cum Moyſ.
diceret pharaoni ex pte dĩ vt dĩ
mitteret populũ iſrl vt iret ad ſa
crificãdũ dño deo ſuo in deſerto:
rñdit. Quis eſt de⁹ veſter vt au-
diam illũ. Deũ veſtruʒ neſcio ⁊
populũ nõ dimittã. Sed plaga
tus multiplicĩ dixit Moy. pec
caui corã dño deo veſtro. orãtũ
rogate vt mihi indulgeat. Sp.

ritualr. p pharaonẽ affligenteʒ
populũ ſubaudi ſuperbos tyrã-
nos affligẽtes pauperes. Et hu
miles xpi. atq; illos contra iu-
ra dẽtates. Illis. n. nihil ꝓdeſt
pdicatio nec predicatõis exorta
tio vt nõ moleſtẽt pauperes humi
les qui ſũt xpi populus ⁊ oues
paſcue eius. Superbia. n. taliũ
nõ ſinit pauperes ſuſpirare nec
reſpirare ſubiugo. Sed iterdũ
in parte macra percuſſi qñ. ſ. ad
verſa guſtãtes diuinoq; plaga-
ti iudicio: tunc ſentiũt dira vul-
nera. tunc clamãt ⁊ vociferanť.
tunc qrũt medelã a deo. ps. lvij.
Cũ occideret eos querebãt eũ.
Sed interdũ querũt miſericor
diaʒ ⁊ non inueniũt nec meren
tur eorũ acta crudelia exaudiri
qa iudiciũ ſine mia fiet hĩs q nõ
fecerunt facere miſericordiam.
Sed notandũ aliquos eſſe tam
dure ceruicis ꝙ etiaʒ in macra
percuſſi etiã ſe inſenſibiles exhi
bẽt. Tanta eſt eorũ inueterata ſu
perbia ⁊ in eorũ cordib⁹ radicata
ꝙ nullatenus queũt humiliari
⁊ ſe corã creatore ſuo culpabiles
agnoſcere. Iſti penitus inſana-
biles ſũt. Aug. in ſmo. iij. dñi Aug
ce aduentus. Peccatum iquit
quod obduratuʒ eſt non dolet.
putrefactũ vulnus quod nõ do
let non pro ſano habenduʒ eſt.
ſed pro morte putandũ ẽ. Qui
do aliqd pũgitur ⁊ dolet aut ſa
nũ eſt aut eſt in illo aliq ſpes ſa

nitaſ.Quã ãt pũgiſ calcaſ ⁊ ñ de
let ꝓ mortuo ẽ hñdũ aut de cor
pore ꝓiciendũ.hec Aug.
Idi impiũ ſuperaltatũ.
L v ⁊c.ps.xxxv. nulla perfe
ctior medicina illa que
morbo ꝯriaſ.qr per illaʒ morbꝰ
reprimitur.ná ſi egrotꝰ eſtuat ex
calore datur ei frigida medici-
na.ſi aũt frigido ꝯquaſſaſ mor-
bo illi calido ſbueniſ remedio.
Jō ꝯria ꝯrijs(vt vulgo dici con
ſueuit )curãtur.ſpũaliter.nullũ
eque bonũ,pót adhiberi morbo
ſuperbie vt eſt humiliatio.nul-
lum pót dari elato iudicium a
deo condignum.quale eſt ipſuʒ
ad ima ꝺ ſublimi eicere.Ibi.n.
torqueſ ꝓpria neqtia. Sic eni
fecit deus pmo ſuperbo angelo
vt illius cõfunderet arrogãtiá.
Ait.n.Aſcẽdã in celũ ſup aſtra
celi ⁊c.Et ſeqtur.quomodo ce-
cidiſti lucifer.q mane oriebariſ
Fig.⁊c.Figu.Dañ.iiij.vbi legimꝰ ꝙ
ille magnus Nabuchodonoſor
rex babilóis i ſpũ ſupbie eleua
tꝰ dixit.Nõne iſta ẽ babiló quá
edificaui mihi in robore regni
⁊ in gloria decoris mei.Adhuc
erat ſmo i ore eiꝰ ⁊ vox ꝺ celo ꝓ
dixit ei eiectioné regni.⁊ eiectꝰ
ẽ a ciuibꝰ regni illiꝰ.Et dic ma-
giſter ꝙ mutata ẽ mens eiꝰ ⁊ fu
git de regno ⁊ cũ feriſ facta ẽ ha
bitatio eiꝰ.fenuʒ comedebat vt
bruta creuere vngule eiꝰ ⁊ capil
li eiꝰ.Et ſic mutatꝰ ⁊ qſi fera eſſe
etꝰ ſic ſtetit.per.vij.tpa.ſpiritua
liter.per hunc regem babilonie
ſubaudi diabolũ qui rex ꝯfuſio
nis nũcupatur eo quod dicitur
rex ſuperbie. Ipſe.n.regnat ſu
per omnes filios ſuperbie.dixit
enim.Nõne eſt iſta babiló ma-
gna.⁊c.Ac ſi dicẽt. Nonne ego
ex natura decoris mei poſſũ re
gnare vt deus. Aſcendam inqt
in celum ſuper aſtra celi ⁊ ponã
ſedem meam ad aquiloné ⁊ aſſi
mi labor altiſſimo. ſed actuʒ eſt
dũ eleuareſ a ciuibꝰ celi expul-
ſus ⁊ ſepultus i infernũ. Come
dit fenũ quia conatur ſeducere
ſanctos viros a mũdi virore re
motos. Unde Job.xl. Cũ dñs
ipſi Job de diabolo loqreſ ait.
Ecce behemoth queʒ feci tecum
fenũ comedit qſi bos. creuerũt
capilli eius.Mo.capillos de ſu
perfluo naſci nec eſſe ſubſtãtia i
trinſeca corpis. Subaudi ergo
diabolũ ſine pcó a deo eẽ ꝯditũʒ
ſed ex ſuperbia ſua atqꝫ neqtia
peccaſſe. Et in tantuʒ creuerũt
huius capilli.i.peccata vt totaʒ
eius cooperiãt ⁊ imo potius exclu
dát pulchritudiné.Creuerũt vn
gule ⁊ facta eſt fera crudelis ꝑ
inuidiaʒ inducẽs in orbe terraꝝ
morteʒ ⁊ aias ſanctoruʒ conaſ
predari ⁊ rapere.Et cũ feris eſt
habitató eius:qr omnes feř peſ
ſime.i.oia pncipalia vitia ſuuʒ
caput.ſ.ſuperbiá ſequunſ.Job.
xl.Omnes beſtie agri ludẽt ibi

Gre Gre. xxxj. mora. ſeptē vitia capitalia de ſupbia virulēta radice pferuntur. Stabit p. vij. tpa no. q ſeptēnario numero fuolnitur oē tpſ. Cōprehēdit. n. vij. ſingulos dies tpiſ. Subaudi ergo per. vij. tpa eternitatez i qua ipſe diabolus in ſua dure ſuper bie ceruice obſtinatus remanebit: q3 neſcit humiliari: ſ3 ei9 ſu
Ugo perbia ſemper creſcit. vñ Ug. li. i. de anima. Supbia in celo nata eſt. ſed velut imemor qua via inde cecidit illuc poſtea redire non poterit. Ad ipſius ergo interiuũ tēdũt ſuperbi hoies imitātes ipſi9 arrogātiā. Jō i. ps. dr. Uos ſic vn9 de pncipib9 cadetis.

De tentatione.

A a Bſcōdita eſt in terra pedica eius. iob. xviij. Lōge pluſ cauēdũ ab occultis inſidijſ q3 ab agreſſib9 hoſtiũ manifeſtis. Cũ. n. quis inſidiat hõini occulte ip3 inenit ipzouiſũ. iō ad ledēdũ magi apuũ. ſ3 cũ palā aggrediſ reperit ipſum ad defēſionē paratũ. S3 adhuc ſup hoc mai9 ē periculũ quãdo hoſtiſ amicitiaz ſimulat ⁊ amic9 putaſ. Spũaliſ. diabolus conatur oēs fideles ſua tentatiōe occidere. verũtamen q3 per xp3 viribus proſtratis nō pōt aperte vincere niſi volētē. ideo nō ſemper vt leo inuadit aperte. ſ3 vt plurimũ inſidiaſ vt draco ⁊ tranſfigurat ſe vt bonus, videaſ vt facilι9 decipiat. Figu. iij. Reg. xiiij. Fig. vbi legim9 q ierobo dixit vxori ſue. Muta habitũ vt ñ cognoſcaris. ⁊ vade i ſylo ad achiã pphetaz dñi. q fecit. Sed pphēta vxorē Jeroboã diuinit9 iſpirat9 cognouit ⁊ ait. Quare te aliã ſimulas. vade ⁊ dic ieroboã dic dñs. Ego delebo d domo tua ieroboam vſq3 ad mingentem ad pariete ⁊ clauſum ⁊ nouiſſimũ. Et ſic exponēs magiſter. i. vſq3 ad vltima de quibus non ē mētio. dlebo. ſpiritualiter. Jeroboa3 interpretatur diuiſio populi ⁊ bene denotat diabolu3. q ſemper ſtudet populu3 dei a deo diuidere: ⁊ pximũ a proximo ſuo per odiũ ⁊ liuorem. hoc eſt eni3 officiũ eius hic igitur ſciēs vxorē ppriã. ſ. tentationem propo habitu ab eo miſſã ſanctoſ viroſ nõ latere: facit eam alio ornatu veſtire. vt. ſ. apta culpa ſimulata ſanctitate veſtita orneſ vt facilι9 poſſit decipere. vade igiſ i Silo ad achiam ſilo interpretat tranſlata. achias do fraternitas dñi ⁊ bene per hoc notaſ xpi miles qui tranſlatus de peccato ad gratiam ſpirituali fraternitate piũctus ē a xpo. Etia3 diciſ q erat ppheta quod iterpretaſ vidēs. iuſtus. n. ⁊ deo ſeruire cupiens ſine clpa d3 ſemp vigilare ſobrius ne ip3 dcipiat: vxor ieroboã ſ. diabolica tentatio ficta ſanctitate veſtita, Gre. i moral. hoſtis Gre

ſquit noſtri malitia tāta arte ſeparat vt plerūqȝ mētis oclo cul pas virtutes fingat vt vnde qſqȝ expectet p̄mia: inde eterna dignus eſt inuenire tormēta. Sȝ reſpondit Achias. Quare ſimulas te eē alterā vxorē Jerobo ā? Ac ſi dicat. Cognoſco te nō deci pies me vade retro. Reuertere ad virū tuū Jeroboā. ſ. diabolū ⁊ ſecū habita. q: apud me de ptinētibus ad ipſuȝ non remanebit vtiliſſima res aliqua quantū cūqȝ minima q̄ totalr̄ nō deleat eo q̄ dicit dn̄s ac precepit. Et ſic diabolus cōfuſus ⁊ pſtratus de campo fugit ⁊ arma tētationis deponēs nequit virum ſanctuȝ amplius talibus impugnare. Un̄ Orige. ſup libro ieſu naue puta īquit ꝙ ſancti quiqȝ repugnātes aduerſus tentatores ſpūs ⁊ eos ſuperātes atqȝ vnuȝ quēqȝ eoꝝ vicētes imminuāt exercitū demonum. ⁊ velut equos plīmos eoꝝ iterimāt. vbi gratia vt his qui caſte pudiceqȝ viuendo fornicationis ſpūȝ ſuperauit non fas ſit vltra illi ſpiritui qui ab iſto ſancto victus eſt iterum alium virum impugnare.

Ori.

B d

Receditē a gētib⁹ terre ⁊ ab vxoribuſ alienigeniſ ij. Eſdre. ix. Cū gentib⁹ diuerſoꝝ moꝝ ⁊ dogmatū: nō debet homo longam contrahē moram quia eſt illi pluſqȝ mors. naȝ eque poſſet quis cū feris habitare. Jō ſi qn̄ oportet mercatores tranſire habeant interpretes ne decipiantur. ⁊ habito quod volunt recedūt ⁊ moram aliam nō ꝯtrahūt. nec in aliquo modo cū talib⁹ ꝯuēn̄. eēt. Spūalr̄. gētes diuerſoꝝ moꝝ a xp̄i fidelibus ſunt tentationes ⁊ ſuggeſtiōes demonū. habēt. n. mores cōtrarios ⁊ dogma ꝯtrariū a morib⁹ ⁊ a dogmate xp̄iano. Quia tamē oportet nos per huiuſmodi gentes trāſire q: nō eſt poſſibile ad celū ire niſi trāſeūdo per tētatōnum certamina: nullatenus debemus p aliqua cordis ꝯplacētiā cū illis morari: nec eas nob vinculo matrimoniali p ꝯſēſuȝ ꝯiūgere. Et cū nos oio opȝ per eas tranſire: diuinū ſmonē hr̄e debem⁹ nobiſcū tanq̄ interpretē ⁊ qualis ſit tētatio intueamur vt cognoſcamus reſiſtendi modū ⁊ trāſeamus. Fig. Exo. xxxiiij. Fig. precepit dominꝰ Moyſi dicēs. Cuȝ veneritis ad terrā pmiſſionis quam ego dabo vobis non recipietis p filijs veſtris vxoreſ gentiuȝ illarum regionum. nec dabitiſ filias veſtras eis. nec aliquaȝ amicitiam contrahetis cū illis. ſed delebitis magnos ⁊ paruulos. Alias erūt vobis claui i oculis ⁊ lācee in ſpatulis. ſpūaliter. precepit dominus vt nō cōponamus amicitiam cum demonibus recipiendo tētationes ſuas in vxores ſenſibus noſtris.

verbi gratia cũ eniʒ diabol⁹ vana oculis ſubminiſtrat ex eo ꝙ oculi videant ſine cõcupiſcentie conſenſu nec cõtrahitur matrimoniũ. Et ſic eſt de alijs ſenſib⁹. Si aũt cor cõſentit ⁊ retinet qḋ oculus aſpexit: iaʒ ligatũ ē vinculo amplexus. iam cõſumatuʒ eſt matrimoniũ ſi per abuſionē matrimonium dici põt iam me chatus eſt eã i corde ſuo ait ſalvator. Igitur niſi occidamus ⁊ deleamus prauas tentationes ⁊ magnas volẽtes terrã ꝓmiſſionis intrare creſcẽt ⁊ erũt nobis claui in oculis ⁊ lancee in ſpatu lis. Grego. in morali. ſi tentationi in corde naſcẽti feſtine nõ reſiſtitur. eadē qua nutrit̃ hora roborat̃. foris in operibus vix vinci preualet: qꝛ ipſaʒ int⁹ mēbrorum dominam mentem captiuam tenet. Hec Greg.

Gre

L On habitabit in medio dom⁹ mee. ps. c. ſolẽnes pſone nõ ſinũt habitare in domib⁹ eaꝝ atqʒ in vicis meretrices ⁊ infames perſonas ne liberi ⁊ familia coinquinent̃ ab illis. ſpũaliter fideles xpi ſũt pſone electe. prīe Petri ſecũdo: Uos eſtis gen⁹ electũ. ⁊c. Non ergo debẽt nobiſcũ habitar̃ ſuggeſtiones ⁊ tentatiões demonũ ne v̄tutes anime ⁊ corpales ſenſus inqnent̃. Figu. in Gen̄. ⁊ in Exo. ⁊ in multis alijs libris i q bus legit̃ filios yſrl̃ habitaſſe ſv ne gẽtibus vt patet ī terra Geſem ⁊ in deſerto ⁊ in tabernaculis ⁊ in terra ꝓmiſſionis. Et cũ ſic habitabãt de⁹ ſemꝑ erat cũ illis. Quãdo v̄o ↄmixti ſunt īter gentes ⁊ didicerũt opa eorũ: de⁹ clõgat⁹ ē ab eis ⁊ captiui ducti ſunt ab hoſtib⁹ eoꝝ. Spũaliter. ꝑ poplũ yſrael ſubaudi populũ xpianũ deũ fide vidẽtẽ: nõ igitur in medio eoꝝ. i. in cordibus eorũ ꝗ domus dicunt̃ debẽt habitare tentatiões ⁊ demonũ ſuggeſtiões. Quãdiu. n. ſine illis ꝑ cordis deſenſum habitam⁹ ſemper deus nobiſcũ eſt. ſed cũ ꝑ cõſenſum miſcemur illis de⁹ indignat⁹ recedit a nobis ⁊ nos ducũt demones i captiuitatē pcti. Et no. ꝙ licituʒ erat gentes per terras iudeoꝝ trãſire ſʒ ñ morari. ꝓhibita. n. erat eoꝝ ad inuicē ↄuerſatio. ſic nõ ē oio ꝯ nos ſentire tentationes ⁊ cogitationes ꝑuerſas ſed cũ illis ꝑ longã morã ⁊ cõſenſuʒ miſceri illicitũ eſt. Gre. xxvij. mora. ad iudeã dñs ꝑ Iere. dicit. Quouſqʒ morabũtur vite cogitatiões noxie. neqʒ n. repꝛehēdit cur veniunt ſʒ cur morãt̃. In bõis. n. cordib⁹ cogitatões illicite veniũt: ſʒ mĩ morari ꝓhibent̃ qꝛ recti qꝗ ne capti ušdã domũ cõſciẽtie ꝓbeãt. Ab ipa cordis hũani arce hoſtes fugãt q ⁊ qñ repentinis ſuggeſtionibus vſqʒ ad primũ veſtibuluʒ ſubrepit ad conſenſuʒ mĩ iaʒ nõ Gre

pertingit. Hec Gre.

D f Fili accedēs ad ſuitutē dei ad tentationē ꝑpara aīam tuā. Eccli. ij. Solēt tyrāni vſqꝫ ad mortē retinē dn̄um. ⁊ quāto amplius videt ap propiq̄re ppl'ꝫ libertati tāto amplius vexāt eos. Jō longe melius eſt ꝓ libertate obtinēda hono rifice mori. qꝫ ſub tyrānica ſui tute ꝯtumelioſe viuere vt dicit Tulli⁹ de offi. Spūalr. diabo lus eſt tyrān⁹ crudeliſſim⁹ cuius cupida tyrānidis nūqꝫ pōt reple Gre. xi. vñ Gre. in omel. Iniuſtū eſt ſuire diabolo q nullo placatur obſeqo. Quāto ergo cognoſcit ad libertatē ppl'm accedere tāto amplius ei parat inſidias ⁊ nūc oimodo ſe iuuat qꝫuis ꝓditorio ſi pcēs vſqꝫ ad mortē. ſimulat. n. iterdū ſe victū ⁊ cū videt ho minē ſe putare ſecurū ſubito il lū inuadit. Exemplū hēmus de Pharaone qui poſtqꝫ licentia uerat ppl'm de egypto inuaſit il lū iuxta mare rubꝝ: ⁊ vbi ppl'us ſe iaꝫ putabat ſine perſecutione perſiſtere. ſic diabol⁹ dimittit ho minē exire peccatū quē ſe in il lo videt retinē nō poſſe. Et nihi lomin⁹ cū ipſ ꝓſpicit inuadēdi Be. denuo illuꝫ regredit. vñ Beda ſup luc. li. i. Sepe ingt antiqu⁹ hoſtis poſtqꝫ mētē nr̄e tentatio nuꝫ certamine iſluxerit ab ipſo ſuo certamie ad tps recedit. nō vt illate malitie finē p̄beat: ſed vt corda q̄ p qetē ſecura reddi derit repēte rediēs facili⁹ iopia t⁹ irrūpat. Oꝫ ergo hō ſp eē para t⁹ nec de qete q̄licūqꝫ ꝯſiderare ſed quāto ſe ꝓficere nouerit i vir tute tāto ſe paratiorē ad certamē diſponat. Fig. hꝫ i q̄tuor libris i qb⁹ apte hoc pꝫ de filijs iſrael. q nō ſolum habuerunt in exitu egypti Pharaonē poſt eos: ſꝫ ab alijs multa bella paſſi ſūt ēt cū in terra ꝓmiſſiōis fuerūt. Je buſeus moleſtauit eos. Spūali ter filij iſrael ſt xp̄i fideles quos non ſolū in exitu peccati diabo lus vexat. ſed ēt in via peniten tie multū moleſtat etiā in ſtatu gr̄e ab inquietudie minime ceſ ſet: vnde Pe. ra. in quadā ep̄la Pe. Mundus contra ſuos deſerto res fortius pugnat. Et egrediē tes vite ſecularis illecebras gra uius congreſſus expectat. Naꝫ ⁊ in exitu iſrael de egypto pha rao vehementius exardeſcit et ſathanas egrediēs ab hoie quē ab infātia tenuerat ipꝫ i egreſſu grauius deſeruit. Cōmunis curſus vite p̄ntis ē tētatiōib⁹ ap̄rehēdi. Nam ad virtutis exercitiū. Jero ſolimitis relict⁹ eſt abuſeus. ⁊ apoſtolo ſpūs ſathane, dat⁹ eſt: ne reuelationib⁹ extollatur.

¶ De Xp̄o.

m Ultus eſt ad ignoſcēdū. Iſa. lv. Int alia qua ꝑn cipis clemētiā mãifeſtāt eſt ipſa pietas ſeu idulgētia q̄ g

dem maior ꝛ minor dr̄ ſcd̄m ꝙ maior ꝛ minor nūcupat̄ offēſa. Nulla autē pōt maior a ſubdito offēſa cōmitti ꝙ̄ q̄ in pn̄cipis maieſtatē cōmittit̄. iō princeps ignoſcēs offendenti ſe: clementiſſim⁹ reputat̄. Spūalr̄. xp̄s eſt pn̄ceps ꝛ dn̄s oīuꝫ ꝛ ipſe eſt plenus clemētia ꝛ pietate q: nō ſolū pcit delinquētib⁹ in eẋneos. ſꝫ offendētib⁹ ꝓpriā maieſtatē: nec ſolū parcere illis nouit: ſed illos ꝯtinue q̄rit ſaluos facere.

Fig. Fig. i. Re. xxvi. vbi legim⁹ ꝙ cū Saul exercitū magnū ꝯgregaſſet ꝯ̄ Dauid vt illū caperet ꝛ occideret in deſerto: ipſe Dauid clā de nocte ingreſſus ē tētoriū ſaulis ſimul cū Abiſay propinquo ſuo. Et dormiēte Saul dic̄ Abiſay. Fodiā eū vno ictu ꝛ n̄ idigebit ſcd̄o. r̄ndit Dauid. Nequaq̄ꝫ morier̄ niſi deſcēdēs in plio itereat. xp̄s. n. dn̄i ē. ſꝫ accipe cyphū ꝛ haſtā ei⁹. Qd̄ ꝛ factū eſt. Et cū receſſiſſet inde cū cipho ꝛ haſta clamauit Dauid a longe. Abner. Abner. ꝛ narauit qd̄ fecerāt. Qd̄ cū ſaul audiret ꝯtrit⁹ ait. peccaui neq̄q̄ꝫ vltra tibi malefaciā eo qd̄ pcioſa fuerit aīa mea i oculis tuis. apparet. n. ꝙ ſtulte egeriꝫ ꝛ ignoraueriꝫ multa. ſpūalr̄. p Dauid ſubaudi xp̄ꝫ p Saul pctōrē. cōgregat. n. peccator exercitū ꝯ̄ xp̄ꝫ qn̄ mltiplicat peccatū ſup pctm̄. Sed itrat xp̄s tentoriū ei⁹ ſimul cū abiſay qui iterpretat̄ rugit⁹ eius. ꝛ bn̄ denotat iuſtitiā ei⁹. que rugiens ſuper peccatorē parata eſt pfodere vno ictu animā ſimul cum corpore vt ampli⁹ nō reſiſtat. ſꝫ ꝓhibet xp̄s ei. Nequaq̄ꝫ morietur. xp̄s. n. domini eſt. i. redēpt⁹ xp̄i ſanguine. Ezech. xviij. Nolo iquit mortē pctōris ſꝫ vt magis cōuertat̄ ꝛ viuat. Nequaq̄ꝫ peribit niſi in morte pctm̄ ſuuꝫ ipꝫ interimat. ſꝫ accipe ſibi Haſtā ꝛ ſyphū. i. ſanitatē corporeā ꝛ mundi facultatē q̄bus impugnat me vt pcipiat: q: ipm̄ occidere potui. Quo facto xp̄s illū vocat intrinſecus ad ꝯſcientiā. Et tunc ad ſe reuerſus peccator cognoſcit ſuuꝫ peccatū ꝛ cōfitet̄ illud. Cognoſcit eni ꝙ precioſa fuerit in cōſpectu ipſi⁹ aīa eius ideſt magno pcio ſanguinis xp̄i redēpta. ꝛ dicit nō peccabo ampli⁹: patet ergo ꝙ̄ magna ſit mltitudo diuine clementie que q̄ſi de faucibus inferni ſua benignitate ſuos liberat peccatores ꝛ pſecutores. vn̄ Aug. in ſoliloquio. Cū iā me obſorbuerat iſte draco. Et tu ab ore ei⁹ extraxiſti me. Cū peccaui ꝛ ipſe paratus fuit deglutire: ſed tu dn̄e defendiſti me. Cuꝫ cōtra te inique agebā: cū tua mandata fugiebā ſtabat parat⁹ ipe vt raperet me ad infernum. ſed tu domine ꝓhibebas. Ego te dn̄e offendebā Sed tu me defendebas. Ego te Aug

nõ timebã: ſed tu me cuſtodie-
bas. A te recedebã: ⁊ inimico
meo me exhibebã: ⁊ tu ipſuʒ ne
me tãgẽt deirebas. Multociẽs
ð faucib⁹ leõis: ⁊ ex ore diaboli
eripuiſti me. Appropinq̃ui vſ-
qʒ ad portas mortis: ⁊ ne ipſa me
caperet tu feciſti dñe deus meus:
hec ⁊ alia beneficia mihi exhi-
buiſti: ſed ego eram cecus ⁊ nõ
cognoui donec illuminaſti me.
hec Auguſtinus.

Ue ſurſũ ſũt ſapite: non
B q que ſuper terrã. Col. iij.
Querẽs aliquã reʒ ſibi
neceſſariã dʒ obſeruare locum
vbi putat rẽ iſtã eſſe. Et dʒ ob-
ſeruare inquirẽdo modũ ꝑ quẽ
illã poſſit inuenire alioquin eſt
labor inquirentis eã: q̃ȝ res ip
ſa extra ꝓprium locum nõ inue-
niret. Si quis quereret aues i
mari ⁊ piſces in terra nullate-
nus inueniret. Et iõ oʒ ſcire mo-
dũ q̃rẽdi. ſ. ꝑ veſtigiũ rei. Nã ſi
quereret ſortes vt hõ nullã ali-
am habẽdo de ſorte notitiã: nũ-
q̃ȝ poſſet inueniri niſi caſu. opʒ
. n. habere ſimilitudinẽ rei que-
rende: ꝓpter quam ipſa res co
gnoſci põt. ſpũalr. ſi volum⁹ q̃-
rere xp̃m ⁊ ipſum inuenire. hec
ſeruãda ſũt. debem⁹. n. ſigna ſer
uare qb⁹ cognoſcit̃ xp̃s. ⁊ hec ſi
gna ſunt imago ⁊ ſimilitudo q̃
i nobis ẽ, . ſ. i aĩa. Nam ſi xp̃um
ſolũ quererem⁹ vt hominẽ: ⁊ ip
ſe ſit deus ⁊ hõ: non poſſem⁹ ipʒ
inuenire. veſtigium ergo ad ipʒ
inueniendũ ẽm qð eſt ... ẽ ima
go eius quaʒ in nobis ha...m⁹
⁊ ẽm quam nos creauit vt deus
ſed poſtmodũ vt deus hõ. Non
ergo queramus ipſum vt ẽ hõ
tantum: q̃ȝ ſic non reperitur:
ſed queramus vt eſt hõ ⁊ de⁹: ⁊
ſic inueniemus. Queſierũt euʒ
iudei vt hoiem tantũ ignorãtes
ſigna deitatis. Jõ ipʒ ignoraue-
rũt: ⁊ ipſe eos ignorauit. ſic. n.
dicit propheta. Signa inq̃t nr̃a
nõ vidim⁹. Et ſeq̃t̃. Et nos non
cognoſcet ampli⁹. Jõ xp̃s dice-
bat illis. Queritis me nõ vt deũ
ſupple. Et ſequit̃. Et in pctõ ve
ſtro moriemini cecitatis. ſigna.
n. diuinitatꝭ hñtes ſua a ꝓphis
non cognouerũt. i. noluerũt co
gnoſcere q̃ȝ illos illorũ malitia
excecauit. dederat. n. Jſai. xxxv
Jllis ſignũ di. cũ venerit de⁹ ad
ſaluandum nos tũc aperientur
oculi cecorum: aures ſurdoruʒ
patebunt. Saliet ſicut ceru⁹ cla
udus: ⁊ aperta erit lingua mu-
torũ: hec igit̃ ſigna vidẽtes nõ
cognouerũt. q̃ȝ oculos habebãt
⁊ non videbant. Debet etiã que
ri in loco vbi habitat. ſ. in cele-
ſtibus ac ſpũalibus: non aũt in
mũdanis ⁊ carnalib⁹. Nã ſi in
mundi delitijs querat̃ labor ibi
ꝑdit̃. Querendus eſt. n. ꝑ ſigna
ſpiritualia non ſenſibilia. Et q̃-
rendus eſt in celis vel in celeſti
bus non aũt in mundanis alio

Elg. quin inueniri nō poterit. Fi. iiij. re. ij. v. ilegim⁹. l. viros queſiſſe [illegible] ſup mōtes ⁊ colles per. iij. dies nec valuerunt inuenire. aſſumpt⁹. n. fuerat i curru igneo ⁊ tranſlatus in paradiſū. Spūalr. per Helyā ſbaudi ſaluatorē nr̄m xp̄m. p. l. viros ſubaudi. v. corpales ſēſus quingēſ x. efficitur. l. decimus enim numer⁹ cōpletus eſt. Quinqꝫ. n. ſēſus corporis humani perficiūt ⁊ complent armoniā: p montes ⁊ valles ſubaudi mundū iſtuꝫ: qꝛ quoſdā eleuat i ſublime ⁊ quoſdā vſqꝫ ad yma deꝑmit. ⁊ quos hodie fortuna eleuat: cras dicit ad miſeriam. Si ergo in mūdo via ſenſuū queras xp̄m: nunqꝫ ipſū inuenies: qꝛ neqꝫ p ſigna q̄ris neqꝫ locū obſeruas. Et tranſierūt tres dieſ vite pn̄tis. ſ. adoleſcentia. Iuuentus: ⁊ ſenect⁹ ⁊ poſtea morieris in pctō tuo xp̄o nō inuēto. Nō ergo eum q̄ras i

Aug mundo ⁊ carne. Augu. in ſoliloquio. Erraui inqt ſicut ouiſ q̄ perijt querēs te exteri⁹. Circuiui vicos ⁊ plateaſ hui⁹ mūdi mi ſi nūcios meos oēs ſenſus exteriores vt quererent te. ſed nō inuenerūt te: oculi dicūt. Si nō colozatus eſt: per nos non intrat. naſus dicit. Si nō redolet p me

Aug nō itrabit. ⁊ deducit ibi Aug. ꝺ omnib⁹ ſenſibus. Et in eodē interrogaui inquit terrā ſi erat deus me⁹. Et dixit mihi. Non ſū. Interrogaui mare ⁊ abyſſos ⁊ reptilia ⁊ oia q̄ in eis ſunt. ⁊ rn̄derūt mihi. Nō ſum⁹ de⁹ tu⁹. interrogaui molē mūdi. dic mihi ſi tu es de⁹ meus an n̄. Et rn̄dit voce forti. Nō ſum ingt ego ſed per ipſū ſum ego. Queꝫ queris in me ipſe fecit te ⁊ me. quere ſuper me ⁊ te.

d Dixit. n. in corde ſuo oblitus eſt de⁹. ps. ix. Prudēs pnceps ſeu dux ſemper conaſ dū opoꝛtet ipm ꝯ hoſtes certare qualr̄ ſalua gente ſua valeat inimicos proſtrare. Jō iſidiſſ ꝑuis ſtudet hoſtes percutē. vt inuadēs iproviſos magis feriat ſaluis ſuis. Vn̄ Vegeti⁹ ꝺ re mi. li. iij. c. ix. Boi ingt duces nō aperto prelio i quo eſt cōe periculū ſed ex occulto ſemper attētant. vt. ſ. integris ſuis quē pn̄t hoſtes interimant. Nā pauciores numero ſupuenientes ⁊ iſidias faciētes ſub bonis ducibus reportauerunt ſepe victoriā faciende ergo ſunt iſidie ⁊ pcipue qn̄ hoſtis minuſ cauet ⁊ de ſuis virib⁹ atqꝫ multitu⁹ mltuꝫ ꝯfidit. Spūalr. añ xp̄i aduētū diabolus putabat deū oblitū eſſe miſereri ⁊ de ꝓpria potētia confidēs exiſtimabat propi parentum lapſum ſuper humanuꝫ genus ius habere perpetuuꝫ: ſed chriſtus cum paucis inermib⁹ apoſtolis veniens poſitis inſidiis proſtrauit illū taliter: vt am- E

Ve.

plius nõ reſurgat: ⁊ ſine leſiõe
Fig. oẽs ſuos ſeruauit. Figu. Exo.
ꝑ multa capitula vbi legim⁹ ꝙ
cũ tractaret exitũ de egypto iſrl'
pharao nimiũ mirabaẗ. Et tur
bat⁹ aſſerebat ſe deũ iſrl' nullatẽ
nus cognoſcẽ ⁊ ſe nequaꝗ po-
pulũ dimiſſuꝝ. Et nihilominuſ
videbat ſigna ⁊ ꝓdigia q̃ facie-
bat Moy. i egypto. ⁊ ꝙ magi
ipſius defecerãt corã Moyſe i
tertio ſigno. Et his viſis igno-
rabat diuinã virtutẽ eſſe i moy
ſe. Sʒ vt inſipiẽs ꝑſecutus eſt
moyſem ⁊ pplm ꝑ mare rubrũ
ignorãs ꝙ deus ibi poſuiſſet in
ſidias vt tã exercit⁹ eius ꝗ ipſe
mergereẗ in ꝓfundũ. Factũ eſt
igitur vt eo ⁊ omni militia eius
ↄſũptis ⁊ mortuis. Moyſes ⁊
oẽs populi ei⁹ icolumes ſũt re-
pti. Spũaliter. ꝑ pharaonẽ ſub
audi diabolũ q hũanũ pplum
i tenebris detinebat captiuũ. ve
nit igiẗ verus Moy. aſſũpt⁹ de
ege: qꝛ venit xp̃s ab oi pcti la-
be alien⁹. Dũ igiẗ incepiſſet tra
ctare ⁊ predicare i mũdo peni-
tentiã vt oẽs a peccato egypti
liberaret turbat⁹ cepit ꝗ pluri-
muʒ admirari ⁊ intra ſe q̃rere
quiſnã eſſet iſte qui ſuã vellet de
primere poteſtatẽ. videbat eni
xp̃m ſigna ⁊ ꝓdigia facere: ſana
re infirmos: ſuſcitare mortuos:
⁊ magos ſuos. ſ. ſatelites i ↄſpe
ctu ei⁹ deficere ac clamare. Jeſu
xp̃e fili dei viui cur veniſti ante

tempus torquere nos: ſed ecc
iſte fac⁹ tota die inſ[illegible] i ſua⁹
auidã malitia cona[illegible] ↄ ſe
videbat argumenta ſoluẽ. Nõ
pulchre. Aug. deducit in q̃dam Aug.
omel. ſup illo. mat. iiij. Ductus
eſt Jeſus i deſertũ ſic dic. Cum
ingt inimic⁹ di filiũ tãta mirabi
lia faciẽte vidẽt: voluebat ſecuʒ
vt arbitror atqꝫ admirãs dice-
bat. qs ẽ iſte q me neſciẽte hũc
igreſſus ẽ mũdũ? Noui qdẽ qꝛ
de femina nat⁹: ſed neſcio vñ cõ
cept⁹ ẽ. Aſtat ecce mr: ſed pꝛem
inueſtigare nõ poſſũ: partũ vi-
deo ſed nõ agnoſco naſcenteʒ:
⁊ ꝙ ſtupori meo accreſcit incon
ſueta lege pariẽdi ẽt edito filio
mater reſultat vt virgo. Cũ ia-
cet in cunabulis paruulus ſuf-
fũdit lachrymis vultũ ſimilẽqꝫ
ſe eẽ mortaliũ vagitib⁹ ꝓdit. et
cũ nihil ei de infãtia deſit: nulla
tñ ẽ illi velut ifãti corruptio. qd
hoc miraculũ video qđ audire
neq̃o. Audio q̃ ſuſtinẽ ñ poſſuʒ
vt hõ natus honoretur vt deus.
A ſeculis hoc mihi nunꝗ con-
tigit: vt quiſꝗ naſcereẗ hõ: ⁊ ge
ꝗ humani viuj non haberet. ſ
Que hec tam noua potenſqꝫ ge
neratio inter peccatores ⁊ impi
os natus mortali ẽt matre pro
greſſus: purgator ẽt cunctiſ na
ſcẽtibus ⁊ ipe mihi celo purior
apparet. Quid pſa? nihil in eo
reperio qđ me delectet. puto cũ
in regno meo velle regnare ne

forte deus ſit iſte quē nullū pōt
macul[illegible]nū vel delictū. Sȝ
ſi deu[illegible]ēēt [illegible]dit diabolus quō
indignitate ſui part⁹ femiei ſu-
ſtinēt quō eēt vilib⁹ pauciſqȝ cō
tentus? Quis credere poſſet in
fantie vagitū eſſe in dn̄o? cui ñ
eēt audictū ridiculū dn̄m femi-
neo lacte nutriri? hec Aug. Igr̄
iſte pharao auiditate nocendi
cecus fact⁹ vt dictū eſt cepit ipȝ
perſeq vſqȝ ad mare rubrum. i.
vſqȝ ad effuſionē ſui ſanguinis
τ mortē: τ dum putauit capere
captus eſt. Et dum credit pur
hoīem inuenire incidit in ſalua
torē: qꝛ diuinitas ſub humani-
tate latebat: quā iſte inſpiciens
neſciuit cognoſcē: que mī aperte
operabatur in xpo: ſed ꝓſtrat⁹
cognouit. Unde illi hanc cecita
tem improperāt cetere creature
Effr. ꝓut ſanct⁹ Effrem monach⁹ de-
ducit in ſermone quodā de xpi
transfiguratiōe: vbi xpm deum
τ hominem ꝓbat dī. Si ñ erat
deus. Gabriel quē dominū vo
cat? Et ſi non erat homo. Ma
ria quem in ventre portabat? ſi
non erat deus. Heliſabet quez
ſalutabat? Si non erat homo: i
preſepe quis iacebat? Si non
erat deus. Magi quem adora-
bant? Si non erat homo: Jo-
ſeph quem circūcidebat? Si ñ
erat deus: columba quem pro-
teſtatur? Si non erat homo: Jo
annes quē baptizabat? Si non

erat deus: peccata quis relaxa-
bat? Si nō erat homo: i deſerto
quis eſuriebat? Si nō erat de⁹: τ
mare τ venti cui obediebant? ſi
nō erat homo: in mari quis dor
miebat? ſi nō erat de⁹: mortuos
quiſ ſuſcitabat? ſi nō erat homo:
cibos quis ſumebat? ſi non erat
deus: latroni quis regnū dona-
bat? ſi nō erat homo: i cruce qs
pendebat? ſi nō erat deus: ſol lu
cem propter quem deponebat?
ſi non erat homo: in ſepulchro
quis iacebat? ſi nō erat de⁹: ter-
tia die qs reſurgebat? ſi nō erat
homo: Thomas quē palpabat?
hec Effrem. Patet igiť q̄ xps
fuit deus τ homo. Deus ex ſub
ſtantia patris ante ſecula geni-
tus. oīa implens omnia cōplēs
equalis per oīa patri. τ in vna
ex ipſo: τ cum ipſo ſempitern⁹
eſſentia. Naturaȝ in ſe ſuſcepit
humanam τ creator ac domin⁹
omnium dignatus eſt vnus eē
mortaliuȝ. electa ſibi matre quā
fecerat que ſalua itegritate vir
ginea corpoꝛ eſſet miniſtra ſub-
ſtantie: τ humani ſeminis ceſſā
te contagio: nouo homini τ pu
ritas eſſet τ veritas. Unū qui ve
rus eſt deus: idem verus eſt ho
mo domin⁹ noſter Jeſus Chri
ſtus q cū pr̄e τ ſpūſancto viuit
τ regnat deus p infinita ſeculo
rum ſecula. Amen.

¶ De accidia.

Ercuſit petrā τ fluxerūt

eq. ps. lxxvij. no. q̄ alr oñdit̄ v̇ga equo pigro ⁊ talr ſolicito [illegible]á
pigro ñ ſolū oñdit̄ ſꝫ ꝑ laia v̇ga
ꝑcutit̄ ſolicito v̇o ſolū ḋmóſtrat̄
⁊ ſup ipm eleuata tenet̄ ⁊ ſine ꝑ
cuſſióe currit. Spūalr. multi ſūt
equo vel aſino ſimiles pigro q
nūq̄ꝫ verſus dn̄ꝫ currūt ꝑ bona
opa niſi bn̄ ſemel vl' bis ꝑcutiāt̄
dn̄. n. longe eſt ab eis dn̄i flagel
lū pigreſcūt ⁊ miſeri ſemꝑ ocio
vacāt. ſed dum domini flagello
pulſant̄ ſeu feriūt̄ tā in bonis tē
poralibus q̄ꝫ in ſanitate corpis
tūc timētes ad fontē miſericor-
Fig. die currūt. Fig. Numeri. xx. ca
pi. qn̄cūq̄ꝫ Moyſes dū teneret
v̇gá eleuatá ſup lapidē lapis nó
dedit aquā: ſed bis ꝑcuſſa virga
egreſſe ſunt aq̄ largiſſime vt bi-
berent hoies ⁊ iumēta. Spūalr
ꝑ lapidē ſubaudi duriciē pecca
toris que frangi nequit niſi fla-
gello dn̄i ꝑcutiat̄. ſ. aut in tpali-
bus aut in corporiſ ſanitate: tūc
eni depoſita duritie cōuertit̄ pe-
tra in ſtagna aquaꝝ ꝑ lachrymarū effuſionē ⁊ ſic v̇ificat̄ q̄ dn̄s
ꝑ Eze. xj. di. Auferá cor lapide
uꝫ ⁊ dabo vobis cor carneuꝫ: bi
būt ergo hoies ⁊ iumēta q: tam
v̇tutes aie q̄ꝫ ſenſus corporales
ſcitiētes ſalutē latiſſime ſ̄ficiūt̄:
ergo bn̄ dn̄s accidioſis ⁊ pigris
ſua flagella iſert: vt q noluit leni
ter vocati de cathedra peſtilētie
ſurgē durioꝛib⁹ moneant̄ flagel
Iſi. lis. vñ Iſid. de ſūmo bono li. iij.
ca. xi. q blādo v̇bo caſtigat⁹ nō
corrigit̄: acri⁹ neceſſ[illegible] vt argua
tur. cū dolore eni [illegible] ab[illegible]ceda
que leuiter ſanari non poſſunt.

AMEN.

Omnes iſti ſunt quaterni.

Explicit ſpeculū figuraꝝ biblie
ſr̄is Antonij de Rampengolis.
ordinis Heremitaꝝ Sācti Au
guſtini nouiter caſtigatum.

Impreſſū Venetijs ꝑ Georgiū
de Arriuabenis Mātuanum.
Anno dn̄i. M. ccccc. die vlti-
mo Menſis Decembris.

El bachiller

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL · BURGOS

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL
BURGOS

BIBLIOTECA PUBLICA PROVINCIAL BURGOS

40-9-23

60
bis

R[illegible]EGOL
FIGUR
BIBLIAE

138